

IOANNIS

FABRI EPISCOPI CONSTANTIENSIS
IN SPIRITVALIBVS VICARII OPVS
ADVERSVS NOVA QVAEDAM
ET A CHRISTIANA RELIGI
ONE PRORSVS ALIENA
DOGMATA
MARTINI LVTHERI.

Paulus magister gentium
ad Hebræos
ultimo

Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci &c.



BEATISSIMO PATRI AC DOMINO ADRIANO Sexto Pontifici uere Maximo, ac modis omnibus Summo, Ioannes Fabri ad sanctorum pedum oscula aduolutus, se se submisse commendat.



IN REPVBLICA BENE instituta nemo frugi ciuis habetur beatissime Pater qui ad hostiles insidias patriæ imminentes præsensque exitium conniuet, ac in utranque, ut dicitur, aurem dormit, quin ut impius / ignauus / stolidus / ac plane peruersus exigitur urbe. Quum enim ex ciuium fide / & concordia subsistat patria, ueluti membrorum armonia constat corpus, execrabili fuerit amentia, qui securus & stertẽs uiderit pericula ingruere patriæ, quum ad ipsius quoque uel incolumitatem / uel interitũ urbis casus pertineant. Atque hæc pietas adeo est & necessaria & omnibus laudata sæculis, ut nullius quamlibet inutilis ciuis, opera patriæ cõsultuiri, uertat uitio. Adeo etiam satis est in magnis rebus ipsa uoluntas, maxime ubi non suffragatur facultas. Quæ quum mecum ipse reputarem, non inutile futurum sperabam, si meo qualicunque studio, præsentibus reipublicæ christianæ periculis, obuiam iretur. Qd' si portas obserare, custodire muros, a propugnaculis exigere hostem, in castra eius irruere, trucidare quoque mea non sinit paruitas; animum tamen haud quaquam fortasse ignauum testabor. Sicubi uel relicta ab aliis arma uel saxa bellaturis porrexero, si non ducem; gregarium certe militem præstabo. Quis autem non uidet quantis incursionibus, quam graui ariete pulsetur turris illa Dauidica; hoc est sancta Christi religio. Alioquin totidem propugnaculis / ac mille clipeis / & armatura fortium ornata; & totidem sæculis felicissime custodita. His motibus admodũ horrendis christianus orbis fere uniuersus quinquennium hoc perpetuum ita concussus / & attritus est; ut regum & principum omnium prælia / ac cædes, (in quibus aliquot iam ãnis effusi humani sanguinis pene ὁ κατακλυσμὸς terras omneis inundauit) præ imanissimis religionis nostræ tumultibus, lusus uideri

poſſint ſpiritualibus oculis. Re uera bellũ diabolica res eſt, quippe
quo malorum *ιλιὰς* redundat in orbem, tot corporum millia exa-
nimantur. quam horrenda uero & tartarea peſtis eſt, ubi innumerę
animarum miriades hæreſum ac ſchiſmatũ contagio, ueneno/gla-
dio pereunt? Id quoq; cum magno inferni triumpho fieri paſſim
cernunt, & ingemiſcũt boni omnes, quũ ab unitate matris eccleſiæ
receditur, quæ in apoſtolorum fide / illorumq; ſaluberrimis doctrinis
atq; traditionibus fulcita eſt, ac legitima apoſtolorum ſucceſſione per
ſummos põtifices hactenus feliciter moderata, atq; profecta. Dein
quod omnium maximum eſt, quando ſanctorum conciliorum/ac
uicariorum Christi ſanctiones contra totidem ſeculorum obſerua-
tiones non accipiuntur, ſed uelut impia reiiciuntur dogmata, dum
Petri perſona eccleſiæ caput eſſe negatur, nec illius ſucceſſori pri-
matus poteſtatis admittitur, dum ſacramentaria fidei polluuntur,
& mille præſtigiis / & faſcinationibus uulgus hoc iners a fide, quã
ab ubere materno ſuxit, auertitur/atq; retrahitur. Hinc, quod non
minus periculoſum eſt, dũ fere omnia, in quibus generis humani
ſalus/& uita conſiſtit, uertuntur in dubium. Inobedientiæ huius
tantarumq; procellarum auctorem tam periculoſi belli/ac tam cruẽtæ
tragœdiæ primum Martinum Lutherum eſſe nouerunt omnes.
Hunc licet omnium beatiſſimus eccleſię paſtor Leo honeſtis ratio-
nibus ad caulas ſui gregis reducere, maliq; radicẽ, priuſq̃ latiſſime
ramos expanderet, prudentiſſimo conſilio/ac modeſtia incredibili
excindere conatus ſit. Tamen ſic cauſante Athe infernali dea illa
Homerica, nihil ꝑfecit. Dein in comitiis Vuormatiæ celeberrimis
ab inuictiſſimo Romanorum imperatore Carolo, a principibus ac
proceribus imperii res ſerio tractata/& acta eſt. Verum elapſus eſt
rurſus Martinus, clamans non annis / non ulli hominum in terris
auctoritati, ſed ſolis ſcripturis, nec tamen omnibus, imo ſacris &
auctenticis ceſſurum ſeſe. Proinde quum in uno ſcripturarũ cãpo
fixerit haſtam, & uelut recenti uictoria iuueniliter exultans, hoſtes
prouocet & expetat ad certamen, ſiqui poſſint, tum in recta ſcriptu-
rarum intelligentia ſummam uictoriæ ſuã ipſe fateat. Eapropter
ego armaui humeros ſcriptores ſanctos, quorum ductu in ipſa ſcriptu
rarum penetralia, quaſi in cellam illius Sulamitis uinariam / aut
gazophilatium Ezechielis ſecretius ingrediendo perluſtraui, non
ſegniter interitui proxima uetuſtiſſima concilia quãplura, ea quoq;

ex Germaniæ / ac Italiæ bibliothecis fere uetustate consumpta, a blattis/& tineis liberaui, necnon ecclesiæ primitiuæ scriptores tam Græcos q̃ Latinos non indiligẽter euolui. Postremo ex collatione temporum & scripturarum eo processi, duce spiritu humilitatis, ut ueritatis perquirendę studio, in harenam cum Luthero sit consiliũ. Arma e quibus non incerta uictoriæ spes affulsit, hac mea lucubratione, quantulacunq; tuæ celsitudini cõmonstro/dedicoq;. Minus forsitan satisfiet doctis, q; perturbatiora sunt quædã minusq; expolita, q̃ eruditissimi huius sæculi nasus ferat. At qui meminerint illi defuisse mihi tempus & otium adeo ad hãc rem necessarium, ut ne doctissimus quidem quicquã elimatius attulerit, nisi multa dies/& multa litura coercuerit. Tametsi satis mihi sit, si itelligat certe inter tot gratulatores tui adepti p̃sulatus me unũ uenire [illegible] inexpiabile uidebatur. Qd' si pro xeniis nec aurum/nec argentum aut tale quid pretiosum prębere ualeam, tamen pro christiana religione conseruanda strennuos/ac ueteranos milites in aciem sistere ac tibi dediticios facere, Visum est mihi munus futurum tuæ sanctitati non admodum ingratum. Deum itaq; optimum max. suppliciter oro, quo orbi christiano noui hæc summi pontificatus inauguratio faustis ominibus peragat, ac splendido in fidei hostes triumpho cõuincatur, fuisse quam auspicatissima. Cuius successus fore felices, quũ multis ex causis speramus, quas cõmemorare perlongum foret, tum maxime ex uocatione illa mire canonica, quæ tantum abest, ut ullam corrupti officii suspitionem prębeat, ut nulla multis sęculis mirabilior sit credita diuiniorq;. Te enim quẽ tanta terrarum/mariũq; intercapedo a sacris illis comitiis seiunxit, ceu ex diuinæ uocis oraculo designauit sacrosanctus senatus ille Cardineus integritate uitę non minus quã eruditione conspicuus, nõ ambiisti fastigium hoc, ne quis calumnietur te tibi gesturum imperium, ut qui inuitus huc sis pertractus, & adeo per omnia plane uocatus, ut Aaron Israeliticæ gentis olim כהן גדול idest sacerdos magnus. Quamobrẽ multo sane felicius cessurum hoc auguramur ecclesię Christi, q; pastor orbis es uocatus. Nempe maiorũ consensu ac calculis illis diuinis præconsortibus tuis selectus. Et quia non esse potestatem ullam nisi a deo aliquot testatur locis. [illegible] Quare siquid iuste mandarit potestas uel sęcularis, uł ecclastica, id adeo esse pceptũ haud quaq̃ ambigimus.

Hac igitur tu gemina potestate es uocatus, ut nimirum minime fallax argumentum fuerit longe felicissimi pontificatus tui, ut te ceu organo ad magna usurus sit Christus. Legimus in ueteri instrumento infeliciter gestū ab Israelitis quicquid citra dei mandatum gerebatur, quod in Numeris & Machabeis uidere licet. Rursus quae deo uolente ac mandante aggressi sunt, supra uota omnia successerūt prospere, sic felicissime moderaturum te omnia, diuina haec praesagit uocatio. Et ut demum cum regio propheta dicam. Tu es ille beatus, qui erit tanquam lignum plantatū secus decursus aquarum, quod fructum dabit in tēpore suo, cuius foliū non defluet, & omnia quaecunq; faciet, semper prosperabuntur. Quare non terrearis etiam, si tuus ingressus appareat aliquantulū difficilis, diriget dn̄s deus gressus tuos. & qui nouit uiam iustorum tecum erit quocunq; ieris. Qd' si ulla ratione humana subsidia praestare poterunt, en potentissimum ac maximum imperatorem Carolum habes, cui prouidentia dei iam denuo contigisti pater. Qd' si Carolus ille Magnus olim Adriano primo compaternitatis uinculo dūtaxat obstricto in dānandis haeresibus/ac recuperandis ecclesiae bonis nunq̄ deesse uoluit, an non iustiori causa is Carolus tibi aderit, quem toties & tam impense erudiisti, sanis doctrinis, ac (quod magis laudandum fuerit) quē tuae sanctimonia uitae fecisti esse optimum. Eapropter uiriliter age, confortare, & esto robustus. plures nobiscum sunt q̄ cum illis. Qd' si ultra uires tuas negotium quod tibi dominus iniunxit, esse compereris, cum Mose illo sapientissimo/atq; mitissimo prouide tibi uiros sapiētes/& timentes deū, in quibus sit ueritas, per quos (e medio sublatis quibusdam abusionibus, quae sub tuis praedecessoribus hanc sedem tuā incaute fortassis aliquantulum obscurarunt) & ueritatis uia monstretur. Erit enim primo omnium necessarium, gregem domini tibi concreditū sana/& euangelica ueritatis pascere doctrina. In te quippe haec tempora uenisse uideo, de quibus propheta ait. Ecce dies uenient, dicit dominus, & mittam famem in terram, nō famem panis, neq; sitim aquae, sed audiendi uerbum domini. & cōmouebuntur a mari usq; ad mare, & ab Aquilone usq; ad Orientem circuibunt quaerentes uiā dn̄i. Et forte nūc sunt illi dies, in quibus paruuli petierūt panē, & non erat, qui frangeret eis. Inde captiuus ductus est populus domini dicente Esaia, quia non habuit scientiam, & nobiles eius

interierũt fame,& multitudo eius siti exaruit. Ab hac fame tu uelut alter prouidus ille Ioseph populum tuum in deserto/& famelicum liberabis,si panem de simila coctũ illi præberi feceris. Benedic ergo panes,ac tui apostoli distribuãt,& edent pauperes,& saturabunť, dein laudabunt dominum. Iube pro sitientibus hauriri aquas de fontibus saluatoris/de quatuor fluminibus irrigãtibus uniuersam terram. Percute petram,& fluent aquæ. Iube sitientes uenire ad aquas salientes in uitam æternam,& bibẽt omnes salutare dei nr̃i. Qď si interim Amorrei/Cananæi/Pherezæi/& Iebusæi in tua castra irruerint,accingere gladio super femur tuum,gladio inquam uerbi dei. Nec tamen iterum solus descendas in aciem. Sed eos elige,qui manu ad os aquas proiicere/ac lãbere didicerunt. & hi ad pugnam erunt idonei. Et sic demum contra hostes fidei proculdubio præualebis. Et ut apertius dicam,si tu literatorũ Mecœnatem/Damasum/& Eugenium egeris,dubitare non poteris,neq; debebis. Habiturus es Marones/Hieronymos/atq; Bernardos,quoꝝ studiis indefessis ac sancto conatu uniuersæ fidei negotia,alioqui non parũ turbata, tranquille/prudenterq; pacabis. Sed quid hæc apud tantum/tãq; eximium literaꝝ ipsumq; doctissimum principem cõmemoro? Sus Mineruã docere,ac noctuas in Athenas ferre uideor? Beatitudinẽ tuam ad pedum oscula substratus humillime precor,meum hunc laborem/meas uigilias seu & potius nenias boni consulat,ac grato animo,ut solet,reliqua omnia suscipiat,nec tam operis pretium quã animi mei sanctitati tuæ/ac illius apostolicæ sedi deuotissimi cãdorem spectet. Sic enim sacrosanctam Petri sedem ueneror,tam pie Christi uicarium Romanum pontificem agnosco,ut hoc corpusculum/hanc uitam,sicubi res postulauerit,alacriter pro huius sedis honore periculis exponere sum prõptissimus. Deumq; orabo semper,quo tuæ beatitudini utriusq; hominis incolumitatem conseruet quam diutissime. Cui me tanquam deditissimum mancipium tam libenter q̃ merito ad omne pietatis officium obstringo. Valeat felicissime sanctitas tua.

IOANNES FABRI EPISCOPI
Constantieñ in spiritualibus Vicarius Martino Luthero Theologo.

ἐυ φρονεῖν [illegible] ἐυ πράττειν



VAM Inutiles sint disputationes illæ nostroꝝ
temporꝝ publicę ad inueniẽdam ueritatem, satis
opinor annis superioribus es expertus Martine
in Iesu charissime. Nam ueritas inter tumultu-
antes illos animorũ æstus haud facile illucescit.
Sedatis autem & tranquillis animis, nulla ambi
tionis labe infectis, spiritus ille ueritatis se prodit
libẽtius, pertinaces scholaꝝ pugnas, quibus odia implacabilia ex-
citantur/& aluntur, ceu ueritatis pestem fugit. Proinde cũ studioꝝ
meoꝝ ductu eo uenerim, ut in quibusdã a te dissentire mihi uisum
sit, citra tamen charitatis christianæ iacturã, placuit hoc qualecũꝗ
meũ iudicium trãsmittere tibi, nõ inani illo uictoriaꝝ studio, quo
solẽt quidam, sed ueritatis amore, ut qui nõ meæ sed unius Christi
gloriæ, cõsciẽtia teste, studeã, quã & cũ uitę periculo, sicubi licuerit,
nõ segniter quæsiero. Primo in ea sũ sententia, ut existimẽ nõ temere
a sanctis patribus recedẽdũ, quoꝝ opera tã egregie ad sacraꝝ lraꝝ
intelligẽtiã sumus adiuti. Eruditionẽ.n.illoꝝ maximã & sãctissimã
editi libri testant̃. Et doctrinæ nõ parũ addidit ponderis uitæ san-
ctimonia, ut non perinde tutũ esse putarim a receptis iãpridẽ illoꝝ
sententiis priuata auctoritate dissentire, deinde conciliоꝝ auctori-
tatem eleuari. Et inutile, ut honeste dicam, arbitrabar, ecclię, & qđ
ad pusillos ecclesiæ attinet, in primis periculosum, ꝙ pleraꝗ in his
decreta sint, quæ cũ fidei articulis iũgunt̃ satis arcte, ut unius con-
cilii legitime congregati auctoritate, uel tantillũ uacillãte, reliquoꝝ
quoꝗ auctoritas leuior sit futura. Postremo nonnulla alia in libris
tuis alioqui eruditiss. reprẽhẽsa, eiusmodi mihi uisa sunt, ut citra ani-
maꝝ periculũ tolerari utcũꝗ potuerũt, ne publicus ordo turbaret̃,
cuius rationẽ esse habẽdã uir prudẽs/& grauis nõ facile negaueris.
Verum Martine confrater in dño nos amice & potissimũ ex libello
tuo de ptãte papæ mutuo colloquemur. Visus est enim iste libellus
ad institutũ hoc meũ, quo tua errata tibi monstrarẽ plurimũ accõ-
modus. At nõ rixosa illa theologia, quę nõ sine grauissimo pusilloꝝ
scandalo

scandalo nouiter inter nros Germanos, & ita ut uelim nolim, dicere cogor dei sermonē inter eosdem scōmatib9 athleticis esse cōspersū. Id qd' in te ac sectatoribus tuis, qui tñ toti Paulini esse uultis, satis mirari nō possum, Eloqa dei casta esse, casteq; ac mansuete tractari debere, et si multiplici scripturarū testimonio manifestū sit, hic tñ qñ cū Paulino interpte mihi negotiū est, nō possum nō ostēdere ab initio rei ex Paulo te ac tuos nō parū peccare, qui nō nisi tragica & oībus plena cōuitiis edere, nec ullius modestię/benignitatis/ac mā suetudinis rationē habere soletis. Cū tñ nulla Pauli extet epla, quæ nō pacē ac unitatē & alia id uirtutis genus ex omni parte redoleat, ac quasi tuba aliqua intonet. Ita cœlestis ille magister gentiū enixe Romanos hortat' quo se inuicē suscipiant, in charitate fraternitatis inuicē sese diligāt. Itē quę pacis sint, sectent', & quę ędificationis sūt inuicē custodiāt. Corinthiis scribēs, testat' sese docere in ecclīis deū nō dissēsionis/sed pacis esse deū. Proin oīa honeste & secūdū ordinē fieri iubet, illosq; nō per Claudii tonitrua, nō fulmina Iouis, sed mā suetudinē/& modestiā Christi obsecrat. Grauat' deniq; nō parū in uirga nō in spiritu māsuetudinis se denuo debere redire Corinthū. Nihil hic de cōtentione dicā, ubi dicebāt. Ego sū Pauli, ego Apollo, ego uero Cephe. Galatas monuisse ne efficerēt' inanis glorię cupidi, inuicē ꝓuocātes, iuicē inuidētes, nemo nō nouit. Ephesiis uero scri bens, Estote, ait, inuicem benigni/misericordes, donātes inuicē, sicut & deus in Christo donauit uobis. Antea uero sic dixerat. Obsecro uos ego uinctus in dño ut digne ambuletis cū oī humilitate/& man suetudine, cū patiētia supportātes inuicem in charitate, solliciti ser uare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quando ēt euāgelica tuba Philippēsiū modestiā oībus hoībus notā esse uoluit. & ut cogitarēt quęcūq; pudica/quęcūq; amabilia, ꝓmittit dicēs, Fratres siqua con solatio in Christo, siqd' solatiū charitatis, siqua societas spūs, siqua uiscera misericordiæ implete gaudiū meū, ut idem sapiatis, eādem charitatē habētes, unanimes idipsum sentiētes, nihil per cōtētionē, neq; p inanē gloriā, sed in humilitate supiores sibi inuicē arbitrātes. Colossensib9 pterea pcepit ut deponant omnem iram/indignationē malitiā/blasphemiā/turpē sermonem, & q; induāt sicut electos dei benignitatem/humilitatē/modestiam/patiētiā supportātes inuicē. Sed & Thessalonicenses non minori diligētia hortatus est cōsolari inuicem, ædificare alterutrū, inquietos suscipere fratres. Et pulchre

Ro.xv.
Ro.ii.
Ro.xiiii.
.i.Corinth.xiiii.
.ii.Corinth.x.
.i.Corinth.iiii.
.i.Corinth.i.
Ad Galatas.v.
Ad Ephe.iiii.
Ad Ephe.iiii.
Ad Philippeñ.iii.
Ad Philippeñ.ii.
Ad Colossen.iii.
.i.Ad Thessa.iiii.
.i.ad Thessal.v.

.i.ad Timoth.v. Timoth.docet ne seniorē increpet, sed obsecret ut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuēculas ut sorores. Qd & Tito seruādū

Ad Titum.iii. tradidit dicens. Admone illos nō litigiosos esse, sed modestos, osten-

.ii. ad Timoth. ii. dentes omnem mansuetudinē ad oēs homines. Et antea Timotheo scripserat, seruum dñi non oportere litigare, sed esse mansuetum ad

.i.ad Timoth.iiii. omnes. Quid q̧ ut pietatē ad omnia ualere ubiq̧ doceret, pro One-

Ad Philemonem simo pientiss. ad Philemonem interpellat. Praeterea hic ea quae de

Ad Hebraeos.xii. stultis q̃stionibus ad Titū scripta sunt. Et nō abs re pcepit Hebraeis

Ad Hebraeos ult. ut pacē sequant̄ cū oibus in charitate fraternitatis maneāt, ac nunq̃ beneficētiae obliuiscant̄. Ex qbus oibus manifeste docemur, ut qui iactemus nos Pauli nosse spiritū, necesse sit in eccl'ia dei pacis/mode stiae/fraternitatis/mansuetudinis/benignitatis/ac unitatis rōnē habeamus. Et ois demū amaritudo/& ira/& idignatio tollāt̄ a nobis. Modeste itaq̧ nō in portētis uerboꝝ, nec ad ostētationē agamus, & quātū fieri pōt, priscoꝝ patrū uestigia sectemur. Quis.n. nescit Tertullianū/Lactātiū/Athanasiū/Apollinariū/ac alios scripsisse contra gentes, Hireneū cōtra Valentinianos, Orig. contra Celsum, Basiliū aduersus Eunomiū, Milciadē cōtra Mōtanū, Hieronymū aduersus Heluidiū/Iouinianū/Vigilantiū/ac alios. D. Aureliū August. cōtra Academicos/Manichęos/Fortunatū/Faustū/Felicem/Parmenianū Petilianū/Cresconiū/Donatistas/Pelagium/Arrianos/Maximinū Felicianum/ac alios. At nō inuenies in his oibus tā tragica, ac quasi ueneno tincta scōmata, quibus oēs fere tui ac sectatoꝝ tuoꝝ libelli cōtra omne christianę pietatis/ac māsuetudinis officiū oppleti sūt. ab illis abstinere tecū sermonē habiturus, mihi persuasissimū est. Cōuertamus itaq̧ gladios in uomeres, & hastas in ligones. sectemur pacē, & deus pacis erit nobiscū. Nā q̃tum ad me ptinet, ita me deus amet, hoc maxime & id unū cupio ut ueritas triūphet, docere & doceri paratissimus. Tātū .n. abest ut offēdar emēdatione tua ulla, ut apd me gratiā nō mediocrē sis olim initur9, si meliora/si castiora docueris. id tñ absq̧ lędoriis/absq̧ libellis famā obscurātib9, ac ēt sermo to rācore fiat. Inciderūt (ut nosti) nōnunq̃ inter uiros sanctos amicę in studiis dissēsiones. unde & Paulū a Petro dissēsisse, Paulū quoq̧ & Barnabā ppter Marcū separatos, sacrę tradūt historię. Qd' si dissentire ab alio cōtumelia foret, quis unq̃ scriptoꝝ nō alicubi dissentit a caeteris? Lege igit̄ dum licet per otiū lucubrationem hāc meā, & tuū in Christo cōfratrem, qd' facis, diligito. ἔῤῥωσο ἐν κυρίῳ.

PRAETER VTRIVSQ; TESTAMENTI
Sacra Teſtimonia, quibus prima debetur authoritas, ſunt in hoc opere a Fabro citati.

AVTHORES SACRI
non habita tẽporum ratione.

Hermas Romanus
Procorus dyaconus
Dionyſius Areopagita
Philo Iudæus
Ignatius Antiochenus eps̃
Policarpus Smyrneñ eps̃
Policrates Epheſiorum eps̃
Papias Hieropolytanus eps̃
Hireneus Lugduneñ eps̃
Theophilus Alexandrinus eps̃
Origenes Adamantius
Septimius Tertullianus
Iuſtinus martyr
Dionyſius Corinthiorum eps̃
Clemens Alexandrinus
Pamphilus martyr
Cyprianus Chartagineñ eps̃
Lactantius Firmianus
Hilarius Pictauieñ
Cirillus Alexandrinus
Athanaſius Alexandrinus
Epiphanius Cypri ſalaminæ
Diuus Hieronymus
Ambroſius Mediolanenſis
Aurelius Auguſtinus
Ioannes Chryſoſtomus
Gregorius Nazanzenus
Gregorius Niſſenus
Sanctus Maximus
Baſilius Magnus
Proſper Reginus eps̃
Ruffinus presbyter
Io. Damaſcenus
Leo ter beatus
Gregorius Magnus
Fulgentius
Maxentius
Karolus Magnus
Didimus
Philaſter eps̃ Brixianus
Sanctus Remigius archieps̃
Hugo Etherianus
S. Zeno Veroneñ eps̃
Victor presbyter Antiochiæ
Facundus Hermaneñ eps̃
Gaudentius Brixianus
Ioannes eps̃ Epheſinus
Bernardus Abbas
Philotheus monachus de mõte (Syna
Nicetas presbyter
Nicolaus Cuſanus
Beda Venerabilis
Nicophorus Conſtantinopo.
Hypolitus Thebeus
Magnus Iohannitius
Effrem Syrus
Nilus Theſſaloniceñ

AVTHORES Philoſophi

Libanius Sophista
Plato
Aristoteles
Auicenna
Seneca
Apuleius
Hali Abenragel
Epictetus Stoicus

AVTHORES Hystorici.

Paulus Orosius
Eutropius
Sozomenus
Plutarchus
Titus Liuius
Egnatius
Pomponius lætus
Velleius Paterculus
Eusebius Cæsariensis
Iosephus
Suetonius
Alexander Aphrodiseus
Platina
Ammianus
Q. Curtius
Thucidides
Egesippus
Pomponius Mela
Diodorus Siculus
Paulus Dyaconus
Strabo
Lucius Florus
Iustinus historicus
Herodotus
Valerius Maximus
Cæsar in Commentariis
Laertius
Sabellicus

ORATORES

Varro
Cicero
Thirius Maximus
Sinesius
Quintilianus
Laurentius Valla

IVRECONSVLTI

Bartolus
Baldus ac pleriq; alii

AVTHORES POETAE

Homerus
Euripides
Hesiodus
Sophocles
Virgilius
Plautus
Horatius
Persius
Ausonius
Iuuenalis
Lucanus
Ouidius
Claudius Claudianus

AVTHORES Ambigui

Ptolemæus
Plinius
Victruuius

GRAMMATICI

Seruius
Aulus Gellius

PONTIFICES ROMANI

Sub primitiua Ecclesia, & quorum pars maxima fidem Christianam martyrio consecrauit, in hoc opere citati.

Clemens
Anacletus
Euaristus
Alexander
Xistus
Delosphorus
Iginius
Pius
Anicetus
Sother
Victor
Calixtus
Pontianus
Fabianus
Cornelius
Dionysius
Melchiades
Siluester
Marcus
Iulius
Liberius
Felix
Anastasius
Damasus
Siricius
Innocentius
Zosimus
Celestinus
Leo
Simplicius
Hilarius
Gelasius
Symmachus
Gregorius Magnus
Hormista
Marcellus
Nicolaus
Bonifacius
Eusebius
Gaius
Honorius
Lucius
Pascalis
Vrbanus
Eugenius
Eutichianus


CONCILIA SANCTORVM PATRVM

In hoc opere non ex Gratiani uel
cuiusuis alterius fragmentis, sed
ueris exemplaribus ex
ordine canonum
citata

Ex Conciliis:

Canonibus apostolorum
Niceno Concilio
Anci rano
Neocæsariensi
Gangrensi
Antiocheno
Laodicensi
Constantinopolitano
Calcedonensi
Cartaginensibus
Aphricanis
Cæsariensi
Arelatensi
Valentiniano
Ephesino
Tauromantinis
Armisico
Vagiensi
Agathensi
Elibertano
Terraconensi
Gerundensi
Valentino
Toletanis
Bracarensibus
Moguntino
Spalensi
Cypriani
Gregorii Magni
Zachariæ
Symachi
Ypomnimatibus secũdi Niceni
Concilii græce scriptis
Meldensi
Antiocheno sub sancto Victore
Sinuessæ urbis Campaniæ
Triburiensi
Aurelianensi
Lateranensi
Parrhisiensi
Matecinensi
Mileuitano
Cæsareæ stratonis
Florentino
Basilicii
Constantiensi

AD LECTOREM



DITVS est a Martino Luthero libellus de potestate papæ inscriptus, in quo non modo potestatem Papę uellicare, ac miris modis cōfutare nititur, sed & probare conat̃ ad primatum Petri minime pertinere illud Matthęi·16·quo respondens Iesus dixit· Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est· Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam· Et tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; solueris super terrã, erit solutũ & in cœlis· Nec per id Ioãnis ultimo· Pasce oues meas, inter apl̃os potestatis præfecturã, quam Theophilus Alexãdrinus προςασίαν τῆς οἰκουμένης τῶν προβάτων uocat, Petro quæsitam esse ait· Proin Ro·ecclesiam reliquis immerito dici, & haberi superiorem iudicat· Sunt & alia sexcenta a Luthero tradita, quæ euangelicæ ueritati ac religioni christianæ aduersari compertissimum est· Quæ omnia quum optimo iure conuinci posse putarem, ac ut cum Moabitide illa muliere spicas colligerem post terga metentium, hanc disputationis prouinciam suscepi· Et ne quid inuertisse uidear, Martini uerba semper ex ordine præmitto, ac pro ueritate tuenda, quid pro meo tenui iudicio in aduersum Luthero dicendum esse putem, pio lectori ostendam, non aliqua titillatione gloriæ inductus, sed ueritate, ac solius Christi mei honore, totiusq; orbis christiani pace cõi persuasus· Boni ergo consulat quisquis hæc legerit, & libere semoto affectu iudicet· Monitusq; meliora sequatur·

Theophilus Alexandrinus in Ioannem

SIC ITAQ; INTER CAETERA EXORDITVR LVTHERVS



RIMVM Quidem q̃ ipsimet Iuristę primatus huius assertores recedunt ab hoc sensu, & negant hoc uerbo Matthæi·16·Petro datam primitatem, consequenter & Romano Pontifici· Sicut Glo·c·Considerãdum dis·10· Panor· de electio·c· Significasti· Vnde dicunt non hoc uerbo, sed

illo uerbo, Pasce oues meas, Petro esse collatum pōtificatum ecclīæ. Si ergo iuristis licet negare tot textus expressos decretoꝝ, & dissentitur omnibus, quæ dist. 17. 18. 19. 21. 22. tam copiose & pertinaciter ex hoc uerbo Matth. statuuntur. Cur mihi non liceat frigidissima decreta appellare theologo, cū ea negare/& ānihilare liceat iuristis? Persequātur primum seipsos maioris criminis reos. Aut, si ueniam merētur decretorum negatores/& grassatores, sine peccato erit qui inefficaces asserit & frigidas decretorum probationes. Neq; enim ego ea negaui, sicut illi, sed frigere tantum ad probādum dixi, sicut re uera frigent, Nisi q; ad locupletandum locum ualeant exempla eorum, quæ per uim dicuntur, & in alienam sententiam trahunt. Nihil ergo hoc textu probatur, a quo ipsimet discedunt. nihil istis decretis probatur, quæ ipsimet neutris q; confidunt.

FABER



Ad Hebræos. vi. Esaiæ. xl.

TA Balach & ausculta, audi fili Sephor, nō est deus quasi homo, ut mentiatur. & ita non mentitur, ut etiā sit illum impossibile mentiri. Proin necesse est, Esaia testāte, ut stet uerbum illius in æternum. Hæc a capite rei, & quasi primo congressu tibi Luthere in Christo charissime cōmemorare placuit, ut sine ambagibus, & mox disceres quid hęc dñi uerba sibi uelint, quibus Petro dicitur, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Tibi dabo claues regni cœloꝝ. Quę & si mille modis torquere ac retorquere conatus fueris, ultimo tamen negare nō poteris hęc dicta ꝓmissionis alicuius esse uerba. Iam tu qui paulinus es totus respōde, an nō ex Paulo didicerimus, Quæcūq; promiserit deus, potens sit facere, cū non sit apud eū impossibile omne uerbum? An in insula Pathmo Petri stipulator non uisus fuerit sedere super equū album, & uocabatur fidelis & uerax, qui in alio loco habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Proin sanctus & uerus dicitur, & quia deus erat, qui non mentitur. Ne דובֵר שְׁקָרִים ab aliquo diceretur/aut dici posset ueritatis rationem ubiq; habuit. Quare & se uiam ac ueritatem professus est. noluit censeri similis Iudæis mendax. testimonium perhibuit ueritati. Quæ omnia cum doctores illi iurisperiti inter canones uersati, ac primo omnium sacraꝝ literaꝝ interpretes

Ad Romañ. iiii.

Apocalypsis. xix.

Apocalypsis. iii. Ad Titum. i.

confideraret, propter rei certitudinē promiſſionem hanc de futuro, quaſi p̄ſentem exiſtimarunt • Quod hic ergo ex Matthæo ac Ioāne doctores eccleſiæ tradiderunt, id canoniſtæ ſecuti ſunt • At ne iureconſultis hæc macula poſſit inuri, quaſi inter ſe diſſentirent, ac aſſeuerarent cōtraria non e lacunis frigidis, ſed calido fonte theologorum oſtendam canoniſtas cum theologis primariis conuenire optime • Ex Hirenεo itaq; / Tertulliano / Origene / Cypriano / Theophilo / Theophilacto / Hilario / Cyrillo / Chryſoſtomo / Hierony • Ambroſio Auguſtino / Leone / Gregorio Magno / Fulgentio / Maxētio / Beda / ac aliis propemodum infinitis auctoribus oſtēdam primatū Petri ex euangelio Ioānis / ac Matthæi fundatū eſſe • Et iā cū Hieronymus Auguſtinus ac alii teſtantur euangelium Ioannis græce ſcriptum, quumq; non parum referat, a fonte bibatur, qui fluit, an pigro quem ſtupet unda lacu • Vnde Græcum auctorem doctiſſimum Theophilum Alexādrinum induco • Is in Ioannem ſcribens ſic ait • Martialis

Theophilus Alexandrinus

Ἐπειδὴ τέλος εἶχεν αὐτοῖς τὸ ἄριστον, τῷ πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει οὐκ ἄλλῳ δὲ ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι. πρῶτον μὲν ὅτι πάντων ἐξαίρετος καὶ στόμα τοῦ χοροῦ παντός. ἔπειτα δεικνὺς αὐτῷ ὅτι χρὴ θαρρεῖν, ὡς τῆς ἀρνήσεως ἐξηλειμμένης. καὶ τὴν μὲν ἄρνησιν οὐ προφέρει, οὐδὲ ὀνειδίζει. λέγει δὲ ὅτι εἰ φιλεῖς με, προΐστασο τῶν ἀδελφῶν. καὶ τὴν θερμὴν ἀγάπην ἣν ἔλεγες ἔχειν πρός με ὥς τε καὶ ὑπεραποθνήσκειν μου, νῦν δεῖξον. ἐρωτᾷ δὲ αὐτὸν ἐκ τρίτου, ἅμα μὲν δεικνύων ὅσον περιποιεῖται φροντίδα τῶν πιστευόντων. καὶ ὅτι τοσοῦτον ἀγαπᾷ τὰ πρόβατα ὥς τε καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τοῦτο ποιεῖται τεκμήριον τὸ τῶν προβάτων προΐστασθαι hoc eſt

Poſtq̄ finita eſt illis cœna, Petro præpoſituram ouiū orbis tradidit • non alii ſed iſti ipſam dedit • primum quidem, quia omniū electus & os chori totius • Poſtea oſtēdens ipſi q̄ oporteret cōfidere, ut negatione deleta, & negationē non profert, neq; exprobrat • Dicit autem • Qd' ſi amas me, præſis fratribus, & feruentem amorē, quem dicebas habere erga me, ut & mori mei cā uelles, animo oſtende • Interrogat aūt ipſum tertio, ſimul oſtendens quantam habeat curā credentiū, & q̄ tantū diligit oues, ut hoc eſt ſignum amoris erga eum præeſſe ouibus • Dein iterum idem Theophilus in Matthæum ſic ait Idē Matthæi .xvi.

Μακαρίζει τὸν πέτρον ὡς ἐκ θείας χάριτος λαβόντα γνῶσιν. ἀποδεχόμενος δὲ αὐτὸν, δείκνυσι λοιπὸν τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὑπολήψεις ψευδεῖς.

Beatificat Petrum ut ex diuina gratia accipientem cognitionem • Recipiens aūt ipſum oſtēdit reliquū • ſ • aliorum hominū cogitationes eſſe mendaces • Ac iterum idem • Ἀμείβεται τὸν πέτρον ὁ κύριος μισθὸν αὐτῷ διδοὺς μέγαν, τὸ ἐπ' αὐτῷ οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν. Retribuit Petro dn̄s

mercedem ipsi dans magnam, super ipsum ædificando ecclesiam. Vides iam quo non abs re totus teneat orbis Petrum in pastorem supremum esse positū. Vnde & merito uocabulo græco ἀρχιποίμην dicit. Non ergo tāto impetu erāt dānandi canones, quos, ut obiter tueamur, ad tua sermonē uerto. Dicis Glosellam/ac Panormitanū dissentire omnibus, quæ scripta sunt in.17.18.19.21.22.dist. Certe ni male uiderim in.17.ac.18.dist. nullū uerbū super Matth. uel Ioanē dephenditur. At in.19.dist. textus est, quem forte cōtra te pugnantē uides. Est aūt Leonis illius, a quo me tam facile auelli non sinam. Siquidem preter illius sacrosanctas scripturas in totū diffusas orbē de eo testantur historiæ, quomodo circiter annum dñi.444. propter uitę sanctimoniam ac sacrarū literarū eruditionem a sexcentis ac triginta epis in Calcedonensi concilio ter sanctus fuerit acclamatus. Vnde q illi sancti patres & interim a mille annis tota credit ecclia, temere non dānabo. Caput canonis est. Ita dñs noster. Quem locū si bene pensemus, nō tam non aduersatur q omnino recte conuenit assertioni nostræ. Siquidem in dist.21. Gratianus quid alienū dixit a ueritate? quando testat Petrum in summū sacerdotem electum, dum ei præ omnibus & pro oibus claues regni cœlorū tribuit, & a se petra Petri nomen imposuit. Hæc uerba electionem habent, quam & asseuerant canonistæ. Reliqua nec iota a Theologorum sentētia recedunt. Qd' si in eadē dist. sub. c. In nouo Anacletum errasse contendas, hic uideas q temere tam sancto uiro repugnes, cuius tamē partes infra tuebimur. Cōsultius itaq; fuerit iura iuribus/scripturā scripturis ita conferre, ut in his uerbis, Tu es Petrus & super hanc petram, Christus Petro primatum dederit per electionem seu destinationē. Per hæc Ioan. ult. scripta, Pasce oues meas. primatū ualida confirmatione firmarit, ita ut id quod uere promissum erat, uere firmaretur a dño, qui est ueritas ipsa uerissima, quę & sola de se dicere poterat, Ego sum uia/ueritas/& uita. Hæc concordia non est contra theologos, sed stat firma ueluti Marpesia cautes. Quare in te alioqn acris iudicii uiro nō admodum probo, q non uerearis tam leuiter accusare/damnareq; iuristas, ac dicere illos inter se contrariari, proptereaq; eorum decreta appellare frigidissima. Sunt equidem in sacra theologia quædam, quæ inter se aduersari uidentur. Prudentis aūt uiri est, pro ueritate eruēda scripturas illas in unū referre, ita ut semper abyssus abyssum inuocet, & sicut unus est deus, ita una sit

De Leonis primi preconio

Calcedonense cōcilium

fides. Et quis nō uideret Hieronymū ac Augustinū (nō hic dico de Thoma/de Scoto/illorūq; entitatibus/quidditatibus / conceptibus relationibus) reliquos etiam theologos inter se digladiari, imo inter se quandoq; nullatenus cōuenire? Sed propterea frigidissimas illorū sententias nemo unq̄ dicere ausus est. Qđ si penitius Augustini/ac Cypriani scripta cōsideres, quid in materia baptismi, & maxime de baptismo hæreticorum non iterando statuerunt ac scripserunt, eos omnino dissētire dices. Credit Cyprianus una cū sanctissimo cœtu epōrū ex Aphrica/ Numidia / Mauritania oēm hominem ab hæresi uenientem esse rebaptizandum, firmarunt hanc sententiā pulcherrimis scripturæ locis/ualidis rōnibus/ac psuasionib9 efficacissimis. Sed contra illorū sententiā manibus ac pedibus diuus Augustinus nō in uno loco dūtaxat sed qbusdā libris, utpote de baptismo cōtra Donatistas/cōtra Crestonium Grammaticū/ac in plerisq; aliis locis acerrime pugnauit. Sed neminē hucusq; dephēdi, qui uel Cypriani uel Augustini decreta circa baptismū frigida proclamarit. Quanq̄ ab indoctis & æmulis Lact. Firmianus testet Cyprianū Caprianū esse dictum. Sed demus iura frigida sint ueluti cristallus, tñ in hoc loco, quia cū euangelio/ac solidis sacri testamenti interpretibus sat bene conueniunt, reiici non debebant. Et tu mihi responde, nonne Christus sæpe sua dicta per uerbū ueritatis amen firmauit. At credis eū qui fuit & est æterna sapientia patris, qui nō solius Esaiæ sed omnium scripturarū mysteria nouit, ignorasse apud Hebræos אמת hoc est ueritatem scribi per literas hebraici alphabeti primā mediā ac ultimā, quæ si sculpantur/aut fundant in ære ueluti tetragonus in plano semper erectæ se habent, ad designandum q̄ ueritas semp & ubiq; sibi optime constet שקר uero hoc est mendaciū tres līas habere, etiam si in planum proiectæ fuerint, nunq̄ erectæ se habēt, & sint ultimæ alphabeti literæ. ac deniq; inuerso modo nō sine mysterio, quo labio mēdacii nihil uirtutis ac recti possit ac debeat adscribi. Itaq; ut ad nostra ueniam, ueritatem æternam nihil promittere conueniebat nisi quod seruare uellet. qđ & re uera fecit eam ob rem, & os ueritatis ait, Cœlū & terra transibunt, uerba aūt mea non transibūt. Et ita nō trāsibunt, ut hic uere Hieron. Matth. 16. loquēs de Christi pmissione, sic scripserit. Et ego dico tibi sermone nō casso & nullum habenti opus. sed dico tibi quia meū dixisse fecisse est. Hæc Hieron. Sed ut ualidius ista firment, uideamus an id saluari

Augustinus

Lactantius

Hiero. in Matth.

possit, q̃ hic Petro datæ sint claues. Nosti moris esse sacrę scripturę imperatiuũ modũ pro optatiuo ponere. Ita Orig. in homel. i. in cātica canticoꝝ, interpte D. Hieronymo, ut ibi. Pater noster, qui es in cœlis, sanctificet nomen tuũ, pro utinam sanctificet. & osculet me osculo oris sui, ꝓ eo qđ est utinam. Et sicut modus sumit ꝓ modo, ita tēpus pro tēpore ponit. Quare Hieron. Ezech. 31. testat q̃ quæcunq; dicunt de rege Assyrioꝝ futuro tēpore, in septuaginta quasi trāsacta memorant. Et idē Hiero. Daniel. ii. testat pulchre hunc morē scripturæ sanctæ, ut futuroꝝ ueritatē pmittat in typis. Quare omnia, quę dicta sunt. in. 71. ps. de Salomone, de dño saluatore recte intelligunt. Nam nō permansit Salomon cũ Sole, & ante Lunā in generatiōe & generationē, neq; dominatus est ad mare/ & a flumine usq; ad terminos orbis terraꝝ. nec oẽs gentes seruierunt ei, nec bene dictæ sunt in ipso oẽs tribus terræ, neq; oẽs gentes magnificauerũt eum. Sed & idem paulo apertius in epła ad Ephe. c. 2. nřo ꝓposito quadrat, ubi sic ait. Quærit quõ deus qui nos saluos fecit, & suscitauit simul, fecerit sedere cũ Christo? Et quidem, qui simplicius est responsurus, hoc asserit iuxta pscientiā dei id qđ futurum est, quasi factũ esse iam dixerit. Et quia mos sit scripturaꝝ, ut interdũ futura tēpore pterito declinent, uerbi causa de cruce dñi. Foderũt manus meas/ & pedes. Et alibi de passione eius. Quasi ouis ad uictimā ductus est. Et adhuc de iiuriis flagelloꝝ. Liuore eius nos sanati sum9. Et alibi. Ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortē. Hoc aũt ideo ne, quia futura semper incerta sunt, hominũ spes fluctuet/ & uacillet. ea quæ deus futura cognouit, apud quem nihil ambiguũ est, quasi iā facta memorant. Hæc Hierony. Vides hic Martine charissime quomodo modus pro modo, tempus pro tēpore ponat. Ita in hoc loco quale crimen cõmiserimus, asserentes hoc futurum fuisse præsens. Et sæpe fit, teste August. 20. de ciui. dei. c. 14. ut quod prius est factum, uidetur aliquando posterius esse factum. Moris est etiam scripturæ diuinæ futura pro pteritis dicere, nisi mentiat Ambro. lib. 5. de fide. c. 4. Et sacri doctores circa hoc uerbum, Tu es Petrus &c. aliquando uersati ita loquunt, quasi iam Petrus claues acceperit. Sicut forsan siquis asseueraret, non erraret, imo non esset periculosum, cum tam sanctis patribus uirisq; doctissimis errare, dum esset citra iacturam æternæ salutis. Concludo ergo canonistas in nullo alio uariasse, q̃ q̃ ante multa sæcula Theologos totius

Modus pro modo tempus p tēpore sæpius ponitur

Hieronymus

Hieronymus sup epła ad Ephesios.

Augustinus

Ambrosius

ecclesię

ecclesiæ lucernas fecisse uiderũt. Dicere ergo iuste possum q̃ Atticus Hieronymi dicit in lib. aduersus Pelagianos, cum testimonia scripturaꝝ aliis comparaueris testimoniis, ne sibi spiritus sanctus pro qualitate locoꝝ & temporũ uideatur esse cõtrarius sc͂dm illud quod scriptum est: Abissus abissum inuocat in uoce cataractarũ tuarum, tunc ueritas apparebit. Ita mi Luthere si scripturam scripturæ/professorem professori contuleris, non est quod accuses/calumnieris/ac damnes. Sed pergamus ad alia. Hieronymus

LVTHERVS



T Mouentur ad hoc satis forti ratione, quæ aduersarios reddat inuictos, scilicet hac q̃ Christus, ut etiam beatus Hieronymus eodem loco exponit, non tradit Petro claues, sed promittit dumtaxat: ideo currendũ esse ad locum, in quo tradit claues, & tũc inuenitur illud Ioannis ultimo, q̃d non ad Petrum sed ad omnes dicit: Accipite spiritum sanctũ, quoꝝ remiseritis peccata &c. Ex qb9 uerbis liquet nõ solũ quibus in Petro claues ꝓmiserit: nẽpe toti ecclesiæ sed etiã q̃d per claues ꝓmissas itelligi uelit: nẽpe remissionẽ & retẽtionẽ peccatoꝝ. Hieronymus

FABER



IC nõ ignoro. D. Hieronymũ testari uerba Math. 16. uerba promissionis esse, etiam de futuro non de præsenti. Si etenim statim benedictionẽ/beatitudinem/& ædificationẽ ei dedisset, nũq̃ in Petro praue confessionis error inuenisset locum: sed hic non negat hanc promissionem olim esse cõpletã, imo dicit illi sermone non casso & nullũ habenti opus. Nec in Hier. dep̃hẽdit̃ in hoc solo uerbo Io. penul. Accipite spiritũ sanctũ, quoꝝ remiseritis peccata &c. quo ad petrũ ꝓmissionem esse cõpletam. Nẽpe q̃d hic in p̃nti dabat de uerbo, in uerbũ factę ꝓmissioni minime respõdet. Quãq̃ & illud nihil uel parũ referat: q̃ si oẽs ap̃li cũ Petro pares pastores facti redditiq̃ sunt: si hic pastor sup̃mus eq̃ oib9 oues crediderat, cur in sequẽti capite Petro ter oues pascẽdas cõmisit. Sicut igit̃ mysterio nõ caret teste Orig. in Mat. q̃ Christus apd̃ Math. Petro ptãtẽ dedit, siue dare ꝓmisit Ioan. penultimo Origenes

non unius cœli sed multorum cœlorum. Et post duo capita reliquis apostolis potestatem dedit ligandi atque soluendi non in cœlis, sed in uno cęlo dũtaxat. Ita mysterio nõ caret quod a Christo, ut ẽ Ioãnis penultimo, omnibus apostolis datus est spiritus sanctus, & dein cura gregis data fuit soli Petro. Adde ad hęc quod ex aliis Hieronymi locis quã pluribus tibi ostendam Math. 16. Petro claues esse datas atque concessas. Illud & theologiæ reliquorum cohors sancta rotunde confirmat: & sic illi inter se dissentire uiderentur: quod tñ modis omnibus cauẽdum erit. Quare si ita libuerit canonistas calũniari, nisi recte intelligas, eadem ratio erit calumniãdi theologos, Hier. nempe dicit hic claues non esse datas: cuius contrarium testatur Origenes, ac in multis locis ipse contrarium dixisse uidetur. Sed supra ostendi tantam esse summæ ueritatis fidem ac eminentiam, ut promissionem de futuro propter certitudinem recte dixeris esse præsentem.

Origenes

LVTHERVS

SEcundo quod idem uerbum Christi male decreta aptant soli Petro & Ro. pontifici. Nam apud sanctos patres Christus hoc unum dixisse ad ecclesiam & omnes apostolos in persona Petri asserit, quorum primus. D. Hier. qui hoc loco interpretatus uerbum Petri, dicit Petrus ex persona oium apostolorum confitetur dicens: Tu es Christus filius dei uiui: & in hoc sequit suũ (ut solet) Origenẽ, qui idẽ eodem loco sentit.

FABER

HIc negare non possum, nec uolo, qđ toties apud Aug. repetitũ inuenio, maxime quod Petrus figurã portauerit sanctæ ecclesiæ. Nec id abnegare similiter possum, cũ Iesus ait: Nunquid & uos uultis ire, quod tunc Petrus respondit pro omnibus dicens, Et ad quem sumus ituri: uerbum uitæ habes & dimittimus te, ubi mutatum etiam est nomen illius & Christus fecit de Simone Petrum, Petrus uero dicebatur a petra: Petra est ecclesia. Vnde ut est apud Augustinum in euangelio Ioannis tractatu. 7. In Petri nomine figurata est ecclesia.

Petrus typum ecclesiæ gessit

Augustinus

Et apertissima est illius Aug. sententia in eodem lib. tract. 104. q̃ ecclesia quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cęlorum accepit in Petro idest potestatem ligādi soluendiq; peccata. ait enim: Hoc agit ecclesia spe beata in uita ęrumnosa, cuius ecclesię Petrus apostolus propter apostolatus sui primatum gerebat figuratā personā. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus christianus abundantiore gratia, unus idem primus apostolus. Sed quando est dictum: Tibi dabo claues regni cœlorum & quodcūq; ligaueris super terram erit ligatū & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram erit solutū & in cęlis, uniuersam significabat ecclesiam, quæ in hoc sæculo diuersis tentationibus uelut imbribus/fluminibus/tempestatibusq; quatitur, & non cadit, qm̄ fundata est super petram, unde & Petrus nomen accepit. Sed per hoc non tollitur contra sanctorum fidedigna testimonia, Petrum nō esse caput & principē apostolorum: nec id repugnat ueritati, q̃ ecclesię sunt traditę claues: quod iterum sic dicens confirmat August. .i. lib. de doct. Christi. c. 18. sic ait: Qd Christus dederit has claues ecclesię suę, ut quę solueret in terra soluta essent & in cœlo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, nō ei ei dimitterētur. Quisquis aūt crederet se quoq; ab aliis correctum auerteret in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide atq; correctione sanaretᵉ. Quisquis enim non credit sibi dimitti peccata fit deterior desperando, quasi nihil illi melius q̄ malum esse remaneat, ubi de fructu suæ conuersionis infidus est. Sed adhuc stabit claues Petro traditas. Nam & si Petrus typum gerebat ecclesiæ, tñ Petro traditæ sunt claues tanq̄ capiti & principaliter, iuxta uerbū Leonis, & per Petrum in reliqua membra diffusæ: nec patior ordinem inuerti ita ut dicamus claues primo ecclesiæ traditas, & per ecclesiam Petro: imo constanter affirmo Petro primo ac deinde p Petrum in ecclesiam transfusas: quod si probauerimus, sicut probabimus annuente dño, Petrum fuisse caput, certe nemo negabit illi tanq̄ capiti claues esse cōcessas: q̃ si nuda uerba textus euangelici undiq; pēsemus, certe de Petro testimoniū habent expressum. Sed ne pro meo nutu loqui uidear, quorundā doctorum testimoniis utar, Ambro. libro de Isaac & anima. c. 3. Petro dicenti quo uadis: respondit uerbum dei: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea: claues autem cōmiserat regni cęlorum, & sequendo imparem

Augustinus

Augustinus

Leo

Petro nō ecclesiæ primo esse claues datas

Ambrosius

iudicauit. Ex hisce uerbis Ambro. Quis dubitabit' Petro non esse traditas claues, cum omnino de Petro debeāt intelligi. Nam siqd ad claues attinet, in ecclesiam retulerimus. Itidem quod dicitur, non potes me sequi modo, sequeris autem postea, ad ecclesiam referretur, quod dū locum habere non poterit, totū de persona Petri

Augustinus intelligere oportet. Huic simile est qd habet Aug. in.2.lib.contra .2. Gaudentii eplām cap.23. ubi sic ait: Nunquid melior Rasias q̄ Petrus apostolus, qui ubi dixit: Tu es Christus filius Dei uiui tam beatus a dño appellatus est, ut claues regni cœlorum accipere mereretur. Nec tñ creditur imitandus ubi mox eodem momento reprehensus audiuit: Vade post me sathana: non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominū. Quis non uidet hanc Augustini colla

Ambrosius tionem de persona Petri factam ac intelligendā? Qd si Ambrosius in euang. relectus fuerit Lucæ lib.7.c.9.&c. idē inuenieť: Stabit igitur inconcusse, quod supra memoratū est Petro traditas claues tanq̄ patrisfamilias domus ecclesiæ, quibus ipse portas aperiret ac clauderet, & in ecclesia ab eo reliqui acciperent. Sed ad Hieronymum qui scribit Petrū ex omniū apostolorū psona cōfessum nescio quid dicam: hoc scio sanctissimū Pictauorū antistitem Hylariū

Hylarius aperte testari hoc in Petro cōsiderādū esse, fide eū cęteris anteiisse, & q̄ ignorantibus cęteris primus respōderit: Tu es filius dei uiui quos locos cōcordes fieri necesse est, nisi tātos uiros inter se dissentire dicere uelimus. Et certe si iuxta Pictauień epi uerba ignorabāt apostoli quid responderent, Petrus iam ex se & reuelatione patris hoc magnū dictū respondit. Sed quid auferť Petro, si ex persona omnium apostolorū respondisse conceditur. Simile est qd habet Hylarius in psalmo.118.dicens q̄ propheta ibi ex persona omnium loquebatur, ne a Deo tradať orat. Et testatur Origenes in Matheū

Origenes Dauidē ex persona omniū nascentiū ex carne & sanguine dixisse: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me me mater mea. Sed Dauid non erat hic omnis natus ex carne & sanguine: quāq̄ locutus fuerit ex persona omniū nascentiū. Ita de Petro, an etiam hic Hieronymus sit secutus suū Origenem, certū

Origenes non habeo. Siquidem Origenes ingenue fatetur q̄ oportuerit aliquid maius habere Petrum præ illis, qui ter arguerint, ideo illi dixerit: Et tibi dabo claues regni cœlorū, & quæcunq̄ solueris super terram, erunt soluta & in cœlis &c.


HRISOSTomus autem & si hunc locum totum in Petri laudem trahat, dicens eum caput & pastorem constitutũ Ecclesiæ futurum, & toti orbi prępositum: tamen & ipse uocat eum os apostolorum, quod uice omniũ responderit dicẽs: Petrus oium apostolorum os/uertex cõsortii totius cum oẽs interrogati essent, ipse solus respondit. Ergo non ad solũ Petrũ iste locus pertinet, sed ad omnes, etiã si primus & princeps inter apostolos fuerit.

Chrisostomus

FABER


Era sunt, quæ hic de Chrisostomo dicis, maxime dũ hunc locum totum in Petri laudem trahat. Sed adde quod eũ pastorem/& caput uocat/summũ orbis doctorẽ/ apostolorum principem/Ecclesiæ columnam/ac turrim, atque fundamentum fidei/Ecclesię præsulem/caput apostolorum: & quod illi Christus totius orbis terrarum curã demandarit. Quæ certe uocabula/seu epitheta sunt & honoris & potestatis maioris, uti suis in locis, aspirante dño, monstrabimus. Nec abest, Petrus dicitur os apostolorum: & ex Aug. paulo ante probauimus Petrum respondisse pro oĩbus, dũ oẽs essent interrogati: Nunquid uos uultis ire? scio deniq; ex euangelio Simonem Petrum ad Iesum dixisse, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sum9 te, quid ergo erit nobis? Circa quæ uerba Chrisost. in homil. 59. quæ inscribit̃ de cõmemoratione sancti Pauli, aperte testat̃ hic Petrũ interrogasse ex persona aplorum cæterorũq; fideliũ Iudeorum: unde & merito os aplorum dici poterat. Sed Luthere q̃q̃ hæc uerba pulchre inserueris, cur, quæso, reliquã sentẽtiæ partẽ omittis. Hæc enim sunt Chrisost. uerba sup Math. homil. 55. Quid igit̃, inquit, Petrus oim apostolorum os/uertex toti9 cum oẽs interrogati essent, ipse solus respondit. Et sequitur, qd' tu forsan, data opera, omiseras. Quandoquidẽ de sñia uulgi petebat, omnes responderũt. Cũ uero de sua eos rogaret, Petrus confestim prægsiliuit, ac pręueniens ait, Tu es Christus filius Dei uiui. Quid igitur Christus, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi: hæc Chrisostomus. Ex quibus uerbis nemo est,

Chrisostomus

Pastor
Caput
sũmus orbis pastor
Aplorum princeps
Petr9 Ecclesiæ columna
ecclīæ turris
Fundamẽtũ fidei
Ecclīæ psul
caput aplorum

Chrisostomus

qui non intelligat in hoc responso Petrum præsiliisse, ac cæteros præuenisse. Nullam enim interlocutionem inter se de responso habebant, qd' respondit, hoc non caro & sanguis reuelauit, sed pater, qui in cœlis est. Et non parum est quod hic Chrisostomus pensat, maxime ꝙ primo responderint omnes Apostoli, dum essent interrogati de sententia uulgi: et Petrus responderit interrogatus de sententia propria: hoc testatur euangelicus ordo.

Mathei sedecimo Ita namq; scriptum est Math. 16. Venit aũt Iesus in partes Cęsareę Philippi, & interrogabat discipulos dicens: Quem dicũt homines esse filium hominis? At illi dixerunt, alii Ioannem Baptistam, alii Heliam, alii uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos aũt, quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei uiui. Respondens aũt Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sãguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram &c. Ex his euãgelii uerbis liquet manifeste discipulos imprimis, ac deinde Petrum respondisse. Nec constat respondisse Petrũ responso deliberato, imo ꝙ ad Iesum prę cęteris

Origenes iuxta Orig. in Matheum homil. 5. præsilierit. Et Leo beatissimus in. 11. sermone de passione dñi ait: Petrus omniũ celerrime ora prę-

Leo ueniens, inquit: Tu es Christus filius Dei uiui. Si ergo pręuenit iuxta Chrisost. ac Leonis sententiam, ac cęteri ignorarunt, iuxta

Hilarius Hilarii Pictauiẽsis Epi assertionẽ, stabit hic Petrum fuisse locutũ ex reuelatione spiritus sancti: & ꝙ ipse ꝓ sua psona meruit audire Beatus es Simon Bariona. ꝙ si totũ id a domino dictum fuerat ẽt reliquis, fuerunt & ipsi & quilibet eorum Simon Bariona: & hoc historiæ ueritas pati nõ põt. Quãq̃ & hæc uerba, Beatus es tu &c. iuxta Chrisost. mentem satis congrue cuiq; fidelium Christũ filiũ Dei uiui ꝓfitenti, possent aptari: sicut & probabimus ex Origene Chrisost. Aug. ac aliis quẽlibet Christianũ esse, diciq; posse petrã. Alio tñ sensu ac ordine hęc audiuit Petrus, quam quilibet christianus audire meret. Sed ad tua ueniẽs, dico nõ ita oportere Chriso. intelligi, quasi Petrus sic fuerit os apostoloꝝ, ut qd illi cõmiserint, fuerit locutus Simon: Alioquin non pater in cœlis sibi reuelasset: sed potius caro & sanguis. & ita Christus non uere dixisset eidem: Caro & sangnis non reuelauit tibi. Discas itaq; mutare sententiã: ne contra dictum sapientis tuæ uidearis inniti prudentiæ.

LVTHERVS



EATus Aug·pſ̃·108·ſicut quædam dicuntur, quę ad apoſtolum Petrum proprie pertinere uideantur: nec tamen habẽt illuſtrem intellectũ, niſi cũ referunt̃ ad Eccleſiam·Cuius noſcitur in figura geſſiſſe perſonam propter primatum, quẽ in diſcipulis habuit, ſicut eſt, Tibi dabo claues regni cœloꝝ, et ſi qua hmõi·Ita Iudas perſonã ſuſtinet quo dãmodo inimicoꝝ Chriſti &c· Vides ꝙ claues Eccleſiæ in perſona Petri datas aſſerit·Idem lib·1·de doct·Chriſt·c·17·Has igit̃ claues dedit Eccleſiæ ſuæ, ut quæcunq; ſolueret in terra, ſoluta eſſent & in cœlis · Auguſtinus

FABER



DMITTO q̃ lubens hanc primam Aug· ſententiã: adde, ſi placet, quod idem Aug·habet in euan·Ioãnis tract·50·ubi ſic ait: Iudas malus, corpus maloꝝ ſignificat: quomodo Petrus corpus bonoꝝ/corpus Eccleſię ſed in boñ· Nam ſi in Petro non eſſet Eccleſiæ ſacramentum, non ei diceret Dñs: Tibi dabo claues regni cœloꝝ, quæcunq; ſolueris in terra, ſoluta erunt & in cœlis: & quæcunq; ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum eſt, non facit hæc Eccleſia. Si autem & in eccleſia fit, ut quę in terra ligantur, in cœlo ligentur: & quæ ſoluuntur in terra, ſoluantur in cœlo·Quia quum excõmunicat Eccleſia, ligatur excõmunicatus in cœlo: cum reconciliatur ab Eccleſia, in cœlo ſoluitur recõciliatus·Si hoc ergo in Eccleſia fit, Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. Si in Petri perſona ſignificati ſunt in Eccleſia boni, in Iudæ perſona ſignificati ſunt in Eccleſia mali. Ipſis dictũ eſt, Me autem non ſemper habebitis· Quid enim eſt, non ſemper: & quid ſemper? ſi bonus es, ſi ad corpus Chriſti pertines, quod ſignificat Petrus habens Chriſtum, & in præſenti & in futuro · Hæc Aug· Sed quid hæc contra primatum Petri, quem ego defendo· Primo omnium fatebor & ego Petrum geſſiſſe typũ uel figurã Eccleſiæ· Sed ea propter Petti hiſtoriam non negabimus: Abel tñ ptimo in hominibus poſt delictũ geſtare figuram conceditur ſaluatoris: Auguſtinus Abel typus ſaluatoris

Augustinus — uirgo/& caput/& sacerdos/& martyr esse uidet. Vt eiusdem Aug. uerbis utar in.1.lib.de mori.sacr.scrip.c.5. Sed nũquid non Abel uere fuit Abel pastor ouiũ? qui & obtulit de primogenitis gregis

Genesis quarto — sui, de quo scriptũ: Respexit dñs ad Abel/& munera eius. Nunqd non figura petra iacẽs, figura uirga percutiens, figura aqua fluẽs, figura & Moses dubitans, quando lignum accessit ad petram, ubi dubitauerunt discipuli, quando uiderunt Dñm crucifixum. Hoꝝ figurã gerebat Moses. Figura erat Petri illius ter negantis. Quare Petrus dubitauit, quia lignũ Petro appropinquauit. Mare rubrũ

Ad Galat. quarto — baptismus erat, sed in nube. Et ut ad Paulum ueniamus, quanq̃ ut est apud Apostolum, Syna/& Syon fuerunt figuræ & de Sarra

Hiero. in Oseam — & Agar typice quædam dicta sunt. Neq; autem Syna est mons, & non est Syon: non fuit Sarra, & non fuit Agar, ut pulchre probat Hier. in Oseę.c.11. Isaac in typo Christi fuit, qui futurę mortis ligna sibiipsi portauerit. Et Iacob, quia Lyam dolentem oculos, & Rachel pulchrã habuit uxorem. In Lya, quæ maior erat, cæcitatẽ synagogę: in Rachel pulchritudinẽ Ecclesię itelligimus, quę licet typice capiat, tñ hęc omnia uere fuerũt & re ipsa: & quę illis dicta sunt, quæ & in figuram trahimus, uere & re illis dicta sunt. Unde

Augustinus — siquis illa impugnarit, errat. Et sicut iuste Aug. in.13.lib.de ciuit. Dei.c.21. rephendit eos, qui totum Paradisum ad intelligibilia tñ referunt, quasi propterea non potuerit esse paradisus corporalis; quia potest etiã spiritualis intelligi, ita ut capiamus per paradisũ, uitam bonoꝝ, quattuor flumina/quattuor uirtutes prudentiam/fortitudinem/temperantiam/atq; iustitiam: & ligna eius/omnes utiles disciplinas, & lignoꝝ fructus/mores piorum, & lignũ uitæ ipsam bonoꝝ omniũ matrem sapientiam, & lignum scientię boni

Hieronymus — & mali/transgressi mandati experimentũ. Eapropter quoq; Hier. Daniel.10. Eoꝝ deliramenta, inquit, conticescant, qui umbras & imagines in ueritate quærentes, ipsam conantur auertere ueritatẽ: ut flumina/& arbores/& paradisũ putẽt allegoriæ legib9 se debere subruere. Ita & de Petro. Etsi figurã gessit ecclesię: sicut & Rachel, sit quasi typus, & ad spiritalẽ possit traduci intelligẽtiam. Quis tñ prohibebit & de illo/& ad illum uere pro sua persona quædã dicta & facta esse? Addo quod est in Hier. cõmentariis in Oseæ nempe hic, ubi multas de Christo figuras retulisset, demũ infert ac ꝓbat ꝗhi, q ex parte typi fuerint. i. Abel/Isaac/Iacob/Ioseph/Moses &c,

non omnia quę fecisse narrant in typo eius fecisse credenda sunt. Typus enim partem indicat, quod si totum praecedat in typo iam nõ est typus, sed historiae ueritas appellanda est. Vnde Sanson & si typum saluatoris gesserit, quod meretricem ex gentibus adamauit, ecclesiam & multo plures hostiũ moriens q̃ uiuus occiderit, tamen in aliis plerisque ad Christũ nõ uidetur gessisse typum, uti pulchre tradit Hier. i. lib. aduersus Ioui. Qd si hoc in patribus antiquis ad miserimus, cur reiecerimus in Petro. stet ergo Petrum fuisse typũ ecclesię: sed nõ per omnia typus erat, immo remãsit & erat Petrus. Qd si pro te Augustinũ obieceris, non est quo mouear: siquidem in huius euãgelici uerbi interp̃tatiõe saepe diuus Aurelius uariasse reperit, & nemo non nouit hãc de Petro interp̃tationem ab Aug. dubie relictam. Ne uero tã sancto uiro quid falsi impingã, accipe quid super ista scripserit in. i. li. retract. c. 21. postq̃. n. meminit illic se scripsisse librum cõtra eplam Donati, sic ait: In hoc libro in quo dixi quodam loco de apostolo Petro quod in eo tanq̃ in petra fundata sit ecclesia. Qui sensus etiã cãtat ore multorum in uersibus beatissimi Ambro. ubi de gallo gallinaceo ait: Haec ipsa petra ecclesia canen culpam diluit: sed scio me postea saepissime sic exposuisse qd a dño dictum est: Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiã meam: ut super hanc intelligeret, quẽ confessus est Petrus dicens: Tu es Christus filius dei uiui: ac si Petrus ab hac petra appellatus personã ecclesiae figuraret, quae super petrã aedificatur, & accepit claues regni cęlorum. Nõ. n. dictũ est illi, tu es petra, sed tu es Petrus petra autem erat Christus, quem confessus est Simon, sicut eum tota ecclesia profitet, dictus est Petrus. Harũ aũt duarum sententiarum quę sit probabilior eligat lector. hęc Aug. Qd ut breui tabella paulo apertius habeas, en ex psalmorum libro tua retundam, iãque dicta fir mabo in psalmo. 30. sic habet Aug.: O ecclesia, hoc est petra, quia super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, macta & manduca. deinde ps. 55. ac ps. 59. Euãgelii uerbum refertur ad Petrum, quod in epistolarum libris non semel sed iterũ ac iterũ apud Augustinum (ut in libro de grãmatica in. 2. libro de diuersis quęstionibus ad Simplicianum. q. 1.) dep̃henditur. Cum itaque sanctus ille uir euangelici uerbi interp̃tationem relinquit: ambiguam nec hanc nec illã tuetur. Quid opus igitur erat ex euãgelio tantã mouere tragoediã, quod si tu pugnaris alterã interpretationem amplectẽdam esse? Quis

Hier. aduer. Ioui.

Aug. lib. retract.

Ambrosius

psalmo tricesimo

Augustinus

prohibebit ut non ego in alteram partem declinem, cum utrumq; ex Aug. reiectis uel omissis aliis sanctis patrib9 fieri possit. Dabis ergo hunc scripturæ locum etiam in Aug. esse ambiguū, alioquin inter retractationum locos uix positus esset: & quid in re dubia faciemus? debemus iuxta uerbum Hier. in Amos. c. 4. scripturā sanctam primo scdm literam intelligere, facientes in ethica quæcūq; præcepta sunt, secdo iuxta allegoriam & intelligentiam spiritualē, tertio scdm futurorų beatitudinem: aut si mauis id faciemus, quod suadet ac docet Aug. 3. lib. de doc. Chri. c. 2. cū uerba inquit faciūt ambiguam scripturam, primo prouidendum est ne male distinxerimus aut pronunciauerimus. Cum ergo adhibita intētio incertū esse prouiderit, quomodo distinguendum aut quomodo pronunciandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarų planioribus locis & ecclesiæ authoritate percepit: q; si ambæ uel etiam oēs si plures fuerint partes, ambiguitatis scdm fidem sonuerint textus ipse sermonis a præcedentibus & sequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medium posuerunt, restat consulendus, ut uideamus cuinam sententiæ de pluribus quæ se ostendant, ferat suffragium, eamq; sibi contexi patiatur hec Aug. hisce consiliis quasi Apollinis oraculo innixi, si primo literā ipsam præ oculis statuerimus: deinde & pcedentia & sequentia conferamus, planissimum erit hæc uerba in Petri personam esse referenda. Qd si hoc uerbo ambiguo dixerimus in Petro claues ecclesiæ datas, & Petro principaliter datas, & nos sacerdotes in beato Petro apostolo suscepisse claues, in quem peccauimus? stabunt hæc omnia, nec transuerso digito a ueritate recedent, & cōsona sunt his quæ scripserūt Orig. Hiero. Leo. Ambro. Aug. & reliqua sanctorū patrum sanctissima cohors. Hunc etiā ordinem ut saluemus, nō erit admodū difficile: quanq̄ enim sacræ scripturæ in plerisq; locis difficiles sint, ita etiā ut Osee dubitarit dicens: Quis sapiens & intelliget ista, intelligēs & sciet hæc: licet etiam nos lipiētibus oculis & peccatorų sordibus obscurati, clarissimum iubar solis nō possimus intueri: ut Hier. in Oseæ uerbis utar, tamen in hoc dicto quo toties nobis antiquorū patrum testimonia suffragantur, ut soluamus hunc gordii nodū, quem nonnulli huic euangelico uerbo inesse putant, facillimum erit: nec illa sensus ambiguitas, si qua inest, oberit. Nam si Aug. credimus in .11. lib. de ciui. dei, Diuini sermonis obscuritas & in

Hieronymus

Augustinus

Oseæ q̄rtodecimo

Augustinus

lucem notitiæ producit, dum alius sic alius sic intelligit: ita tamē ut quod in obscuro loco intelligiť uel attestatione rez manifestaꝶ uel aliis locis minime dubiis asseratur: siue cum multa tractantur ad id quoqꝫ perueniatur, quod sensit ille qui scripsit, siue id lateat. Sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis, alia quædam uera dicatur. Hæc Aug. Sed quid opus est multis? Scis in Christo charissime hæc nonnullis uisa fuisse contraria apud Ezechiel. c. i. ubi animalia currebant & reuertebantur, cum supradictum erat, nō reuertebātur animalia cū incederent. Scis & a Salomone puer. 26. scriptum esse: Ne respondeas stulto scdm stultitiam suam, ne similis ei fias: & rursum respondeas stulto scdm stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur: quæ sunt mere contraria. Et forsan dialecticus aliquis ea contradictoria diceret: tamen inuenti sunt qui utriqꝫ contrarietati modum dederūt. Inter hos Hier. unus est, & non solum ueterum sed & noui instrumenti præcepta apparent sibi contraria. An non quæso uidentur inter se Christus & Paulus contrariari circa mandatum dilectionis? Christus enim ait omnē legem & prophetas in duobus pendere mādatis, dilectiōe scilicet dei & proximi. Paulus uero in dilectione proximi dūtaxat legem pendere testať. Contigit & fere idem de orandi loco, quē Christus & Paulus præscripserunt: cuius rei meminit Athana. in epistola priori ad Timot. c. 2. Et si non recte Paulus intelligatur, in plerisqꝫ sibi cōtrarius esse uidetur: sicut in eo quod iubet nos proximis placere: quū alibi dixerit: Ego si hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Tamen Origenes in epistolam ad Romanos lib. 10. c. 15. Rectum ac sanum dedit intellectū. Et ut plenius ista corroborem nunquid non euāgelium sibi contrariari uidetur in eo quod apud Matheum legiť: In uiam gentiū ne abieritis. & iterū apud eundē, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. nisi intellexeris iuxta mentē Hier. illud p9 hoc uero ante resurrectionem esse præceptum: & multa sunt illius genera, quæ inter se dissidere putanť, quæ tamen simul subsistere possunt: sicut est de uirga in uia portanda/de pera/calciamentis/ duabus tunicis/gladiis/ac hisce similibus: quequidē omnia præbuerunt argumentum diuo Aurelio Augustino scribēdi libros de consensu euangelistaꝶ. Tamen qui cum Mose minat gregem ad interiora deserti mox pascua inuenit, & apparet illi dñs: q si fieri

Ezechiel. primo

Salomon

Hier. Ezechiel. i.

Athanasius

Origenes

Mathei. viii.

Mathei. viii.
Hieronymus

Ambrosius

potest, ut contraria seu contradictoria utriusq; testamenti contra dialecticos; certissimam regulam simul stare possint. Non desperabimus ergo hoc euangelii uerbum & si referatur ad Petri psonā ecclesiam ac sacerdotes Christi in ueritate saluare, ita ut ecclesiastīcus ordo minime turbet. Et ne ex patribus illis antiquis Cretēses semper mendaces faciamus, quod certe summopere cauēdum est: ipsi enim sunt iuxta Magni Basilii uerbum quasi certa sacrę scripturæ amussis.

Basilius

LVTHERVS

Dicit itaq; Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi & interrogauit discipulos suos: Quem dicunt homines esse filium hominis &c. ubi significanter beatus Hier. dictum obseruat aliter Christum interrogasse de se quā hominū, aliter quando apostolos; sententiam quæsiuit, illos uocat homines, hos autē deos esse significat: deinde de hominibus quærens, filium hominis se appellat ueluti uago nomine. At apostolos quęrens me inquit certam & singularem personam monstrans, at ubi de hominibus quærit, nullus designatus discipulus respōdet, ad significādum q; sine nomine sunt qui indigna de filio Dei sentiunt: quibus adde & hoc q; opiniones incōstantes sunt hominū de Christo. At ubi apostolos de se interrogat, ibi signatus unus certe respondet, & constantem absoluit, & pronunciat fidei confessionem ut ueram Christi cognitionem in unitatem & firmitatē consistere, nō multos; opinionibus uelut arundinem agitari doceret. Vides ergo adhuc nihil ad Petrū proprie ptinere, nisi q; cōmune organum est omnium apostolorum.

FABER

Videris hic nōnihil torquere Hieronymū: huius uerba sunt hæc, Prudens lector attende q; ex consequētibus textuq; sermonis apostoli nequaq̄ homines sed dii appellantur: cum. n. dixisset: Quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit: Vos aūt quem me esse dicitis? illis, quia homines sunt humana, humana opinātibus, uos, qui estis dii, quē me esse

me esse existimatis? Petrus ex persona omnium apostolorum profitetur, Tu es Christus filius dei uiui: Deum uiuum appellat ad distinctionem eorum deorum, qui putantur dii, sed mortui sunt, Saturnum/Iouem/Cererem/Liberum/Herculem, & caetera idolorum portenta significans. Haec sunt Hieronymi uerba, quae tamen cum aliis scripturis etiam ipsius Hieronymi, si conferantur ad personam Petri, Christum haec uerba dixisse fatebimur. Et quia tu hic Hieronymum citas, unde ut commode tibi respondeam, in hac parte potissimum hic eiusdē Hieronymi testimonio utemur. Is in.c. secundo Esaiae ita scribit, Haec domus aedificata est super fundamentum apostolorum & prophetarum, qui & ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De hac domo & Hierusalem psalmista conclamat dicens, Qui confidunt in domino sicut mōs Syon, non cōmouebit' in ęternum, qui habitat Hierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Vnde & super unum montium Christus fundat ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Vides hic reliquos apostolos etiam dici montes. Vides & super unum montium uidelicet Petrum, quō Christus fundauit ecclesiam, hunc montem scilicet Petrum. Idem Hieronymus nō abs re Esaię sexagesimotertio confidentissimum & in fidei ueritate firmissimum appellat. Etiam in epistola quadam ad Marcellam aduersus Montanum aperte testatur super Petrum dominum fundasse ecclesiā. Sed audi quid idem in primo libro aduersus Iouinianum scribat: huius siquidem uerba sunt haec, Si obnixe contenderit Ioannem uirginem non fuisse & nos amoris praecipui causa uirginem eum diximus, exponat ille: si uirgo non fuit, cur caeteris apostolis plus amatus sit? At dicis, Super Petrum fundatur ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, & cuncti claues regni coelorum accipiant, & ex quo super eos ecclesiae fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Et idem Hieronymus in Hieremiam cap. sextodecimo sic ait: Non solum Christus petra, sed & apostolo Petro donauit ut uocaretur petra: sed non est alicubi uocatus petra nisi hic Mathei sextodecimo. Restat ergo ut haec uerba dicta fuerint ad Petrum. Vnde Origenes in epistolam ad

Hier. in Esa.

Hieronymus

D

Romanos cap. sexto: Petro ait cum summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum uelut super terram fundaretur ecclesia, nullius confessio uirtutis alterius ab eo nisi charitas eligitur. Cum itaq; super unum montium, super Petrum confidentissimũ / & in ueritate fidei firmissimum Christus fundarit ecclesiam, & ab eo cepta sit unitas, ut tollatur schismatis occasio: superipsumq; tanquam super terram fundata fuerit ecclesia. Demum quoq; ipsi Petro ex hoc euangelii uerbo sit quæsitum commune nomen cũ Christo, cur nõ dicerem hæc uerba ad Petrũ referenda? Sed quæ hic ad Hieronymum dicenda sint, paulo ante dictũ est. Vnde laconismo studere uolens, ea hic repetita esse uolo.

LVTHERVS



Am illud uide, quod & a laicis obseruatũ ipse didici: Est enim etiam in laicis spiritus Christi. Verbum hoc Christi non posse ad solum Petrum dictum intelligi: quia Christus non solum Petrum sed omnes apostolos requisiuit dicens: Vos autem quem me esse dicitis? nõ dixit, tu Petre, Quem me esse dicis? Nisi ergo per Petrum omnes discipuli respõdissent, certe discipuli non fuissent, nec magistrũ audissent, nec satisfecissent interrogãti: quod & impium de apostolis est sentire. Relinquitur ergo q̃ Christus responsum Petri acceptarit nõ pro solo Petro, sed pro toto collegio apostolorum & discipulorũ: alioqui & alios quoq; denuo interrogasset.

FABER



N explanatione sacræ scripturę semper sancti spiritus inspiratione egemus, ut cuius instinctu scripta sunt, illius reuelatione pandantur, teste Hieronymo in prohœmio Oseæ. Et in Esaia signatum librum legimus, quem scribę & pharisæi qui legis literas nosse se iactãt, nõ possunt legere, quia signatus est, nullusq; inueniri potuit nisi Leo de tribu Iuda, quẽ signauit deus pater, qui eius posset reuelare mysteria. Quare laici si scripturarũ secretiora e spũ diuino rimari uoluerint,

Hieronymus

necesse est, ut sit illis spiritus sapientię, spiritus intellectus. Quare non parum timere necesse est de scripturis hæreticoꝝ, & doctrinis nouis ac peregrinis ut recte iudicent: sit rara auis in terris nigroq; simillima cigno. Cum enim mixtum fuerit æramentum argento, quis facile poterit, rudis cum sit, hoc probare? Et hic summopere curandum est, quod Ioannes in canonica hortatur dicens, Dilectissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Sed demus sapientiæ spiritum in laicis esse, tamen & id uerũ est, ꝙ in ecclesia dogmata secretiora sunt: quę adire nec ipsis sacerdotibus liceat, teste Origene super leuiticum homilia .5. Sunt quædam ait ille ad quæ possunt accedere filii Israel, hoc est laici. Et magnus ille sacerdos alia utitur stola, cum est iturus inter perfectos, & alia utitur cum exit ad populum: quod & Christum fecisse legimus. Vnde omnis turba stabat in littore: non enim in naui merebantur audire. Et locutus est eis multa in parabolis. Quare & dimissa turba aplĩ accedebãt, & secrete iterrogabãt: quę iuxta uerbum Hieronymi, nec populus merebatur audire. Et hęc Paulum obseruasse legimus, qui sapientiam inter perfectos loquendam putauit, immo alios lacte potat ut paruulos, alios oleribus nutrit ut infirmos, aliis fortes præparat cibos, his qui pro possibilitate sumendi excitatos habent sensus ad destructionem boni uel mali. Hic non dicam de Gazophilatiis sanctis apud Ezechielem de decoriatione holocausti in leuitico, per quæ datur intelligi secretiora scripturarum a laicis ut plurimum indigne tractari: qđ & Gregorius Nazanzenus totis uiribus cauendum putat. Et hoc est ꝙ in genesi Abraam patriarcha angelos suscepit hospitio. Similiter autem & Loth. Sed Abraam qui meritis præcellebat, panes ex simila apposuisse describitur, quos & ἐγκρυφίας occultas ac reconditas nominauit. Loth uero eo ꝙ non habuit similam, ex farina panes hospitibus apposuit, non ꝙ ita pauper esset, inquit Origenes super leui. homilia .15. & non habuerit similam: qui in diuitiis non inferior patruo scribitur. Sed utriusq; meritorum differentia per hæc designantur indicia: ꝙ is quidem cui erant a domino mysteria reuelanda, & ad quem dicebat: Non celabo a puero meo Abraã quod facturus sum, qui imbuendus erat & edocendus de occultis & secretis Dei. Ille panes ex simila scribit habuisse: Ille uero ad quẽ nihil sacramẽti deferebat. Sed ratio præsentis salutis

Ioannes

Origenes

Hieronymus

Gregor. Nazan.

Origenes

& uitæ panes communes ex similę farina scribitur habuisse confectos. Ita siquis habeat scientiam secretorum, si de fide Dei, si de mysterio Christi, de sancti spiritus unitate potest scienter cauteq; disserere, ut panes ex simila offerat dño. Si uero ad populum illi dicendum fuerit, communibus utatur monitis atq; doctrinis, quasi panibus communibus. Hunc etiam religionis modum non solum sanctũ & electum dei populum imo & gentes diligenter obseruasse compertum est. Proin laudatur non immerito Octauius Augustus, qui, ut Suetonius habet, peregrinarum cerimoniarum sicut ueteres ac præceptas reuerentissime coluit: ita cæteras contemptui habuit, & Athenis initiatus: quum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum atticæ Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, dimisso concilio & corona, circumstantium solus erudiit disceptantes. Quæ omnia ea propter enumerare placuit, ut demum agnosceres quam indignum fuerit te multis adinuentionibus, quod tua pace dixerim, cum grandi iactura sacerdotum Christi popularem aucupari fauorem, quod & in hoc loco fecisse uideris, qui spiritum laicorum ita extollis, ut & ueritatem ex illo probãdam existimes. Sed certe & si turba quę tecum sit, quæ deniq; in tua uerba iurarit, propemodum infinita sit, non tamen est quo moueat. Mi Martine cogitare debes q; Hieronymus in Matheum.21.c. scribat, Semper turba mobilis est, nec in proposita uoluntate persistens, atq; in morem fluctuum diuersorumq; uentorum huc illucq; trahitur: Quem nunc quasi prophetam uenerantur & colunt, postea contra eum clamant, crucifige crucifige eum. Immo hoc addo periculosum sit iudicio laicorum inniti. Nam qui ad populum scribit uel loquitur, uti Cyreneusis ille Sinesius inquit, Necesse est illum in opinione populorum esse, & ea fingere, & de his disserere, quæ populo sunt grata. Indocti quoq; solent absurdarũ opinionum esse fautores. Quamobrem sanctissime Chrisostomus ait, Maxima pars ecclesiarum imperita semper turba est, nec sapit eo usq; ut de dictis possit habere iudicium: & uix unus aut alter reperitur, qui dictorum discernat merita. Quare idem Chrisost.2. homilia super .1. caput Ioannis eum repræhendit, qui hominibus rudibus/& indoctis placet, & qui multitudinem sequi non ueretur, & dicit: Si quis eum percunctaretur, quid tu multitudinem esse arbitraris?

Suetonius

Hieronymus

SyncsiusCyreneñ

Chrisostomus

procul dubio & desidem & nulli bonæ rei deditam: respondet, Quid autem an ex illius numero fieri optares: siquis eundem iterum interrogaret, non utiq; assensurum persuadeo. Nonne igič maximum ridiculũ est eoꝝ gloriã aucupari, quoꝝ ne similis quidem esse uelis. Si aũt multos dixeris etiã cõstantes uiros huius esse sententiæ, iccirco longe magis contẽnendos dicimus. Nam si sponte sua cõtẽnibiles sunt, cum multi fuerint, maiorẽ in modum digni sunt qui cõtemnanč: singuloꝝ enim amentia simul collata multitudine ipsa fit auctior. Et Hier. in apologia aduersus Ruffinum hoc Pythagoræ symbolum: Per uiam publicã ne ambules, citans, exponit in hunc modũ, ne multoꝝ sequeris errores. Et idẽ Hier. 2. li. aduersus Iouinianũ: Ne glorieris qa multos discipulos habeas: filius dei docuit in Iudea, & duodecim tantũ apostoli sequebantur eum: Torcular inquit calcaui solus, & de gentibus uir non est mecum: ille in passione solus remansit: & Petri quoq; erga eum trepidauit cõstantia: phariseoꝝ aũt doctrinæ omnis populus applaudebat dicẽs, Crucifige crucifige talẽ. Ea propter & Basilius magnus ad nepotes sic ait, Nihil magis sapienti uitandũ est q̃ gloriæ studere, & ea quęrere quę multitudini placeãt. Quis .n. beatus esse possit inqt in Axiocho Plato ille diuinus uulgi uiuẽs arbitrio, tãetsi faueač ei plaudaturq;. Vbi nãq; Axioche tu qui in republica uersarisč ubi Melciades, ubi Themistocles, ubi Ephrolites, abiitč Vbi hi item, qui nuper in republica fuerũtč quando ego quidẽ in eam non sum adductus sententiã: neq; .n. mihi honestũ mihi uidebač, ut insaniẽti populo dñationis particeps fierem. hæc Plato. Proin & recte cecinit musa Maronis hoc hemistichio dicens, Sęuitq; animis ignobile uulgus. & iterũ .2. Aene. Scinditur incertum studia in cõtraria uulgus. Et Cicero in officiis, Qui ex errore imperitæ multitudinis pẽdet, hic in magnis uiris nõ est habẽdus. Lactantius quoq; .2. diuinaꝝ institutionũ libro credit ueritatẽ a uulgo uariis dissipatã esse sermonibus. Et uerissime uisus est mihi dixisse Franciscus Petrarcha de remediis prosperæ fortunæ dicẽs, Quicquid uulgus laudat, pene uituperio dignum est: quicquid prædicat, uel esse cogitat, uanum est: quicquid loquitur falsum est: quicquid improbat, bonum est: quicquid approbat, malum. Et iterum idem Petrarcha, Ne mouearis, si uulgo sapiens dicaris. uulgus enim insanos sapientes dicere, & sapientes insanos

Hieronymus

Basilius Magnus

Plato

Virgilius Maro

M. Tullius

Lactantius

Fran. Petrarcha

iure suo didicit, qđ est ut falsa pro ueris & uera pro falsis habeat: & in summa nihil est a ueritate remotius q̃ uulgaris opinio. Et pul chre de hac re Epictetus stoicus in Enchi. c. 16. disseruit: quem ue luti plerosq; alios hac de re diserte loquentes prętereo: satis superq; ni fallor monstratum esse crediderim non admodum tutum esse sequi iudicia uulgi. Illud enim instabile est, & potissimum orta seditione, ut est apud Curtium: tunc enim in diuersissima cõcilia trahitur. Sed hæc missa faciam, & ad laicoȝ spiritũ uenio: ipse ex Paulo diffiteri non possum, si spiritu dei aguntur, filii dei sunt: sed ut de his recte iudicare possint, quę tam ambigua & obscura sunt, & de quorũ intellectu a mille annis totus mundus certauit, certe uix credo. Sed demus ut spiritus sanctus illoȝ omnia scrutetur: sicut est apud Paulum ad Corinthios: Non sint animales imo spi ritales, pcipiẽtes ea, quę fuerint spirit9 dei. Et stet illud horatianũ, q interdum uulgus rectũ uideat: tamen hoc argumentum eorũ prorsus non ualet. Quale enim est hoc argumentũ, nisi per Petrũ omnes discipuli respõdissent, certe discipuli nõ fuissent &c. Verũ est qđ Ioannes ult. Dixit Iesus, Pueri nunqđ pulmentariũ habe tis? responderũt ei, nõ. At Lucæ ultimo interrogãs eos, Habetis hic aliquid qđ manducetur? illi certe nullum uerbũ responderũt; sed dices pro responso: Obtulerunt partẽ piscis assi & fauũ mellis: hoc ego non nego, sed uerbo nihil responderũt, at deniq; discipuli erant. Ioan. 6. scriptum est, q interrogati discipuli responderunt per Petrum. Et interrogati iterum, Nonne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? nihil responderunt: nec iterũ interrogabant. Marci. 9. in Capharnaum, cum domi esset, interro gabat eos: Quid in uia tractabatis? sequitur in euãgelista, illi tace bant: siquidem in uia inter se disputauerant, quis eoȝ esset maior: habes hic interrogatos discipulos tacuisse: ergo non amplius iuxta laicoȝ opinionem poterant dici discipuli? absit: ergo quia interro gati, quid in uia tractarint, cũ tacuerint apostoli, eos impios esse dicemus? minime gentium. Sed ut clarius ostẽdamus hoc uerbũ cæteris omissis, quod est Lucæ ult. scriptum audiamus: Duo ex discipulis ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorũ .60. ab Hierusalem nomine Emaus, & ipsi loquebantur ad inuicẽ de his omnibus quæ acciderant. Et factũ est dũ fabularent & secũ quærerent; & Iesus apropinquãs ibat cum illis; oculi autem eoȝ

Epictetus stoicus

Quin. Curtius

Ad Romañ. viii.

.I. Corinth. ii.

Horatius

Ioannis vltimo

Ioannis. vi.

Marci. xi.

Lucæ vltimo

tenebantur, ne eum agnoscerent, & ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicẽ ambulantes, & estis tristes? & respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus. Habes hic expresse euangelium ꝙ Christus duos discipulos interrogauerit, ac tantum responderit unus scilicet Cleophas, quem in dictionibus hebraicis Hier. natũ asserit in Emaus Palestinæ, quę iam Nicopolis dicitur. Nec ob non responsionem alter (quẽ Orig. Simonem, & Ambrosius in Lucã uocat Amonem) uel nomen uel ius discipulatus amisit. Vnde hoc laicorũ argumentum prorsus nihil probabit, nisi sim quouis cæco cæcior. Hieronymus Ambrosius

LVTHERVS



EX Quibus ulterius sequitur ꝙ sicut Christus personã respondentis Petri pro omnibus acceptat: ita sequẽter quoq; non ad solum Petrũ, sed ad omnes, quoꝝ psona Petrus loquit' dicat: Tu es Petr9, tibi dabo claues &c. Alioqui scriptura nõ recte intelligitur, nisi præcedẽtia & sequẽtia recte conferantur: atq; ut eo sit rectius, non soli Petro a Christo aliquid dictum esse, exponit seipsum Christus cui loquatur, & cui tradat claues dicens: Beatus es Simon Bariona, caro & sanguis nõ non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.

FABER



OStendi superius uerba Christi principaliter ad Petrũ ex beatissimi Leonis ac alioꝝ sententia referenda, qđ si postea ad alios contulerimus, modo caput & principẽ apostolorum non negemus, quis prohibebit: imo si nõ modo unũ sed & plures sensus expiscati fuerimus, nihil peccam9. Quomodo diuina scriptura iuxta Origenem Adamantium in ult. homil. super Genesim, non solum sacramentorũ debet sententiam continere, uerumetiã mores gestaq; informare discentium. Sic .n. & sapientia per Salomonem dicit: Describe tamen hæc dupliciter & tripliciter in corde tuo. Et archa quæ construebatur a Noe bicamerata & tricamerata fieri iubetur: hac licentia usi sunt in hoc Ex Mar. theologico plures expiscari sensus nefas nõ est Origenes Prouerbioꝝ. xxii. Genesis. xvi.

euangelii loco Orig. Hier. Ambr. Aug. plerique alii ab hac libertate indignum fuerit, si nos retrahere uelis: quod si antecedentia & consequentia conferenda putas, quia haec conducant plurimũ, pro ueritate tuenda & ipse concedam: Tunc euangelium euangelio, historiam historiae, & caput capiti ut cõferamus necesse ẽ. & quid fiet? certe dep̄hendes Christum potestatem ligandi & soluendi primo dedisse Petro, dein discipulis omnibus & hoc apud Matheum inuenies: dein dominum dedisse spiritum sanctum discipulis oibus: Ac, quod maxime pensandum est, post haec Petro, p̄sentibus aliis apostolis, in Ioanne, oues non semel sed ter cõmendauit: quae certe primatum Petri non parũ firmant. Sed ad id ueniẽtes quo Petrũ apostolorum os post Chrisost. appellas, si Petrũ os apostolorum propterea dixeris, quia ex oium apostolorum persona ubique uel respõderit, aut pro apostolis ubique interrogauerit, cur ergo Lucae. 18. Christus cũ quaereret, Quis est qui me tetigit. Mathei. 14. dicente domino, Date illis uos mãducare, cur non Petrus respondit, quomodo responderunt dicentes: Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Math. 15. Clamante muliere Cananea, nõ Petrus solus, sed discipuli eius rogabãt eũ dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos. Math. 17. Cum assumpsisset Iesus Petrum Iacobũ & Ioãnem, cur interrogauerunt eum discipuli nõ Petrus de Helia? Math. 26. Cur non Petrus solus imo discipuli accesserunt ad Iesum dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Marci. 10. Duodecim erãt at nõ Petrus solus: sed duodecim eũ iterrogabãt. Mar. 8. Discipuli quaesiti de cophinis discipuli respõderũt: qđ & apud eundẽ euangelistã. c. 9. bis esse factũ legimus. In domo iterũ existeñ ipsi interrogabãnt, ut est Marci. 10. Et in eodẽ euangelista. c. 13. Primo unus ex discipulis interrogabat: deinde separatim Petrus/Iacobus/Ioannes/& Andreas nec mysterio caret quod Simon solus dixerit ad dñm Lucae. 5. Praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo aũt tuo laxabo rethe: ubi laborem p̄teritum sibi ac aliis, laxationem rhetis sibi soli adscribit. Lucae. 9. dum de panibus ac piscibus sermo fieret, ipsi responderunt. Ioan. 13. Dicunt discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis. Ex his & aliis euangelii locis oportet ut asseramus Petrum non ita os fuisse apostolorum, ut ad omnia interrogata nomine discipulorũ & quasi interpres post collocutionem mutuã responderit, aut que-

Petrus os apostolorũ ex eo nequit appellari quod pro omnibus responderit vbique

Math.

Math.

Marc.

Marc.

Luc.

Luc.

renda interrogarit. Sed dum respondit, & maxime hic. 16. c. Math. quandam specialem a patre reuelationem habuit, & proin benedictionē obtinuit. Qd si hanc beatitudinis promissionē ad singulos apostolos ęqualiter conferre uolueris, dices & Iudam, qui & iam inter duodecim receptus & annumeratus, imo & cum reliquis ad prædicandum missus fuerat: ut est apud Math. c. 10. fuisse beatū: qd tamen nemo Christianus asserit, nisi damnatissimam Petiliani hæresim quis imitari uelit. Certum est enim q̄ cum finali impœnitentia decessit. Nec unq̄ illi Christi uerba cōueniūt aut cōuenire possūt: Quanq̄ & huic argumento tam ualide insistere non uelim, potiora etenim, si gratiam dabit dn̄s, adducam, arieteq; fortiori hunc murum quatere statui. Qd itaq; iuxta tuam assertionem omnibus dixerit, Beatus es simon Bariona &c. Hoc tuum non alterius est dictum. Totum itaq; iuste negare possum.

Math.
Petiliani Hæresis

LVTHERVS



Obsecro quid hic potest cōtra uel fingi, uel qd apertius dici, q̄ q̄ Petrus in hac persona non est Petrus, non est caro, neq; sanguis, sed & is cui reuelat pater, omnino extra hominē ponit, & nō est iam ulla persona per se, sed reuelantis patris auditor. Non Simon Bariona hæc respondit, nō caro & sanguis, sed reuelationis paternæ auditor. Potest ne hic calumniator ullus uerbum Christi ad Petrum hominē torquere? Quid ergo? Is qui auditor est paternæ reuelationis, huic danť claues non Petro/non filio Ioannis/non carni/non sanguini: qd si ita est, proinde iam sequitur q̄ de nullo priuato homine certi sumus, habeat necne reuelationem patris. Ecclesia aūt ipsa est, de qua dubitare nō licet: cum sit una caro eodē spiritu uiuens, quę Christus ipsa est, Petrus ille auditor reuelationis & acceptor clauium: quia hic symbolum stat similiter: Credo ecclesiam sanctam/cōmunionē sanctoꝝ: non ut nūc aliqui somnitāt: Credo ecclesiā esse prælatū, uel aliud quod fingunt, totus mundus confiteť sese credere ecclesiam sanctam catholicam aliud nihil esse q̄ cōmunionem sanctoꝝ. Vnde & antiquitus articulus ille sanctoꝝ cōmunionē nō orabať: ut ex Ruffini symbolo exposito uidere licet. Sed glosa aliqua parte ecclesiam sanctam catholicam exposuit, cōmunionem sanctorum

Ecclesia catholica est sanctoꝝ cōio

ꝙ successu temporis in textum relatũ nunc similiter oratur. Sed necessarium & optabilissimum factum propter eos, qui ecclesiam quiduis potius uocant, q̃ cõmunionem sanctorum.

FABER



Obsecro mi Luthere quid hoc sibi uult, ꝙ hic Petrũ nõ sinis esse Petrum? Nemo negat Petrum non esse hũc, cui pater reuelauerit. Mansit autem & erat Petrus. Habuit Ezechiel suas reuelationes. Habuit Ioannes in insula Pathmos. Habuerunt & cæteri prophetæ. Sed manebãt hi qui prius erant. Et hic textus ipse euãgelicus monstrat Petrum non esse a carne & sanguine exutum. Tamen id quod confessus est non habebat a carne & sanguine, sed reuelatione patris. Hæc autem reuelatio non tollebat a Petro, qđ erat. Qđ autem hic Petri persona fuerit & sit, quodq; de illius persona qđ dictum est, sit intelligendum, primo authoritate Hier. probabo, cui tu tantũ & nõ imerito inniteris. Quanq̃ contra te iterũ atq; iterũ Hier. pugnantẽ inueniam. Et ne uerba inuertisse me dicas, ita inuenitur scriptum Math. 16. Multi putant ꝙ nõ Petrus correptus sit sed aduersarius spiritus, qui hæc dicere apostolum suggerebat. Sed mihi hic error apostolicus & de pietatis affectu ueniens, nunq̃ incentiuũ diaboli uidebit. Vade retro me sathana, diabolo dicit: uade retro: Petrus audit, uade retro me, hoc est sequere sententiam meam: quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum. Meæ uoluntatis est & patris, cuius ueni facere uolũtatem, ut pro hominũ salute moriar. Tu tuam tantum considerans uoluntatem, non uis granũ tritici in terrã cadere, ut multos fructus afferat. Prudens lector inquirat quomodo post tantam beatitudinem Beatus es Simon Bariona. & tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiã meã: & portę inferi non ꝑualebunt aduersus eã: & tibi dabo claues regni cęloꝝ: & quod ligaueris uel solueris super terram, erit ligatũ uel solutum in cœlo. Nunc audiat, uade retro me sathana, scandalum mihi es. Vides hic ex Hier. totum caput Math. 16. sonare de Petro, immo quod maius in Petrum refert, hanc benedictionem/beatitudinem potestatem/& ædificationem. Qđ si forte exigas antiquiorem, en Hireneum hunc sanctũ Lugdunensem habes episcopũ, qui ante

Ezechiel
Ioan. Euangel.

Hieronymus

Math. xvi.
Marci. viii.

Hireneus

annos mille ac trecentos ita scripsit, Quomodo Petrus ignorare potuit, cui dominus testimonium dedit: quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater qui in cœlis est &c. Tu aūt quomodo Petrum fingis nescio quem mathematicum? Sit ergo uerum q̄ in Petro significata fuit ecclesia, qd supra admisimus. Et iā ex Aug. in euangelium Ioann. tract. 50. nō negamus, ecclesiæ quoq; claues dedit. Sed certe iuxta sententiam Cypriani ad Iulianum: Petro primum dominus super quem ædificauit ecclesiā, & unde humanitatis originem instituit, & respondit, potestatem istam dedit ut solueret id in terris, qd ille soluisset. Et Hieronymus in Ezechielē c. 41. Apostolus Petrus super quem dn̄s fundamenta ecclesiæ solidauit, transcendit cœnaculum. Leoq; beatissimus in 3. sermone de passione sic ait, De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & uniuersarum gentium uocationi & oībus apostolis cunctisq; ecclesiæ patribus p̄ponatur: ut quāuis in populo dei multi sacerdotes sint multiq; pastores, omnes tn̄ regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. magnum & mirabile huic uero dilectissimum consortium potētiæ suæ tribuit diuina dignatio. Et siquid cū eo cōmune cæteris uoluit esse principibus, nunq̄ nisi per ipsum dedit quicqd aliis nō negauit. Omnes deniq; apostolos dn̄s quid de se homines opinent, interrogat: & tā diu respondentium cōmunis est sermo q̄ diu humanæ intelligentiæ ambiguitas explicatur. At ubi quid habeat sensus discipulo℞ exigit: primus est in dn̄i cōfessione, qui primus est in apostolica potestate seu dignitate: qui cum dixisset Tu es Christus filius dei uiui, respondit ei Iesus, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est: ideo beatus es, quia pater meus te docuit: nec terrena opinio te fefellit, sed inspiratio cœlestis te instruxit, & nō caro & nō sanguis, sed ille me tibi, cuius sum unigenitus filius, indicauit. & inquit, dico tibi, hoc est sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam: quia tu es Petrus, idest cū ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio utraq; unū ego fundamentum, p̄ter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq; petra es, quia mea uirtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione cōmunia. Et super hanc Petram ædificabo ecclesiam, & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Super hanc inquit for

Augustinus

Cyprianus

Hieronymus

Leo

Primatus Petri p̄batur

titudinem æternũ construã tẽplum,& ecclesiæ meę cœlo insertẽda sublimitas in huius fidei firmitate consurget, hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis uincula nõ ligabunt: uox enim ista uox uitæ est. Et sicut confessores suos in cœlestia prouehit, ita negatores ad inferna demergit, ꝓpter quod dicit beatissimo Petro Tibi dabo claues regni cœloꝝ, & quodcũq; ligaueris super terram erit ligatum & in cęlis, & quodcunq; solueris super terram, solutũ erit & in cœlis. Transiuit quædã in alios apostolos uis potestatis istius, & ad oẽs ecclesiæ principes decreti huius constitutio cõmeauit: sed frustra uni cõmendauit, qđ omnibus intimatur. Petro. n. ideo hoc singulariter credit̃, quia cunctis ecclesię rectoribus Petri forma præponitur: manet ergo Petri priuilegiũ ubicũq; ex ipsius fertur ęquitate iudiciũ. Et expsse Ambro. de Petri persona loquẽs in euangelium Lucæ scribit illi claues regni cęloꝝ esse cõtraditas. Et idẽ in libro de Isaac & anima. c. 5. ait, Petro dicenti, Quo uadis? respondit uerbum dei: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea, claues ei cõmiserat regni cœloꝝ. Et sequendo se imparem iudicauit. Et supra ostendimus Ambr. sententiam ex lib. de dign. sacerdotali quõ claues in beato Petro apłõ cũcti suscepimus sacerdotes. Sed ut iterum probemus hæc uerba Petro dicta fuisse, placet in medium citare quod est apud Origenem homil. 2. in diuersos, quæ est super euangelium Ioan. In principio erat uerbum ubi sic scriptũ habes: Dic quæso cui talis ac tanta donata est grã? fortassis quis dicet summo uertici apostoloꝝ Petro dico, qui deo interroganti, quem se æstimarent esse, respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Et subsequitur: Ambo currunt ad monumentum Christi, & ẽ diuina scriptura, ĩ qua diuinitatis & humanitatis ei9 mysteria densitate literę ueluti quadã minuunt̃ petra. Sed Ioãnes pręcurrit citius Petro, acutius nãq; atq; uelocius intima diuinoꝝ apicum penetrat secreta uirtus cõtemplationi penitus purificatæ q̃ actionis purificandæ. Veruntamen primo intrat Petrus in monumentum, deinde Ioannes: & sic ambo currunt, ambo intrant. Petrus siquidem fidei est symbolum, Ioannes signat intellectum: ac per hoc quũ scriptum est: Nisi credideritis non intelligetis, necessario pręcedit fides in monumentum sanctę scripturę. Deinde sequens intrat intellectus, cui per fidem ꝑparatur aditus: Petrus quidem deum & hominem iam factum in tẽporibus cognoscens, & dicẽs

Ambrosius

Origenes

Ioannes currit citius: Petrus prior monumentũ intrat ꝑcedit fides i seqẽ intellectus

& dicens, Tu es Christus filius dei uiui, altissime uolauit. Sed Ioannes altius illo, qui eum uerum deũ de deo ante omnia tẽpora genitum intellexit dicens; In principio erat uerbum. Nemo nos existimet Petro Ioannẽ præferre: quis hoc fecerit, quis esset altior apostolorum illo, qui est & dicitur uertex apostolorum? Non prę-ferimus Petro Ioannem, sed conferimus actioni contemplationẽ purgandum adhuc omnium perfecte purgato ascendenti adhuc uirtuti ad innumerabilem habitum peruenientem iam uirtutem. Non enim nunc consideramus apostolicarum personarum dignitatem, sed inuestigamus pulcherrimam diuinorum differentiam; Ex quibus Origenis uerbis duo habes, primum quod illa professio Christi in personam Petri referenda est, secundo quod bonus ille uir non audet / nec uult Ioannem Petro præferre. Vnde hæc uerba Christi proculdubio in personam Petri referenda sunt & / erunt. Quod & Cyrillus in Ioannem testatur dicens: Quomodo Christus in Petro tamquam in petra lapideque firmissimo suam esset ædificaturus ecclesiam. Idem quoque in duodecimo libro thesaurorum sic habet. Respondens Iesus dixit: Beatus es Simon Bariona quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Animaduerte credeque quod ipse pater reuelauit Petro. Non igitur ab alio Petrus quam ab ipso patre didicit Christum esse filium dei uiui: neque dixit ipsum unum esse de filiis dei, ne per adoptionem & gratiam filius putaretur, sed tu es inquit Christus filius dei uiui. Et quia unicus naturaliter filius patris est, hac professione Petrus a Christo laudatur, quia maiora discere diuinitus potuit, quomodo igitur creatura erit, quem ipse pater per Petrum apostolum credentibus filium suum reuelauit. Vides hic ex Cyrillo euangelii immo uerba Christi in personam Petri referri: quod & idem Cyrillus in tredecimo pariter thesaurorum libro ita confirmat: Quod spiritus sanctus deus sit ab apice quoque apostolorum, Petro cui hæc mysteria, ut saluator ait, non caro nec sanguis sed pater ipse cœlestis reuelauit, discere possumus. Qd' si obieceris passim legi Petrum respondisse pro omnibus, sicut est Ioannis sexto. Id licet ex Augustino prius ostensum sit, tamen & idem Cyrillus habet in euangelio Ioannis, ubi sic ait: Respondit Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternę habes, per unum qui præerat, omnes respondent. Sanctam pro-

Ioannes

Cyrillus

Cyrillus

fecto sanctisque congruentem disciplinam optime conseruantes, & posterioribus prudentiæ / atque modestiæ laudabilia præbentes exempla. Decet enim non omnes confuse nec prosilientes imprudẽter quasi rapta uti oratiõe, sed cedere his qui & cõsilio & ordine præpositi sunt. Propterea Paulus quoque ait: Prophetæ duo aut tres & uicissim loquentur. Opus igitur erat diuinitus comprobatæ prudentiæ soli responsionem committere illi, qui ordine maior erat. Ex his uerbis patet Petrum præfuisse reliquis, hunc & ordine maiorem fuisse, & quod pro omnibus responderit. Etiam alibi teste Chrisostomo interrogauit pro omnibus dicens: Ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus &c. In cœna quoque nouissima per Petrum qui præerat omnibus interrogarunt. Nec tamen Petrus, ut Cyrilli uerbis utar, id per seipsum peragit, sed per Ioannem, in euangelii tamen loco, de quo nobis præsens est sermo: ita respondet pro omnibus, ut reuelatio patris illi & non reliquis possit adscribi: alioqui dicendum fuisset a domino, Beati estis, & caro & sanguis non reuelauit uobis. Quare hæc omnia uerba in Petri personam primo tamquam in principem & caput apostolorum referenda sunt. Hierarchiæ huic denique, quam ordinare uolebat Christus rediturus ad patrem, optime congruebat, ut esset caput & princeps. Nempe in apibus, ut est apud Hieronymum ad Rusticum monachum, unus est rex. Et idem habet alibi Cecilius Cyprianus ac sequitur: Grues unã sequuntur ordine literato, imperator unus, iudex unus prouinciæ. Roma ut condita est duos fratres simul habere reges non potuit: & parricidio dedicatur. In Rebeccæ utero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi / singuli archiepiscopi / singuli archidiaconi / & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In naui unus gubernator, in domo unus dominus, in quãuis grandi exercitu unius signum expectatur: & ne plura replicando &c. Postquam eos quos quis baptizauerat suos putabat esse non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de pluribus electus superponeretur cæteris, ad quem omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerentur. Et ut ea de re profusius dicamus, uerum est, quod ait Basilius Magnus in Gordium martyrem: Naturæ lex apibus innata fratres dilectissimi, nisi rex prius agmen præcedat, ab aluearibus nunquam discedant. Et idem Basilius auctor re uera grauis & sanctus,

Interrogatis discipulis conueniebat hunc respondere: qui inter eos ordine maior erat

Cyrillus

Hieronymus
Cyprianus

Ordo vbique necessarius
Genesis.xxvi.

Basilius Magnus

de pceptis religiosoꝝ: Planetæ inferiores subsunt superioribus, & animaliabrutaq; ducem sequuntur: auis item una cunctas ducit Apes in ministerio regi obediunt. In corporibus quoq; animantiũ caput cætera tuenť & uenerantť mẽbra. Et in partibus animæ rõni appetitus subiicitur, quod si ab eo desciscat, in præceps non solum animum sed corpus tradit. Et Cyprianus de idolorum uanitate: Cyprianus
Quando inquam inquit regni societas aut cum fide cœpit, aut sine cruore desiit? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens regibus dissidentibus etiam in morte discordia; & Romanos geminos unum non capit regnum, quos unum uteri cępit hospitium. Pompeius & Cæsar affines fuerunt, nec tamen necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerunt. Et Homerus in secundo Iliados:

ουκ αγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔϛω, εἷς βασιλεύς. Homerus

Non bonum multorum dominatio, unus dominus sit, unus rex. Quintus quoq; Curtius de gestis Alexãdri magni: Imperiũ, quod sub uno stare potest, dum a pluribus sustinetur, ruit, & insociabile regnum. Proin Lucanus cecinit: Q. Curtius

Nulla fides regni sociis omnisq; potestas Impatiẽs consortis erit. Lucanus

Quod & rerum experientia docet. Nam secundum Iustinum historicum in octauo: Græciæ ciuitates dum imperare singulæ cuperent, imperium omnes perdiderunt. Et natura nos iterum commonet in ecclesiastica hierarchia unum reliquis præponi debere. Nam elephanti Luna nitescente gregatim amnes petunt, referente Solino de mirabilibus mundi, flumen transituri, minimos ante mittunt, ne maiorum ingressu alueum atterant, & profundos depressis undis gurgites faciant, natuq; maximus agminatim decurrentibus ducit agmen. Et Auicenna pulchre in octauo de animalibus libro ostendit quomodo grues principes habeant aut reges: qui quum reliqui caput alis cooperiant, quando dormiunt, reges dormiant capite discooperto, ut eo citius tumultus audiant, ac reliquos expergefacere possint. Et ut semel finiam, ita omnis politia regem ac principem exigit, ut uere cecinerit musa Nasonis: Iustinus Solinus Auicenna

Amisso dubiæ rege uagantur apes. .xiii. Fastoꝝ

Totus itaq; ordo naturæ immo recta ratio inducit, quo entia bene regantur, ut imperia & regna politiæ quoq; subsistãt unum esse principem. Sic & decuit a Christo in cætu apostolorum ali-

Eusebius

quem pro capite præficiendum, qui & claues haberet, & pontifex esset, qualis fuit Petrus, quem & Eusebius ante multa sæcula Christianorum pontificem primum esse scripsit, ac ingenue fassus est, quod certe tu nunquam admiseris. De his satis superq;. Sed iam quũ hic de ecclesia catholica nonnulla inculcare uideris, quumque res sit non parui momenti quam dum recte absoluero, in plerisq; tua ruat opinio necesse est. Vnde quid mihi uideatur, silentio præterire non possum. Recensebo itaq; quantum ex alto conceditur. Quid tamen per ecclesiã intelligi possit, dico itaq; ego cum Lactantio in quarto libro diuinarum institutionũ.c. ultimo solam eam esse catholicam ecclesiam, quę uerum cultum retineat, immo in qua sit religio/confessio/& pœnitentia, quæ peccata/& uulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curet. Hęc est una, quã maiores nostri (ut Augustini uerbis utar) catholicam nominarunt, ut ex ipsius nomine ostenditur, quia per totum est, secundum totum καθ' ὅλον gręce dicitur. Hæc autem ecclesia corpus Christi est sicut apostolus dicit: Pro corpore eius qd' est ecclesia. Vnde utiq; manifestum est eum, qui nõ est in mẽbris Christi, christianam salutem habere non posse. Membra uero Christi per unitatis charitatem sibi copulantur, & per eandem capiti adhærent, quod est Christus Iesus. Totum igitur quod annunciatur de Christo, caput & corpus est. Caput est ipse unigenitus Iesus Christus filius dei uiui: ipse saluator corporis, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Corpus enim ecclesia, de qua dicitur ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam/aut rugam/aut aliquid huiusmodi. Inter nos autem & donatistas quęstio est, ubi sit ecclesia. hæc Augustinus in libro contra Petiliani epistolam. Et quia tẽpore Augustini multa dubitatio fuit in quibus uerbis esset ecclesia quærenda, qui essent in ecclesia, & qui non, ubi esset ecclesia: quid deniq; uocaretur ecclesia catholica: & successu temporis, etiã Ioannes Hus materiã ecclesię disputauit, in qua fuit nõ parua dissensio. Et iam tu mi Luthere in tuis libellis sparsim de ecclesia disputans, nonnulla respondes ambigua, & hic quasi dogma nouum afferre uideris. Quum autem Christiano pectori sit utilissimum scire quid per ecclesiam possit intelligi, an deniq; de ecclesia sint boni ac mali: quare statui nõnihil circa materiam ecclesię

Lactantius

Ex Augustino de sumpta

Augustinus

expatiari, ut ubertate sermonis, quod dubium est, certius intelligi possit. Primo tamen hic me non intromittam de loco, quo congregatur ecclesia, ut uerbis diui Augustini utar in tertio libro super leuit. q. 58. Sed ad alia tendo, quæ nonnullis difficultatem peperere non mediocrem. Nosti & diffiteri non potes Martine dilectissime doctorũ uariam fuisse opinionem, quid per ecclesiam significet. huius etiã uocabuli diuersa interptatio uarias induxit opiniones. Testat hoc liber ipse, quẽ Ioanni Huss nõnulli adscribunt: testantur itidem multa multoꝝ scripta. Veritatem illius rei facilius dephendi posse puto, si per cõparationem ac alia quædam nõ obsoleta ostenderimus ecclesiæ dignitatẽ nõ e summis aut summarum summis, sed ex orto delitiaꝝ hoc est sacra biblia, ubi sunt poma uetera & noua. Comparatur itaq, ut progrediamur, ecclesia malogranatis, quod Ambro. habet lib. 3. hexam. c. 13. Nam plerũq tota florent malogranata & fructũ afferre nõ possunt, nisi cõgruis peritoꝝ remediis excolat, plerũq uanescit interior, & foris species eius pulchra ostẽdit. Ita & ecclesia bonũ fidei fulgorẽ cõfessionisq ostendit tot martyꝝ sanguine speciosa. Et qd' est amplius Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus usu istius pomi sub una munitione conseruans, & uirtutum multa negotia cõplectẽs. Comparatur & uineæ, de qua propheta: Vineam ex Aegypto trãstulisti, & plãtasti radices & arbusta eius, & replesti terrã, operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros dei, extẽdisti palmites eius usq ad mare, & usq ad flumen propagines eius. Et per Esaiam: Vinea facta est dilecto in cornu in loco uberi & macerie circumdedi & circumfodi uineam Soreth.

Dicitur & meridies, sicut & Ambro. habet sermone. 2. in psal. 118. Idẽ Ambro. de eadẽ sic inquit: Sancta ecclesia quæ in primordiis mundi desponsata, in paradiso pfigurata, in diluuio annunciata, per legẽ uocata, per prophetas dicit redẽptionẽ hominũ & euangelii decorem dilecti expectasse aduentum, impatiens amoris in oscula ruit dicens: Osculetur me osculo oris sui, & dilecta osculis adiecit, quoniam optima ubera tua super uino.

Dicitur & Luna teste Hiero. in. 4. c. Amos hebraice ירח, græce μήνη iuxta utramq linguam ex suo nomine mensibus nomen dedit. Et Solis illustratur radiis ab ea parte, qua ei uicina est, uel plus uel minus pro uarietate temporum lumen accipiens.

De loco ubi eccl'ia congregatur nihil sed qd p eccl'iam significetur
Augustinus

Ecclesia malogranatis comparatur
Canticorum. viii.
Ambrosius.

Psalmo. lxxix.
Cõparat Ecclesia uineæ

Esaiæ. v.

Cõparat meridiei
Ambrosius

Canticoꝝ. i.

Comparatur etiã Lunæ

Sic & ecclesia ueri solis splendore decorata, duodecim implet apostolorum numerum: uel ideo per Lunam intelligitur ecclesia propter ipsam mutabilitatem. Sic intelligit August. in. 2. lib. inquisitio. Ianuarii. c. 6. Prius enim q̄ fiet illud quod dicit apostolus, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria, obscura: Videtur ecclesia in tẽpore peregrinationis suæ inter multas iniquitates gemens: & tunc sunt timẽdæ insidię fallacium seductorum, quos nomine sagittariorum intelligi uoluit. Vnde alio loco per nuncios fidelissimos ueritatis, quos ubiq; parit ecclesia, dicit Luna testis in cœlo fidelis. Et cũ de regno dei Psalmista cãtaret: Orietur inquit in diebus eius iustitia & abundãtia pacis, donec interficiatur Luna, id est abundantia pacis intantum crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat: tunc nouissima inimica destruetur mors. Et quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nõdum est, consumetur omnino, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Ambro. in. 4. lib. Hexa. c. 8. sic ait: Merito speciosa sicut Luna ecclesia, quæ toto mundo refulsit, & tenebras sæculi huius illuminans dicit: Nox pręcessit, dies autem appropinquabit, pulchre ait prospiciens, quasi suos de superiore prospectans, sicut habes: Dominus de cœlo prospexit super filios hominum. Prospiciens ergo ecclesia sicut Luna defectus habet & ortus frequẽtes. Sed in defectibus suis creuit, & his meruit ampliari: dum persecutionibus minuitur, & confessorum martyriis coronatur. Hæc est uera Luna, quæ de fratris sui luce ꝑpetua lumen imortalitatis & gratiæ sibi mutuatur. Fulget. n. ecclesia non sui sed Christi lumine, & splendorẽ sibi accersit de sole iustitiæ. hæc Ambrosius. Audi quædã sacra ecclesiæ enigmata. Illa quidem mater & uirgo est imaculata coitu. Declarat Ambrosius hoc sacrũ ænigma lib. 1. de uirgi. dicens: Virgo est castitate, mater est prole, parturit itaq; nos uirgo nõ uiro plena sed spiritu, parit nos uirgo non cũ dolore mẽbrorum sed cũ gaudiis ãgelorum, nutrit nos uirgo nõ corporis lacte sed apostoli, quo infirmam adhuc crescentis populi ętatẽ lactauit: quæ igitur nupta plures habet liberos q̄ sancta ecclesia, quę uirgo est sacris, mater est populis. Cuius fœcunditatem etiam scriptura testatur dicens: Quamplures filii desertę magis q̄ eius quæ habet uirum. Firmauit hoc idẽ diuus Aug. in lib. de sancta uirgine. c. 2.

Augustinus Ad Colloceñ. iii.
Psal. lxxxviii.
Psalm. lxxi.
i. Corynth. xv.
Ambrosius
Ad Romañ. iii.
Psalmo. xiii.
Ecclesia virgo & mater
Ambrosius
Augustinus

Ecclesia uirgo & mater est inquit, cuius prolē alloquimur si mater non est? Maria corporaliter caput huius corporis peperit, ecclesia spiritalia membra illius capitis parit. In utraq; uirginitas fœcunditatem non impedit: in utraq; fœcūditas uirginitatē non adimit. Proinde cū ecclesia uniuersa sit sancta & corpore & spiritu, nec tñ uniuersa sit corpore uirgo sed spiritu, quāto sanctior est in his mēbris, ubi uirgo est & corpore & spiritu. Et Hieron. 2. lib. aduersus Iouinianū sic ait: Sponsa/soror/mater / & quæcūq; alia putaueris uocabula unius ecclesiæ congregatio est, quæ nunq̄ est sine spōso fratre/filio, unā habet fidem, nec constuprať dogmatū uarietate, nec hæresibus scinditur, uirgo permanet, quocunq; uadit agnus sequitur illam, sola nouit canticum Christi. Vides iam quomodo ecclesia sit non modo sponsa immo & mater. Hieronymus

Aliud, si lubet, audi ænigma. Ecclesia & uirgo est, quæ aliquando meretrix erat, ut Ambro. in. 19. li. epistolaꝝ uerbis utar: Non pōt dubitare quisquam q̄ ecclesia uirgo sit, quam etiā in Corynthiis respondit apostolus Paulus uirginem castā assignare Christo. Sed & illa meretricis uocabulo ēt olim appellata ē. Ea de re idē Ambr. in lib. de Salomone. c. 5. sic scribit: Meretrix ista ecclesia & typus est aliquando in gentibus constituta, idoloꝝ cultibus uiciata, quā uanę superstitionis stupra polluerāt, quā falsoꝝ deoꝝ adulteram fecerat multitudo, lasciuosq; ac turpes incōpositis motibus saltus nemorū & lucoꝝ inculta lustrabat, dedita luxuriæ, pompæ gentilium mancipata. Hanc posteaq̄ dñs noster Iesus Christus puro baptismatis fonte perfudit, ablutionē & criminis accipit & nominis per gratiā fidei, post meretricē fit uirgo, quia uni se destinauit sponso. Sed apertius hoc ænigma soluit Hier. in ep̃la ad Ruffinū loquens de iudicio Salomonis, cuius ista sunt uerba: Mulier illa meretrix in euāgelio, quę pedes Iesu lacrimis lauat, crine detergit: & cui peccata omnia dimittunť, manifeste pingit ecclesiā de gētibus congregatam. hoc icciirco in prima fronte replicaui, ne cui uideatur incongruum, si synagoga & ecclesia meretrices dicantur, quaꝝ una Salomonis iudicio filii possessione donata est. Prudens quærat auditor qūo meretrix sit ecclesia, quæ nō habet maculam neq; rugam. Non dicimus ecclesiam permansisse meretricem, sed fuisse. Nam & in Simonis leprosi domo saluator scribitur iniisse conuiuiū, utiq; non quia leprosus erat eo tpe quo habebat hospitē

Quomodo etiam meretrix uocatur
Ambrosius
.ii. Corynth. xi.
Ambrosius
Hieronymus
Lucæ. vii.

Mathei.xxvi. saluatorē, sed quia leprosus fuerat ante. Mattheus quoq; in cata-
logo apostolo℞ publicanus dicitur, nō qd publicanus permāserit
post apostolicam dignitatem, sed quia prius fuerit publicanus, ut
ubi habūdauit peccatū, superhabūdaret gratia. Simulq; cōsidera
quid dicat ecclesia cōtra synagogam calumniatricē: Ego & mulier
hæc habitabamus in domo una: post resurrectionem enim salua-
toris una de utroq; populo ecclesia congregata est: & q̄ eleganter
peperi inquit apud eā in cubiculo. ecclesia enim de gentibus, quę
non habebant prius legē, & prophetas peperit in domo synagogę:
nec egressa est de cubiculo, sed ingressa: unde dicit in cantico can
tico℞: Introduxit me rex in cubiculum suū. Et iterum: Et quidē
non spernam te, assumens introducam te in domū matris meæ, &
in cubiculum eius, quę me genuit. hæc Hier. Et iterum idem: Qd
adulteræ & meretrices synagoga & ecclesia dicant, in scripturis
nulla dubitatio est, & hoc prima fronte uidetur esse blasphemum.
Oseæ.I. Cæterum si recurramus ad ꝓphetas, Osee scilicet, qui accipit uxo
rem fornicariā, & generat filias fornicationis, & deinde adulterā.
Et ad Ezechielem in Hierusalem qui meretricem arguit q; secuta
sit amatores suos, & diuaricauerit omni trāseūti pedes, lupanarq;
in cœlibatu extinxerit. Animaduertamus Christū idcirco uenisse
ut meretrices donaret matrimonio, & duobus gregibus unū ouile
Origenes faceret, medioq; pariete destructo, in easdē caulas oues prius mor
bidas congregaret. Hę sunt duæ uirgæ, quę iungunt in Ezechiele:
& de qbus per Zachariā dñs refert: Et assumpsi mihi duas uirgas
ait, unā uocaui decorem, & alterā uocaui funiculū, pauiq; gregē.
Mulier quoq; illa meretrix in euangelio, quæ pedes Iesu lacrimis
lauat, crine detergit, & cui peccata omnia dimittuntur, manifeste
pingit ecclesiam de gentibus congregatam. Hæc idcirco in prima
frōte replicaui, ne cui uideat icōgruū, si synagoga & ecclia mere-
trices dicāt, quaꝝ una Salomonis iudicio filii possessiōe donata ē.
Ecclia sterilis quō Sed superest ut tertiū dissoluamus ęnigma, & est illud. In plerisq;
sacræ scripturæ locis ecclesia sterilis esse perhibet ac legit: in aliis
uero fertilissima omnium laudat atq; extollitur. Sed qualiter hoc
sphyngos ęnigma soluatur aduerte. Sterilis ciuitas legitur apud
Apostolum ad Galat. 4. ubi dicit: Letare sterilis, quæ non paris:
Ad Galat. erumpe & exclama quæ non parturis. Ergo ecclesia est illa sterilis
ciuitas, quæ ante aduētum Christi, a quo℞ uitio hoc est sacrilegio

gentilium populorum sterilitatem sustinens, de se filios procreare nō potuit. At ubi uenit Christus, uelut uas fictile assumens corpus humanum, sanauit aquarum uitia, hoc est resecauit uitia populorū: & statim ecclesia, q̄ erat sterilis, cœpit esse fœcūda. Vnde & Aplus dicit: Lętare sterilis, quę nō paris, erūpe & clama quę nō parturis: quia multi filii desertę magis q̄ eius quæ habet uirū, plures enim filios ex ea ecclesia, quæ erat sterilis, procreauit, q̄ synagoga, quæ erat fœcunda susceperit. Sed hæc, quæ sterilis olim dicebatur, quo pacto fertilis facta ac reddita sit, Hier. testimonio probat̄ in epla ad Galatas. c. 4. Vnde habuit synagoga legē. Et iuxta Annę prophetiam, fœtosa quondam in liberis fuit: sterilis uero ecclesia sine uiro Christo / sine ullo sponsi sermonis alloquio diu iacuit in deserto. Sed postq̄ accepit illa librū repudii in manus suas, & oia ornamenta uiri in idoli uertit ornamentum, tunc maritus priore cingulo putrescente, aliū lumbis suis baltheum, aliud de gētibus lūbare contexuit, quę statim ut est uiro iuncta, cōcepit & peperit. Et in Esaia exclamat dñs per prophetam: Si est gens nata simul quādo una die in actibus apostolorum tria milia & quinq; milia hominum crediderunt. Nec puto necesse ut de multitudine christiana / & de Iudæorum paucitate dicamus, cum in toto mundo crucis uexilla resplendeant, & uix rarus atq; notabilis in urbibus Iudæus appareat. Hæc Hieronymus. Hieronymus Esaias Actuum. ii.

Ambrosius lib. 2. de Abraam patriarcha. c. 10. utriusq; rōnē reddit in cōparatione Agar & Sara. Saram enim dicit se docuisse ecclesiā sterilem significare. Ecclesia enim sterilis uidet̄ in hoc sæculo, quę non sæcularia parturit nec pręsentia, sed futura, hoc est nō ea quæ uident̄, sed quæ non uident̄. Huius ancilla est synagoga que oēs hæreses, quæ seruos non liberos creat, ideoq; Agar dicit̄, habitatio etenim tēporalem spē fouet, nō perpetuæ possessionis grām tenet. Ambrosius

Cyprianus in. 2. lib. aduersus Iudæos: Iacob accepit uxores duas maiorem Lyam oculis infirmioribus in typum synagogę, minorē speciosam Rachel in typum ecclesiæ, quę & sterilis diu mansit, & postea peperit Ioseph, qui & ipse fuit typus Christi. Et in regū. 1. legitur Helcana uxores duas habuisse Venennam cū filiis / Annā sterilem, ex qua nascitur Samuel non secundū ordinem generādi sed secūdum dei miserationem & promissionem, cū illa orasset in templo: & natus Samuel typus fuit Christi. Hier. c. 12. in Osee: Cyprianus 1. Regum. 1. Hieronymus

Non errabit qui supplãtatorem Iacob Israel uidentẽ deũ, in typõ
dñi dixerit præcessisse: & Rachel primum sterilem atq; formosam
quamplurimum dilexit Iacob, significare ecclesiam: Lyam autẽ
Ambrosius lippientibus oculis fœtosæ synagogæ formam monstrare. Ambro.
lib.5.de uirginibus: Est ecclesię ager diuersis fœcundus copiis hic
cernas germina uirginitatis flore uernantia: illic tamq̃ in campis
siluæ uiduitatem grauitate pollentem: alibi tamq̃ uberi fruge con
iugii ecclesiæ segetem replentẽ mundi horrea, ac ueluti maritatæ
uineæ fœtibus torcularia Iesu dñi redũdãtia, in quibus fidelis cõ
Hieronymus iugii fructus exuberat. Vnde in tropo iuxta Hier. sẽtẽtiã in Hiere.
c.11. Terram lacte & melle manantem, Christi ecclesiã intelligere
possumus, in qua paruuli atq; lactantes educantur per fidem, ut
possimus solidum cibum capere. Habes itaq; ecclesiam olim steri
Ecclesia sterilis & fertilis quomodo lem, nunc uero fertilem dici. Qđ si quandoq; sterilitas in ecclesiis
sit, uenit hoc, ut Hiero. inquit in Hiere. c.23. Propter adulteria &
Hieronymus mendacia siue periuria uirtutũ ac donationũ dei. dicit enim pro/
pheta: Quia adulteriis repleta est terra, quia a facie maledictionis
An per ecclesiam boni tm̃ itelligãtᷣ luxit terra, arefacta sunt arua deserti. Sed an in ecclesia tantũ boni
& per ecclesiã p̃destinati dũtaxat intelligantur, multi dubitarũt.
Hieronymus Hanc dubitationem auellemus, quam facile si typũ ecclesiæ recte
Eandẽ fere senten intellexerimus, Hier. aduersus Luciferianos sic ait: Arca Noe ty
tiam apđ Cypria. pus fuit, dicẽte Petro apostolo: In arca Noe paucæ, ideſt octo aiæ
inuenies in episto saluefactæ sunt per aquã: quæ & nos nunc similis formæ per bap
la ad Magnum tismum saluos fecit, ut in illa omnium animaliũ genera: ita & in
hac uniuersarũ gentium & morum homines sunt, ut ibi pardus &
hædi/lupus & agni: ita & hic iusti & peccatores, ideſt uasa aurea
& argẽtea cũ ligneis & fictilibus cõmorantur. Habuit arca nidos
suos: habet ecclesia multas mansiones: octo animæ hominum in
arca Noe seruatę sunt. Et nobis ecclesiastes iubet dare partes septẽ
dare partes octo, ideſt credere utriq; testamẽto. Ideo quidã psalmi
Psalmo.cxviii. pro octauo inscribunᵗ, & per octauos uersus, quæ singulis literis
subiecti sunt in.118.psalmo, iustus eruditur. Beatitudines quoque
quas dñs in monte pronuncians, ecclesiam destinauit, octo sunt.
Ezechiel Et Ezechiel in ædificatione tẽpli octonarium numerum assumit.
Multaq; alia in hunc modum per scripturam significata reperies.
Emittitur itaq; de arca coruus & non rediit, & postea pacem terræ
columba denunciat; ita & in baptismate ecclesiæ teterrimo alite

expulso idest diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nũciat a triginta cubitis incipiẽs, & usq; ad unũ cubitũ paulatim decrescens arca construitur. Similiter & ecclesia multis gradibus consistens, ad extremum diaconis/presbyteris/episcopisq; finitur. Periclitata est arca in diluuio: periclitatur ecclesia in mundo. Egressus Noe uineam plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoq; in carne Christus ecclesiam plantauit, & passus est. Nudatum patrẽ irrisit maior filius, & minor texit: & deum cruci fixum illuserunt Iudæi, & honorauerũt gentiles. Dies me defi ciet, si omnia arcæ sacramenta cũ ecclesia componens edisseram, qui sint inter nos aquilæ/qui columbæ/qui leones/qui cerui/qui uermiculi/qui serpentes, qđ ad p̃sens negotium pertinet, breuiter expediã. Nõ solũ in ecclia morãt oues, nec mũdæ tm̃ aues uolitãt: sed frumentũ in agro serit, & inter nitẽtia culta lappæq; & tribuli & steriles dominant auenæ. Et idem Hier. ad Gerontiã de mono. In arca Noe non solum munda sed & imunda fuerunt animalia: habuit homines, habuit & serpentes. In domo quoq; magna uasa sunt, alia in honorem, alia in cõtumeliam. Est crater ad bibendũ, est & matula ad secretiora naturæ: ita & in ecclesia sunt boni & mali. Sed audiamus ad hæc Aug. uerba in lib. de fide ad Petrum .c.43. Firmissime tene & nullatenus dubites arcam dei esse catho licam ecclesiam, & intra eam usq; in finem sæculi frumẽto mixtas paleas contineri, hoc est bonos & malos sacramentorũ cõmunione misceri: & in omnium professione siue monachorũ siue laicorum bonos esse simul & malos: nec pro malis bonos discernendos, sed pro bonis malos, inquãtũ exigit fidei & charitatis ratio, tolerãdos: idest si uel in ecclesia nullius perfidiæ semina spargunt, uel partes ad aliquod malũ opus mortifera mutatione non ducunt. Sanctus ille uir Hier. 1. libro aduersus Iouinianum sic ait: Arca illa iuxta apostolum Petrum typus ecclesiæ fuit, in qua octo animæ saluatæ sunt. Quando in eam ingredit Noe, tã ipse q̃ filii eius ab uxoribus separantur. Quando uero egreditur, in terram iunguntur paria: Et quod in arca idest ecclesia fuerat separatum, in mundi conuer satione sociat. Simulq; si arca plures habuit mansiones & nidulos & bicamerata/& tricamerata/& diuersas bestias, & pro qualitate animalium habitationes quoq; maiores & minores, existimo q; di uersitas illa mansionum p̃figurauerit ecclesiæ uarietatem. Et itez

Arca
Ecclesia

In ecclia boni pariter & mali
Hieronymus

Augustinus

Hierony. arca typus ecclesiæ

Hieronymus

Licet hæc sint verba Iouin. tñ hæc a Hieronymo non reprobantur

Augustinus

Sagena missa in mare

Augustinus

Origenes

Cyprianus

Augustinus

ii.ad Timoth.ii.

idem Hier.2.lib.aduersus Iouinianum sic loquit: Quarta propositio, quę & extrema est, duos esse ordines ouiũ & hircoꝝ alterum iustorum/alterum peccatorũ, alios stare a dextris, alios a sinistris: & audire iustos: Venite benedicti patres mei, possidete paratum uobis regnũ a cõstitutione mundi. peccatoribus uero dici: Discedite a me maledicti in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Arborem bonã nõ posse malos fructus facere, nec malã bonos. Vnde & saluator loquitur ad Iudæos: Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri facere uultis. Decem uirgines ꝓponit, stultas quinq̃, & quinq̃ sapiẽtes, & quinq̃ quæ oleum non habuerunt remanserunt extrinsecus, alias uero quinq̃ quæ sibi lumen bonoꝝ operum præparauerunt, thalamũ intrasse cũ Christo. hæc iteꝝ Hier. Et Aug.lib.2.cõtra Cresco. grãmaticũ sic ait: In scriptura sancta, quę neminẽ fallit, area dicta est ecclesia dei, dominũq̃ ipsum cum uentilabro esse uenturũ & mundaturũ aream suam, ut frumẽta recondat in horreo, paleam uero cõburat igne inextinguibili. Qd'q̃ per areã istã ac sagenã missam in mari de omni genere piscium cõgregantem, etiã apud Donatistas ecclia intelligat, aperte probat Aug. in libro contra Donatistas post collationem.c.10. Orig. super Iesum Nauæ homil.2. In Hierusalem idest ecclesia, sunt quidam, Iebusæi isti, qui ignobilẽ & degenerẽ uitã ducunt, qui & fide & actibus & omni conuersatione sua peruersi sunt. Neq̃ enim possibile est ad liquidũ purgari ecclesiam, dum in terris est: ita ut neq̃ impius in ea quisquam neq̃ peccator residere uideatur: sed sint in ea omnes sancti & beati, & in quibus nulla ꝓrsus peccati macula nõ dep̃hendat. Tamen & si uideant in ecclesia esse zizania, nõ tamen impediri debet fides & charitas nostra, ut quoniã zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis enim, ut Aug. post Cyprianũ habet in.2.libro cõtra Cresco.c.34. tãtũmodo laborãdũ est frumẽtũ esse possimus: ut cũ cęperit importari frumentũ dñicis horreis, tandem fructũ ꝓ opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit In domo autem magna non solum uasa sunt aurea & argẽtea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem honorata, quædam inhonorata, nos operam demus, quãtum possumus laboremus, ut uas aureum & argenteum simus, tamen & si in ecclesia cũ bonis mali degant: at nec mali, qui sunt in ecclesia, parti bonoꝝ præiudicare

possunt

poſſunt aut debent• Apocalipſis•3•ſcribit apoſtolus q̧ habeat pau Apocalypſis
ca nomina in ſardis eoꝝ,qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua •
Nec tamen ab eis,qui in eccleſia mundi fuerunt, illorum paucoꝝ
ueſtimenta polluta ſunt•Similitudinibus etiã euangelicis pulchre
probatur,zizania non præiudicare tritico:quãuis in eodem gradu
eadem pluuia ſimul creſcũt uſq; ad meſſem•Nec palea præiudicat Bonis per malos
frumento,quãuis in eadem area ſimul triturentur, donec nouiſſi- non præiudicatur
ma uentilatio fiat • Hedi non leguntur ouibus præiudicare,quã-
uis cõmunibus paſcuis utraq; pecora permixta ſeruentur,donec a
paſtore ſummo in iudicio nouiſſimo,alii ad ſiniſtram,alii ad dex-
tram ſegregabuntur•Nec piſces mali bonis pręiudicant,quanquã
intra eadem retia teneantur, olim in extremo litore hoc eſt in fine
maris,uel fine ſæculi ſeparandi• Hieronymus etiam aduerſus Vi Hieronymus
gilantium ſcribens ſic habet : Error in culpa iuuenum uiliſſimaꝝ
mulierum,quæ per noctem ſæpe depræhendũtur,non eſt religio-
ſis hominibus imputandus,quoniam & in uigiliis paſcę tale quid
fieri plerũq; conuincitur,ut tamen paucorum culpa non præiudi-
cat religioni, qui abſq; uigiliis poſſunt errare uel in ſuis uel in alie
nis domibus• Et noſtras ergo uigilias malę aliorum uigilię non de
ſtruunt• His itaq; parabolis,ut ait Auguſtinus in libro contra Do Auguſtinus
natiſtas poſt collationem capitulo quarto : Eccleſia prænunciata
eſt uſque in finem ſæculi bonos & malos ſimul habitura • Quod
ſi quiſquam obiiciat hoc male conuenire cum ſponſa , quæ nec
maculam/nec rugam habere legitur• Huiuſmodi dicti uerum in-
tellectum ex diuo Auguſtino accipiat : illius ſiquidem uerba in Auguſtinus
libro de nuptiis & coniugio ad Valentinum capitulo trigeſimo
quarto ſunt hæc: Ac per hoc non ſolum omnia peccata inquit,ſed
omnia prorſus hominũ mala chriſtiani lauacri ſanctitate tollunť:
quo mũdat eccleſiam ſuam Chriſtus,ut exhibeat eã ſibi nõ in iſto
ſęculo ſed in futuro non habentem maculam aut rugã aut aliquid
huiuſmodi•Nam qui nõ eã talem eſſe dicunt,& tamen in ea ſunt,
qm̃ & ipſi fatentur ſe habere peccata,ſi uerum dicatur,pfecto qm̃
mũdi nõ ſunt a peccatis,habet in eis eccleſia maculã • Si aũt falſũ
dicũt,quia corde duplici loquunť,habet in eis ecclia rugã • Si aũt
ſe dicũt habere iſta nõ ipſã,ergo ſe nõ mẽbra eius,nec ſe ad corpus
eius ptinere fateanť,ut ẽt ſua cõfeſſione dãnenť • Greg•in mor•li• Greg. in moral.
•3•c•3• Rugæ ſunt ſanctę ecclęſiæ, oẽs qui in ea duplicitur uiuunt,

qui fidem uocibus clamant, operibus denegāt: hi nimirum pacis tempore, quia huius mundi potestatibus eandem fidē honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur. Sed cum sanctam ecclesiā subita aduersitatis procella turbauerit, ilico ostēdūt qd in perfida mente moliuntur. Has autem rugas in electis suis sancta ecclesia nō habet: quia uidelicet nesciūt aliud de se foris ostēdere, & intus aliud habere. Vnde egregius prędicator dicit, ut exhiberet sibiipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Maculā quippe aut rugam nō habet, quæ & turpitudine operis & duplicitate sermonis caret. Eo etiā fit, ut August. in lib. contra Donatistas post collationē. c. 9. probat. Qđ licet una sit Christi ecclesia, tamen eius sunt tempora distinguenda. Nam post resurrectionem nō erit ita malis permixta, sicut & hodie hunc locum ipse uideas, quibus testimoniis probat ea quæ dixi.

Ecclesia nec maculas nec rugas habet

Augustinus

Magna est ecclesiæ familia: siquidē, ut est apud Hier. in Ezechielē . c. 9. Senes sunt in ecclesia, de quibus dicitur: Cani hominis prudentia eius, iuuenes qui sunt ad fidei bella promptissimi, uirgines quæ pudicitiam tota mente conseruant, paruuli, qui lacte potanť infantiæ, & nec dum percipiunt solidum cibum, mulieres, quę fragilitate sexus animæ imbecillitatem testantur. Sunt & in ea serui, qui habent spiritum timoris in seruitute, & spiritualia magis desiderāt q̄ teneāt. Sunt & ancillæ animæ, quæ adhuc corpori terræq; deditę sunt. Sunt uernaculi nec dū libertate donati, nec nobilitati a dño. Sunt & alii de hac familia ad instar boū & ouium propter opera & simplicitatē, qui, ut est apud eundē Hiero. in ecclesiasten . c. 2. absq; ratione & scientia scripturaꝝ laborant: laborant quidē in ecclesia, sed nec dum ad id peruenere, ut homines esse mereanť: & redeant ad imaginem conditoris. Ecclesiastes, cum ibi de seruis & ancillis & uernaculis loquitur, multitudinis non meminit. De bobus uero & ouibus loquēs, multitudinem exprimit. Rationem reddit Hieronymus quia plura in ecclesia armēta quam homines sint, plures oues quam serui/ancillæ/atq; uernaculi.

Magna ecclesiæ familia

Hieronymus

Ecclesia licet nauis instar, ut est apud Ambrosium in lib. de Salomone cap. quarto, crebris uentoꝝ fluctibus, idest tētationū plagis & uerberibus fatigeť, q̄ turbidi fluctus idest huius sęculi potestas conať ad saxa perducere: quæ & si undaꝝ fluctibus aut procellis sæpe uexatur, tamen nunq̄ potest sustinere naufragium: quia in

Ecclesia nauis

Ambrosius

arbore eius idest in cruce Christus erigitur: in puppi residet pater residet gubernator: proram paracletus seruat spiritus: hanc per angusta huius mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, idest duodecim apostoli / & similis numerus prophetarum. Et eadē Hier. in lib. de. 42. mansionibus ad Fabiolam, ardenti rubo & nō cōburenti cōparat. Inflāmatur enim persecutionibus, sed loquēte dño non perit. Et Chrisost. in serm. de pentecoste Petram uocauit ecclesiam suscipientem fluctus & non titubantem. Etenim ecclesia suscipit tot tentationes, nō tñ uincitur: tēpestates suscipit ecclesia, sed non demergitur: iacula in eam mittuntur, sed nō perforatur: machinamenta præparantur, sed turris non eliditur. Et quid dico ecclesiam, unum sermonem locutus est pastor. Et sicut turris imobilis perseuerat. Quanti tyrāni uerbum hoc delere conati sunt, sed non potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Considera tyrannos / gladios acutos / bestiarum dentes mortem minantes / caminos sartagines / manus ferreas / uncos / & omnia machinamenta parata. & pharetrā suā euacuauit diabolus, sed nihil lęsit ecclesiā. Vbi nūc Claudius, ubi Augustus, ubi Nero, ubi Tyberius? nomina sunt nuda: horum aūt nemo, nec ulla mentio. Et quia ecclesiam impugnauerunt, ideo & memoriam perdiderunt. Ecclesia autem clarior splendet ubicunque ieris ad Indos / ad Mauros / ad Britannos / ad Hispanos usque ad ultimum finem terrarum inuenies: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbū &c. Ciuitas etiam appellatur ecclesia, unde: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: quæ licet parua sit, ut est apud Hieronymum in ecclesiasten. c. 9. in ea pauci ad comparationem mundi totius aduersus quam sæpe consurgit rex magnus diabolus, non quod magnus sit, sed quod se magnum iactitet, & circundet eam obsidione, siue persecutione, siue alio angustiarum genere, tamen firma est. Quod & idem Hieronymus probat in Esaiam capitulo uigesimoseptimo citans illud in cantico canticorum: Filii matris meæ pugnauerunt aduersus me, & loquitur: Ego ciuitas firma, ciuitas, quæ oppugnatur. Nempe ciuitas non super arenam, sed super petram firmissimam fundata est. Testimonium huius rei diuus ille Hieronymus habet in procemio super Mattheum, ubi sic ait: Ecclesia, quæ supra petram domini fundata est, quam introduxit Rex in cubiculum suum. Et ad quam per foramen

Hieronymus
Ecclesia rubus
Chrisost.

Supra petram fuit data ecclesia nullis potest aduersitatibus periclitari

Ioannis. i.
Psalm. lxxxvi.
Hieronymus

Hieronymus

descensionis occulte misit manũ suam similis damulæ hinnuloq; ceruoꝝ, quatuor flumina paradisi instar eructãs quatuor & angulos. Et annulos habet, per quos quasi arca testamẽti & custos legis dñi lignis mobilib9 uehitur. Nec mirũ id fuerit si Christus seruet ecclesiam, ne ruat, ne periclitetur, ne arca mergatur. Si propter eã

Hier. in Ionam.

dixerimus post Hieronymum in Ionam hũc reliquisse patrem & matrem. Patrem inq̃ in cœlis ut gentium populus iungeret̃ ecclię cœlestem Hierusalem, quæ est mater sanctoꝝ. Dein uerum est q; mater multis nominibus amorẽ indicantibus uocat̃ ecclesia, licet etiã ipsa dicat̃ coniunx Christi. Nam de latere eius/de fide passio

Augustinus. Ecclesia cõiux mater & soror christi

nis & baptismi format̃ scd'm Aug. de gene. contra Manichæum lib. 2. c. 24. Hæc & soror deniq; eius est ex patre scd'm Aug. contra Faustum lib. 22. c. 39. Sic itaq; mater/coniũx/& soror est Christi. De hac fere totũ epithalamium libri cãtici canticoꝝ sonat, & illud maxime: Veni a Lybano sponsa, ueni, coronaberis: & alia multa

Hieronymus
Capi firmiter de sũma trinitate & fide catholica
Cyprianus

quæ in encomion illius scripta sunt, licet uidere apud Hier. lib. 1. aduersus Iouinianũ: Hæc est una illa columba: una enim est uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, ut est in c. firmiter de sũma trinit. & fide cath. De huius unitate Cyprianus in tract. de simplicitate platoꝝ sic ait: Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcũditatis extendit̃, quomodo solis radii multi sed lumẽ unum, & rami arboris multi, sed robur unũ tenaci radice fũdatum. Et cum de fonte uno riui plurimi defluũt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis a corpore, diuisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum, præcisus arescet. Sic & ecclesia domini, luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumẽ est, quod ubiq; diffundit̃, nec unitas corporis separatur ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, unũ tamen caput ẽ, & origo una, & una mater fœcũditatis successib9 copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur, adulterari nõ potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica: unã domũ nouit, unius cubiculi sanctitatẽ casto pudore custodit: hæc nos deo seruat, hæc filios regno, quos gñarit, assignat. Quisqs

Ab ecclesia segre

ab ecclesia segregatus adulterę iungit̃, a ꝓmissis ecclesiæ separat̃.

hec pertinet ad Christi premia. Qui relinquit ecclesiam Christi, alienus est, prophanus est, hostis est, habere iam non potest deũ patrem, qui ecclesiã nõ habet matrem. Si potuit euadere qui extra arcam Noe fuit, & qui extra ecclesiam foris fuerit euadit. Monet dñs & dicit: Qui non est mecum aduersus me est, & qui nõ mecũ colligit, spargit. Qui pacem Christi & concordiam rũpit, aduersus Christum facit. Qui alibi præter ecclesiam colligit Christi ecclesiã spargit. Dicit dñs: Ego & pater unum sumus. Et iterum de patre & filio & spiritusancto scriptum est: Hi tres unũ sunt. Et quisquis credit hanc unitatem de diuina firmitate uenientem, sacramentis cœlestibus cohærentem, scindi in ecclesia posse, & uoluntatẽ collidentium diuortio separari. Hanc unitatem qui nõ tenet, dei legẽ nõ tenet, patris & filii fidẽ & uitã nõ tenet & salutẽ. hęc Cyprian9. Possem hic in colophonem adiicere duplicem ecclesiæ acceptionẽ, quæ est apud Hier. i. c. epistolæ ad Galatas. Possem etiam hic post eũdem Hier. in. 3. c. epistolæ ad Eph. ac alios discutere an in ac de ecclesia essent hęretici. nec indigna forẽt, quę Cyprianus aut saltẽ Ruffinus in symbolum apostoloꝝ exposuit. Sed iam finem rei facturus, ad te charissime Luthere redeo, ad te quoq; sermonẽ uerto: habes cõparationes, habes ænigmata, intellexisti qui sint in & de ecclesia, quid per ecclesiã catholicam post Aug. ac alios intelligere possimus. Iam tuæ partes erunt imposterum longe aliter de eccl'ia sentire, quam senserit uel Ioannes ille Huss uel Hieronymus de Praga, ac alii huius farinæ homines, quoꝝ nomina hic cõmemorare nolim, ne crabrones irritare uoluisse uidear. Et tu fortasse huc usq; illoꝝ scripturas imitatus, circa materiã ecclesię quędam non admodũ probata libere ac incõsiderate scripsisti. Disce ergo quæso saltim ob salutem animę tuę, errãtem imutare sentẽtiam, maxime cum sis totidem scripturæ locis monitus: quod si feceris, habebis benedictionem a dño, & dabitur uidere pacem in Israel. Iam ad ea redeuntes unde digressi sumus, super euangelico uerbo quẽcunq; sensum ecclesiæ dederis, dabis ecclesiã sic accepisse claues, ut hisce mẽbra utantur. Et quæ sunt illius mẽbra? epi & sacerdotes, quãtũ ad usum clauiũ attinet, illa deniq; mẽbra sũt homines uiuẽtes. Vt igit' iter ea, q̃ ad usũ clauiũ ptinẽt, Petrus caput esset, nũqd res nõ tã digna q̃ & necessaria fuit? In hac ni fallar hierarchia, qua p claues diuinoꝝ dispẽsatio fit, certe & naturę & rõni imo & stabilitati

gatus amicus christi nec estimari debet

Lucæ. xi.

Ioannis. v.

Hieronymus

Cyprianus

Augustinus

Membra ecclesiæ quoad vsum clauium quæ sint

Cyprianus

Chrisostomus
Hieronymus

perpetuę fuit utilis ista pręlatio, qua sic aliquis præficeretur scd'm Cyprianũ, ut prçesset oibus, cẽseretur idem maior scd'm Cyrillũ: & reliquorũ princeps scd'm Chris. Hier. & alios. Talis erat Petrus qui post multos uitæ labores coronam accepit a domino, & post se in urbe, quæ caput est orbis, successorem reliquit, quẽ nunc totus orbis, Romanũ quidem uocat Põtificem. Non erit itaq absurdũ illi hanc tradere potestatẽ, imo illi quoad claues ea adscribere, quę habuit is cui successit. Et ita tu ipse fateri cogeris hęc multis sęculis cõmuni omniũ fere christifidelium assensu firmata, isthæc omnia non modo turbare sed & diruere uelle non uideo christianæ reip. ꝓfuturũ. Qđ si Romanã sedẽ forsan abusiões aliquę deprauarint, uiæ nõ desunt, qbus absq tumultu/absq cæde rebus Christianorũ consuli possit.

LVTHERVS



Equitur aũt: Et super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Si per hanc petram intelligimus potestatem Papę, uide quid facimus. Primum sequitur ꝙ ecclesia primitiua apostolorũ nõ fuit ecclesia: quia Petrus, ut solidis probem argumẽtis, anno decimooctauo adhuc fuit Hierosolymis, nec dũ uiderat Romã. Quod ex Paulo ad Galatas clarũ fit, qui scribit se post conuersionem sui abiisse primum Arabiam, deinde post annos tres uenisse Hierosolymam uidere Petrum, ac postea post quatuordecim annos ascendisse, & contulisse cũ Petro Iacobo & Ioanne euangelium præputii. Quis tamen ita insaniret quæso, uel Orestes dicens ecclesiam Hierosolymitanã & catholicã non fuisse ecclesiam? quia potestas Romanæ ecclesiæ nondũ fuit nec forte fides eius. Nõ ergo supra petram ideſt ptãtem Romanæ ecclesiæ, sicut decreta quædam exponunt, sed supra fidem a Petro totius ecclesię persona confessam ædificata esticũ & uniuersalis & catholica ecclesia tãto tempore ante Romanam ecclesiam fuerit.

Paulus

FABER



Ogis me hic Luthere ut nonnihil preludam de petra, quo ueritatẽ demũ inueniamus: & ne diutius hęream, primo omniũ Origenem cito. Is in Matheum homil. sic scribit:

Quid per petram intelligi possit
Origenes

Petra est ois qui imitator est Christi, exquo bibebant de spiritali consequenti petra. Et super omni huiusmodi petra aedificatur ecclesia dei. In singulis enim quibusq; perfectis qui habent in se cógregationem uerbo℞ & operum & sensuum oium, qui huiusmodi beatitudinem operant, consistit ecclesia, cui portae nó pualent infero℞.

Et Ambro. in Lucam lib.6.c.9. Petra tua actus est, petra tua més est. Supra hanc petram aedificetur domus tua, ut nullis possit nequitiae spiritalis euerberari procellis: Petra tua fides est: fundamentum ecclesiae fides est. Si petra fueris, in ecclesia eris, quia ecclesia supra petrā est. Si in ecclesia fueris, portae inferi nó pualebūt tibi. Portae inferi portae mortis sunt: portae autem mortis portae ecclesiae esse non possunt. Et iterum Origenes in Matth. homil.35. Probamus autem scissas tunc petras esse prophetas: primū ex eo ꝙ Christus dicit petra spiritalis: & rationis est omnes imitatores Christi dici similiter petras esse. Sicut & lux mundi dicūtur ex eo ꝙ Petrus ipse a domino est petra appellatus: cum dicitur ei: Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meā, & portae inferi non praeualebunt ei. Maxime enim hoc demōstratur ex eo ꝙ omnes, quibus nō pualent portae inferorum, qui opus nominis habent in se petrae, idest apostoli & prophetae petrae sunt & ipsi. Et sunt fundamenta eo℞ qui super eis aedificant, scdm qd ait Aplus: Super aedificati super fundamentum apostolo℞ & prophetarum, ipso sūmo angulari lapide Christo Iesu dño nostro, sup aedificant autem apostolis & prophetis, maxime qui sunt de ecclesia imaculata, & apostolos Christi imitantur, & prophetas nō spernunt, sed scrutantur etiam eo℞ scripturas. haec Orig. Et Cyrillus in Ioannē lib.7.c.20. Christus sibi subiectos, ut gratiae & donorum ita quoq; nominum suo℞ reddit participes. Siquidem cum ipse sit lux, discipulis etiam suis lucis nuncupationem tradit, cum ait: Vos estis lux mundi. Ita cum primus sit & praecipuus pastor, suis membris eiusdem nominis participium & cōicationem pstat. haec Cyrillus. Sic itaq; habes tā ex Origene q̄ Cyrillo non tam absurdū nomina conueniētia Christo etiam conuenire discipulis: Quod ut plenius imo manifestius probem, en Hier. in epistolam ad Galatas .c.2. pulchre tradit a christiana ueritate non esse alienū tam apostolos q̄ credentes oēs ipsam quoq; ecclesiā in scripturis appellari colūnā & nihil interesse de corpore quid dicatur an membris. Et supradi-

Ambrosius

Origenes

Ad Ephesios.ii.

Cyrillus

Hieronymus

Hier.sup Hierem. ctis alludit Hier. dictũ in Hierem. quo asserit et aplis esse donatũ, ut ipi quoq; petræ uocent. Illius uerba in Amos pphetã capite. 6. sunt hæc: Petra Christus est, qui & donauit apostolis suis, ut ipsi quoq; uocent petræ. Et ante mille annos Zeno sanctus Veroneñ olim eps hanc nostram uidet probasse sentẽtiam (illius copiam ex Pistoriensi bibliotheca mihi fecit Antonius de Pucciis eiusdem ciuitatis episcopus omniũ literato℞ Mecœnas optimus atq; doctissimus &c.) In sermone enim de circuncisione sic ait: Iesus Naue

Zeno Christi imaginem præferebat, qui uerus omnium saluaror esse cognoscitur & factis & nomine. Hic enim quia ipse dictus est petra, recte cultellos petrinos fecit. Vnde non sine rõne inqt: Et Simoni super quem ędificauit ecclesiam, Petrus nomẽ imposuit, idest sua doctrina formatus, spiritus sancti lima acuminat ueros apostolos omnesq; discipulos, quo℞ salutaria monita canẽtib9 linguis quasi quibusdam spiritalibus cultris credentium populo℞ secũdũ Mosi dictũ non in dãnum hominis præputium carnis, sed in augmẽtũ

Gregorius hominis pręputium facinorosi cordis incidit Greg. in Iob lib. 19. c. 4. ait in sacro eloquio cũ singulari numero petra nũcupatur, quis

Corynth. x. alius q̃ Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait: Petra autem erat Christus. Cum uero petræ pluraliter appellantur, mẽbra eius uidelicet sancti uiri, qui illius robore solidati sunt, exprimuntur. Quos nimirum Petrus apostolus lapides uocat dicens: Vos tamq̃ lapides uiui coedificamini domus spirirales. Ista itaq; aquila, quę ad ueri solis radios cordis oculos erexit, in petris manere dicitur, quia in dictis antiquo℞ & fortium patrũ mẽtis statione collocat. Veram petram nobis monstrauit apostolus priori ad Cor. epistola c. 10. Hæc est illa petra uera, supra quam dñs fundauit ecclesiam suam. Et ab hac petra apostolus Petrus sortitus est nomen. Super huiusmodi petram puta Christum, ut Hier. habet in Matth. c. 7.

Hieronymus
Psalmo. xxxix.
Psalmo. ciii.

Non inueniuntur serpentis uestigia. De hac & propheta loquitur confidenter: Statuit supra petrã pedes meos. Et in alio loco: Petra refugiũ leporibus siue erinaceis. Timidum enim animal in petræ cauernas se recipit: & cutis aspera, & tota armata iaculis tali se protectione tutatur. Vnde & Mosi dicitur eo tẽpore quo de AEgypto fugeret, & lepusculus dñi erat: Sta in foramine petræ, & posteriora mea uidebis. Aug. in annotationibus in Iob. Petra ẽt tota ecclia

Augustinus dicitur. Et bene intelligitur propter etiam Simonem, qui ob hoc a

domino Petrus appellatus est, summitas petræ est caput ecclesiæ. Idem Augustinus.16.lib.contra Faustũ.c.17. Sicut percussa petra manauit aqua sitientibus, sic plaga dominicæ passionis effecta est uita credentibus. Habemus.n. de hac re p̄clarissimã ac fidelissimã uocem apostoli, quum inde loqueretur, dicentis: Petra autem erat Christus. Hanc ergo carnalem de Christi diuinitate desperatiouẽ in ipsius Christi altitudine deus mori iubet, cũ mortẽ carnis Mosi in monte imperat fieri. Sicut.n. petra Christus, ita & mons Christus, petra humilis fortitudo, mõs eminẽs magnitudo. Quia sicut Apostolus ait: Petra erat Christus. Ambro. in lib. de Salomone c.5. Nunc uideamus quis sit ille serpens, aut quæ petra, in quã serpentis uestigium non apparet. Hanc petram dñm nostrũ esse am bigere non debemus. Sic enim Apostolus ait: Bibebant autem de spiritali sequenti petra, petra aũt erat Christus. Et psalmographus In petra inquit exaltasti me. Et Moses in cantico Deuteronomii: Lactauit eos mel ex petra, & oleũ de solida petra, idest q̄ dulcem daturus esset euangelii suauitatẽ, aut spiritũ sanctũ per chrismatis unctionem. Et alibi ait: Beatus qui tenet & allidet infãtes suos ad petram. Quod utiq̄ in religiosis parricidiũ erat, si petra ista figurã Christi corporis nõ haberet. Nemo enim beatus in funere est, qui infantes suos allidit ad petrã: Sed ideo beatus est q̄ illos coniũgit ad petram. Dixi ergo petram dñm & saluatorẽ nostrũ in scripturis omnibus inueniri. Sed quomodo Petro cõueniat hoc petrę nomẽ, iterũ audiamus Ambro. in ser. de fide Petri apostoli ser.47. sic ait: Petrus deniq̄ pro soliditate deuotionis ecclesiaꝝ petra dicit̃. sicut dñs: Tu es Petrus & super hanc petram &c. Petra enim dicit̃ eo q̄ primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tamq̄ saxũ imobile totius operis christiani cõpagem moleq̄ contineat. Petra ergo pro deuotione petrus dicitur, & petra pro uirtute dñs nuncupatur. Sic ait apostolus: Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Recte meretur consortium nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum posuit, Petrus plãtat, dominus incremẽtũ dat, dñs irriguũ subministrat, Petrus cũ suis tentationibus p̄ficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic nãq̄ in mari dũ super undas temerarius uictor ingreditur, natat incessu, sed conualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur

Augustinus
Exodi.xvii.

Ambrosius

Psalmo.xxvi.
Deutero.xxxii.

Psalmo.cxxxvi.

Ambrosius
Q̄d petræ nomẽ etiam Petro conueniat

Math.xiiii.

pedibus, sed Christi dextra sustentatur. sustentat fides quē unda mergebat: & quem fluctuū procella turbabat, saluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione q̄ pedibus. Idem de natali Petri & Pauli diximus frequenter ipsum Petrum a domino nuncupatum. Sicut ait: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est, super quam ædificatur ecclesia, recte prius pedes sanat: ut sicut in ecclesia fidei fundamenta cōtinet, ita & in homine mēbrorū funda menta confirmet. Qđ si abhorreas petræ nomen cōuenire Petro, cogitare debes, sicuti saluator ipse lumen uerū, qđ illuminat orbē apostolis donauit, ut lumen mūdi item ipsi appellarent: ac cętera ex dño sortiti sunt uocabula. Ita & Simoni qui credebat in petram Christum scilicet, petræ largitus est nomen, ac sc̄dm metaphoram petræ recte dicitur ei: Aedificabo ecclesiam meam super te. Nec mirum fuerit Petrum uocari petram; cum etiam sancti & iusti p gratiam & participationem dei dii appellentur, de quibus & alibi scriptura dicit: Ego dixi dii estis. & iterū: Stetit deus in congrega tione deorū. Tn̄ hic non nego quāuis capaces sunt dei, & hoc noie donati per gratiam uideant: nullus tn̄ deo similis inuenitur uel in potētia, uel in natura. Et licet Ioannes dicat apostolus: Filioli nondum scimus quid futuri simus. Si aūt reuelatum nobis fuerit de domino. s. dicens: similes illi erimus: similitudo tamen hęc non ad naturam sed ad gratiam reuocatur. Ita & de petra quantum ad Petrum dicendum erit. Vnde Hier. in Abdiam. c. 1. Quomodo lumen dn̄s lucem appellat apostolos suos, & dicit: Vos estis lux mundi, & ipse petra Petro donauit ut petra sit: pastor quoq; bonus illis pastorū largitus est nomina. Et quodcunq; ipse dicitur, seruis tribuit, ut dicantur. Sic saluator apostolos suos mundi esse uoluit saluatores. hæc Hieron. Fateor itaq; ingenue iuxta uerbum Pauli Christum esse petram, imo Christum esse petram limpidissimam: ut Hier. in Ezechielem habet. c. 24. Quæ & sequebat in solitudine populum Israel. Tamen etiā Petrus hoc nomen cōmune habet cū Christo. Sed quid sit allidere paruulos ad petrā, ac sugere mel de petra. Declarat beatiss. papa Gregorius in quartum psalmū pœni tentialem sic scribens: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Ad petram quidem paruulos nostros allidimus, cum oriētes motus illicitos imitationis Christi intētione mortificam9.

Hier. in Matheū

Orig. super Exo. homil. vi.

Hieronymus

Gregorius Allide re ad petrā paruu los quid sit

Scriptum est enim:Petra erat Christus•Ipse ergo est petra,ad quã cogitationes nostras tenemus.ipse altare,cuius clemẽtiæ peccatoꝝ uictimas imponere p̄sumimus•Et alibi idem Gregorius homil.26: per Mosem dicit: Suxerũt mel de petra,& oleum de firma petra. Neq; enim quicq̃ tale iuxta historiam legitur. Si tota testamenti ueteris series recẽseatur,nusquã de petra mel, nunq̃ oleũ populus ille suxit•Sed quia iuxta Pauli uocem Petra erat Christus,mel de petra suxerunt: qui eiusdem redemptoris nostri facta & miracula uiderunt•Oleum uero de firma petra suxerunt,quia effusione sancti spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt•Quasi ergo in firma petra mel dedit,quando adhuc mortalis dñs miraculorũ suorum dulcedinem discipulis ostẽdit.Sed firma petra oleũ fudit: quia post resurrectionem suam factus iam impassibilis per afflationem spiritus donum sanctæ unctionis emanauit• Gregorius super Ezechielem Sugere mel de petra quid

Iam quid ante mille annos Leo de hac re tradiderit, lubet adducere•Is nempe Flauiano scribens Constantinopolitano episcopo, sic ait:Cum ipse dominus noster atq; saluator fidem discipuloꝝ suoꝝ suis interrogationibus erudiret: Quem inquiens dicunt homines esse filiũ hominis?Cũq; illi diuersas alioꝝ opiniones retexuissent: Vos aũt ait:quẽ me esse dicitis? Me utiq; qui sum filius hominis, & quem in forma serui atq; in ueritate carnis aspicitis: Quem me esse dicitis• Vbi beatus Petrus diuinitus inspiratus,& confessione sua omnibus gẽtibus profuturus: Tu es inquit Christus filius dei uiui•Nec immerito beatus est pronunciatus a domino,& a principali petra soliditatem & uirtutis traxit & nominis, qui per reuelationem patris eundem & Christum & filium dei est confessus, quia unum horum sine alio receptum non ptoderat ad salutem• Leo

Qd' siquis Leonem iam quia Ro• pontifex fuerit, in hac causa suspectum iudicet,saltem Ambro•credat:qui in Luc•scribens eandẽ sententiam firmat•Sic enim inquit: Petra est Christus. Bibebant enim de spiritali sequenti petra: petra autem erat Christus. Etiam discipulo huius uocabuli gratiã non negauit,ut & ipse sit Petrus, q de petra habeat soliditatem constantiæ / & fidei firmitatem• Ambrosius

Sed apertius audi eundem Ambro• in•2•li.de uoca•omnium gen• •c•9•ubi de Petri pugna cũ uaria disseruisset in hæc uerba scribit: Quis ambigat,quis ignorat,hanc firmissimã petram, quæ ab illa principali petra cõmunionem & uirtutis sumpsit & nominis, hoc Ambrosius

desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro Christo constātia donaretur. Nunquid non hi pulchre de nomine conueniunt? Hoc
Hieronymus est qđ D. Hieronymus. c. 7. in Amos prophetā Petrum uocat fortissimum adamantem, quia uir is sit qui steterit supra murum adamantinum, & in manu eius adamas. Iam ex his sanctis patribus Christum, animam Christi fidelem, ecclesiā, imo & ipsum Petrū petram esse, uocariq; posse cōstanter affirmo: & id me facere quis prohibebit? Non dico hic Ro. pontificē in euangelio petram uocatum, cum nondum esset: eo tamen tendo, ut mihi non neges, sed meæ imo sanctoꝝ patrū sententię accedas Petrum petram uocari. Quod si cōcesseris, certe dabis ad Petrum Christi uerba potissimū dirigi: dabis & sup hāc petrā tāq̄ caput & principē fūdatā ecclīam. Iam te ridere scio, qui asseram super Petrum fundari ecclesiam, quū Petrus homo fuerit mortalis, quare id dici minime cōueniat. Sed si ita uolueris, indigne dicentur apostoli colūnæ ecclesiæ, cū solus Christus uera sit basis atq; colūna fidei nostræ. At Hilarius
Hilarius .6. de trinitate Petrū & Ioannē etiā Iacobū colūnas ecclesiæ uocat: Post Pau. Sicut ergo dicūtur apostoli columnæ fidei, sic & Petrus petra dicetur. Qđ si iterū indignum iudicaris super eum fundatā ecclesiā, qui ad unius ostiariæ uocē negarit dominū. Deinq; hic sit petra, cui imediate dixerit dn̄s: Vade retro post me sathana, mutabis animum, meliora inueniēs. Audi itaq; bonis auribus doctissimi simul ac sanctissimi Pictauiensis episcopi Hilarii uerba. Is in
Hilarius psalmo. 141. sic habet: Omniū apostolorū fides usq; ad resurrectionis tempus fuit trepida quā in dn̄o contuentes expectationis suæ securitate firmati sunt. Et hinc illud est a dn̄o dictum: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Non enim ait propter mortem, qui a licet se passioni daret, non tamen uirtus æterna dolorem passionis exciperet: sed quia apostolorum metus per humilitatē passionis exortus, adeo ut & firma illa superædificandæ ecclesiæ petra trepidaret, post mortē & resurrectionē dn̄i in eadem trepidatione esse desineret. Idcirco usq; ad mortē tristis est, postquā trepidātis fidei
Hilarius essent securitate firmandi. Et idem Hilarius ps̄. 52. Conscius dn̄s infirmitatis humanę quū apostolis dixisset: Omnes uos scandalū patiemini in nocte hac, & beato Petro ter non ad denunciationē dānatæ negationis, sed quia per timorē carnis demutabilis homo id quod negaturus esset, ammonito negāti quidē, claues tn̄ cœloꝝ nō ademit:

nō ademit: quia cū per trepidationē obrepsisset negatio, uolūtati tñ usq; ad martyrium confitenda fides firma non deerat. Vis iā ut ad alteꝝ idē iterū Hilarius tibi respōdeat? ecce ps. 131. sic ait: Nescio an unigenitus iurauerit. Certe ita gessit & locutus est oia, ut sacramento religionis satisfacere uideret. Namq; cū quędā de passione locutus ad discipulos fuisset, & Petrus tamq̄ indignū hoc dei filio detestatus esset Petro, cui superius claues regni cœloꝝ dederat, super quē ecclesiā ædificaturus erat, aduersus quā portæ inferi nihil ualerent, quęq; in terris uel soluisset uel ligasset, ea in cœlis uel soluta uel ligata persisterent. Hunc itaq; tali conuitio detestantem, hoc sacramenrum passionis excepit. Vade post me Sathana, scandalū mihi es. Tanta. n. ei religio fuit ꝓ humani generis salute patiendi, ut Petrū primū filii dei confessorē/ecclesię fundamentum/ cœlestis regni ianitorē/& in terreno iudicio iudicem cœli Sathanę conuitio nūcuparet: quin ēt in tumultu eo quo se dedēdū passioni ꝓbuerat, cū idē Petrus seruo sacerdotis gladio aurē abscidisset, ait: Reconde gladiū tuū in tecā: calicē quē mihi dedit pater, nō bibā illū? impiū & ꝓphanū docens esse, si nō omnia, quę erga humanā salutē patri uouisset, expleret. Eandē fere sententiam habes apud August. in lib. 2. contra secūdā Parmeniani eplam. c. 23. Sed in suo loco ꝓfusius ex Cyril. Ambr. & aliis respōdere statui, ac mōstrare discipulos ante resurrectionē nō fuisse pfectos. Itaq; hic repetitum habere uolo Petrum sat cōmodo uocabulo petrā esse uocatū. Nēpe in eo tāq̄ in petra lapideq; firmissimo suā Christ9 ędificauit ecclīā. Et Chriso. in homel. q est de diuite & paupe Petrū uocat principē aploꝝ, super quē Christus fūdarit ecclīam, uere petrā imobilē. In fine quoq; subiūgit q; is ꝓ hamo piscatorio acceperit claues regni cœlestis. Qd si Aug. mihi obieceris, repeto qd s citauim9 ex eiusdē lib. retract. 2. Sed ut reliquā tue obiectionis partē discutiamus, iā de aduētu Pauli in Hierusalē nōnulla ꝓludā. Paulus ad Galat. c. 1. testat se post annos tres uenisse Hierosolymā. Causā primi ad uētus dicit esse ut uideret Petrū: ubi Hier. dicit eū illuc uenisse nō ut oculos/genas/uultūq; aspiceret, utrū macilētus an pinguis/adūco naso esset an recto, & utrū frontē uestiret coma, an (ut Clemens in periodis ei9 refert) caluiciē haberet i capite. Nec puro inqt ultra Hier. aplicę fuisse grauitatis, ut post tātā triēnii ꝑparationē, aliqd humanū in Petro uoluerit aspicere, sed his oculis aspexit eū, qbus

Hilarius

Vade post me Sathana

Augustinus

Cyrillus

Chrisostomus

Ad obiectum de aduentu Pauli in Hierusalem

Hieronymus

Vide ad hæc Hieronymū in Danielem. c. ix.

Clemens

& modo in eplis suis uidet. His oculis uidit Paulus Cepham, qb9 nunc a prudētibus qbusq; ipse cōspicit. Qd si cui nō ut cū supiori sensu, iūgat haec oia, q nihil sibi apli contulerint: nā & q uisus ire Hierosolymā, ad hoc isse, ut uideret aplm, non discēdi studio, q & ipse eundē pdicationis haberet auctorē, sed honoris priori aplo deferēdi. Diuus ille Athanasius Alexādri. dicit Paulū honoris gra ut Petrū spectaret accessisse, & ultra q uiserit Petrū, delatū pcēdit honorē: q secū māserit, charitatis est sūmę & amicitię argumētū. Et itē idē Atha. Petrū spectādi cupiditate Paul9 Hierosolymā iuit: adeo illū uenerabat & coluit. Sed iā adde qd ē apud. D. Ambro. in eādē eplam, q hāc rōnē reddit: Dignū fuit inqt, ut cuperet uidere Petrū, qa primus erat inter aplos, cui delegauerat saluator curam ecclia: nō utiq; ut ab eo aliqd disceret, q iā ab auctore didicerat, a quo ipse Petrus fuerat instructus, sed pter affectū aplatus. Et ut sciret Petr9 hāc illi datā licētiā, quā & ipse acceperat. Veniēs ergo ad eū, hospitio receptus ē: & apud eū māsit diebus qndecim, quasi unanimus coaplus. Hoc ideo manifestat, ut ostēdat cōcordiā se cū aplis habuisse, nec in aliquo dissensisse: sicut susurrabāt de eo pseudo apli, ut eū apud ecclesias gentiū deformarēt, & sua mala simplicioribus inſererēt: dicētes ea cōuenire cū doctrina aplo maio. Sed q post annos. 14. rursus Hierosolimā ascēdit. In cā fuit, ut hic sententiā maio pstolaret, nō q per decē & septē ānos falsū in gētib9 euāgeliū pdicasset, sed ut ostenderet pcessorib9 suis nō se in uacuū currere/aut cucurrisse, sicut putauerant ignorantes scdm Hier. & Ambr. Habes iā cur ad Petrū Paul9 uenerit, & q ea sint in laudē Petri nō parū: Sed iam uideamus cur tā diu Petrus sit in Iudęa remoratus, rōnem ipse reddit in actibus aplo. c. 10. Nēpe cū esset in Ioppe & ascēdisset in supiora, ut oraret, circa horā sextā uidit unā uisionē satis mirabilē, ex qua apiēs os suū dixit: In ueritate cōperi qm nō est acceptor psona deus, sed in omni gēte, qui timet deū, & opat iustitiā, acceptus ē illi &c. & reuelationē accepit iā nō mō Iudęis sed & gētibus esse pdicādū. Paulus ēt & Barnabas dixerūt: Vobis optebat primū loq uerbū dei: sed qm repellitis illud, & indignos uos iudicatis aeternae uitae: ecce cōuertimur ad gentes. Erat itaq; illis primo pdicandū in Iudaea. Huius pdicationis dux primus erat Petrus. Vnde legim9: Surgēs Petrus in medio frm dixit: Viri fratres &c. Acto. 1. Et Petrus stās cū undecim eleuauit uocē

Pro honore Petro deferendo Paulus Hierosoly.

Atha. cur Paulus Hierosolymam venerit

Ambrosius

Cur tā diu Petrus sit in Iudaea remoratus

Actuum. x. l

& locutus est illis, Actuū.2. Dehinc respondet ad populum dicēs: Viri Israelitæ quid admiramini in hoc, Actuū.3. Erat itaq̧ pdicā dum primo in Iudæa, a qua si discessisset, & aliqd dubii icidisset, ad neminé aliū q̄ principē apostolorū id forte referendū erat: nihi lominus quis dubitaret eū interea non potuisse uere dici principē & caput apostolorū. Hunc principatum nec Antiochia nec Roma dedit, sed eundē habebat a dño, & super uel in eo tam firmus erat ac certus, ut etiā si Petrus Romā nunq̄ uenisset, supremus deniq̧ pastor post Christū (qui uerus est ἀρχιποίμην) fuisset & caput apostolorū: imo hęc petra, super quā Christus fundauit ecclesiā: nec per illā absentiam diuturnā hac prǫgatiua priuatur. Siquidē ueluti Constantinus diu imperauit uniuersū orbē Romanū unus Augustus tenuit & defendit, Vt Aug. uerbis utar in.5. de ciui. dei c.15. Hic etiam quanq̄ secundū Orosium & Eutropiū imperator fuerit annis .31. tñ Romę non continuo mansit, imō in Bizantio ciuitate, quā a se Constantinopolim uocauit, diutissime sedit, nihi lominus imperatoris nomen obtinuit. Ita & de Petro dicere posse mus. Vides iālocū nihil minuere de potestate/gradu/uel honore. Satis ergo fuerit Petrum esse hanc petrā, super quā Christus fundauit ecclesiā, & eo ueniēte Romā illic principalē fūdasse ecclīam.

Locus officio nihil præstat

LVTHERVS



Lterius .18. in plurali numero dicit non ad Petrū non ad aplos, sed ad ecclesiā dicens: Si ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis quęcūq̧ ligaueritis super terrā, ligata erūt & in cœlo. Accede nūc qui nolles & hūc cū illo conferre. Ille sonat soli Petro datas claues: hic negat, & nō soli datas asserit. quomodo utrunq̧ stabit? Concordandum est utiq̧ utrūq̧ uerbū qd idem dixit Christus: Si soli Petro collatę sunt, mendaciū est, qd hic dicit oībus col latas. Quis aūt non uideat hūc posteriorem locum esse interp̄tem prioris, & in hoc rem non satis esse expositam: illic uero in Petro unitatem multorum in ecclesia cōmendatam: Quin uide quoddā mirabile illic incipit ab omnibus dicens: Quē uos me esse dicitis? & finit in uno Petro: Tu es & tibi. Hic contra incipit ab uno dicens: Si peccauerit in te frater tuus &c. & desinit in omnibus

dicens: Quecunqꝫ ligaueritis &c. Nonne clarum est Petrum illic idē uoluisse qđ hic per uniuersos, & claues nō esse unius hominis singularis, sed eccl'iæ, & ut cōmunitatis firmū sit sacerdotē nō suo iure sed ministerio (quia ecclesię minister est) ecclesię clauibus uti: nec tamq̄ suis aut sibi, sed ecclesię traditis. Credo iā hæc ferme fidē factura hanc Matth. auctoritatem neqꝫ ad Petrum neqꝫ ad successorem/nec ad unam aliquam ecclesiam, sed ad omnes ecclesias pertinere: quia qs poterit negare illi esse claues traditas, qui reuelāte patre Christum confitetur, quo posito necesse est, ut ubi sit reuelatio patris & confessio Christi, illic & claues. At hæc in qualibet ecclesia est, non autem in ullo uno singulari & incerto homine.

FABER



Ira hic ex te specularis, ea rei minime conueniunt. Nempe qđ Matth. 18. in plurali numero dictum est: Quęcunqꝫ ligaueritis. Hoc propterea factū puto, quia tūc reliquis aplis (antea tñ Petro in caput constituto) & ligādi ac soluendi potestatē dare uoluit. Vnde ad illos in plurali loqtur. Sed quid sibi uult ꝙ Petro Matthei. 16. in singulari, certe crediderim hoc ego non grādi mysterio carere, subestqꝫ mysteriū aliud: cuius etiam author est Orig. qui non parū interesse dicit, ꝙ Petro datę sint claues in cœlis. Hic uero. s. Matth. 18. discipulis datæ sint in cœlo tm̄. Qđ si contenderis Matth. 16. nulla prętogatiua Petro claues esse concessas, sed ꝙ ibi sint datę uel ecclesię uel reliqs aplis. Quid igit' opus erat denuo dare potestatē ligandi ac soluēdi his, quibus te auctore antea dedit: proin frustra id fiebat quin & supuacaneum erat. Quare ego non paruifacio, qđ me sanctus euāgelicus ordo docet, maxime ꝙ potestas ligandi & soluēdi bis data fuit ante resurrectionē, eandē quoqꝫ bis post resurrectionē firmatā legimus, qđ ut ista legentes intelligant. En semel ante resurrectionem Petro, & semel discipulis oibus: primū Petro, ut esset is caput & princeps ordinis illi9 ecclesiastici. dein discipulis. Alioqui si nō illd admiseris, alterꝫ locū dices esse supfluū. Aut. n. accipiebāt oēs cū Petro, & nō erat opus post duo eiusdē euangelistæ capita potestatem prius datam renouare potissimū, si non aliquid singulare Petro cōferre uoluit. Et Ioan. penult. Cū id firmauit per insuffla-

Matthei. xviii.

Origenes

Potestas ligādi atqꝫ soluēdi bis ante Resurrectionem & bis post data legitur

Ioannis penult.

tionem & spiritus sancti acceptionem: si nihil Petrum prę cæteris habere uoluit, cur in alio & maxime sequenti capite sic euangeliũ sonat? Dixit Simoni Petro Iesus: Pasce oues meas. Dicit ei iterũ: Simon Ioannis diligis me? At ille: Etiã domine tu scis quia amo te. Dicit ei iterum: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me: & dicit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Certe quisquis hæc legerit & cogitarit quo ordine qua ratione præsentibus aliis discipulis dominus dixerit, Pasce oues meas nisi sit quouis hebete stupidior, prærogatiuam aliquam in recompẽsam præcipui amoris Petro quæsitam ac datã esse, intelliget. Tu ergo crede uel assere quicquid uolueris. Chrisostomus author & sanctus & multorum annorum (uixit namque circiter annum domini quadringentesimum, sicut & ipse testatur homil.9. epistolæ ad Hebręos) mea non sine maiestate confirmat. nempe is in homel.48. super Matth. Petrum cæteris præpositum testatur. Et in homil.22. uocat eum ecclesiæ præsulem. In homelia uero.87. in Ioannem dicit illi orbis terrarum curam demandatam esse. Et beatissimus Leo scribens Maximo Antiocheno episcopo, Petrum uocat præcipuum apostolorum omniumq; beatissimum: & non in uno loco summum eum uocat pastorem. Diuus etiam ac magnus Gregorius, quem uere sanctum uirum nemo negabit, in secunda parte curæ pastora. eum primum pastorem uocat: nec hunc facile reiiciendum puto, quem tot sæculis approbauit ecclesia. Iam enim nongenti & plures elapsi sunt anni, quãdo mortuus est. Anno enim quingentesimo ac nonagesimo cathedram apostolicæ sedis possedit: & secundo anno Phocæ imperatoris, qui erat a natiuitate domini sexcentesimus quintus mortuus est. Cum ergo Petrus cæteris prępositus sit, meruerit q; dici ecclesiæ p̃sul, & in aperto sit hunc habuisse totius orbis terrarum curam demandatã nõ ab homine aliquo, qui dũtaxat ore fuerit liberalis, aut in aere natus: sed ab eo, qui solus & uere dicere potuit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Sit deniq; pręcipuus ac summus apostolorum primusq; pastor. Hæc quoque epitheta nec de Ioanne Iacobo/aut quouis alio dicantur apostolo: immo exploratissimum est, quod hæc de nullo alio apostolorum dici potuerint non aliud mihi facile persuadebis, quod credam, quam quod patres illi,

Chrisostomus

Leo

Magnus Gregori.

Ioannis vlt.
Cyprianus

qui meditati sunt in lege domini die ac nocte solo afflati spiritu sancto hęc magna epitheta ex Christi uerbo, quod est Matthei.16. ac Ioãnis ultimo suxerint, atq; posteritati scripta reliquerint. Sed ut mea ualidius firmem, Cyprianum in duobus locis in medium citabo. En in epistola, quã scribit ad Iubaianũ de hæreticis bapti ita scriptum legimus: Petro primum dñs super quem ædificauit ecclesiam, & unde humanitatis originẽ instituit & ostendit, potestatem istam dedit, ut id solueretur in terris, quod ille soluisset. Et post resurrectionem quoq; ad ap̃los loquitur dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, hoc cum dixisset inspirauit, & ait illis: Accipite spiritũ sanctũ, si cuius remiseritis peccata, remitunẽ illi: si cuius tenueritis, tenebuntur. Vnde intelligimus non nisi in ecclesia p̃positos, & in euangelica lege ac dominica ordinatione fundatos licere baptizare, & remissam peccatoꝝ dare: foris autem nec ligari aliquid nec solui, ubi non sit qui aut ligare possit aliquid aut soluere. hæc Cyprianus. Quis non hic uideret nisi talpeus esset Cyprianum inter Petrũ & apostolos fecisse discrimen? quod certe facere potuit euãgelicæ historiæ ordine pensato. Sed ut adhuc ueritas clarior appareat, eũdem audi Cyprianum ad Quintinum ita scribentem: Nec Petrus inquit, quem dominus primum elegit, & super quem ædificauit ecclesiam suam: cũ Paulus de circũcisione postmodum disceptaret, se uindicauit, seu aliquid insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere & obtẽperari a nouellis & posteris sibi potius oportere. Hæc Cyprianus. Ex his uerbis constat Petro primatum esse dandum: quem & negare ueritati absonum esse duxerim. Sed q; imaginaris ecclesiæ claues esse datas, id facile credam, & qđ idem ipse asserem, iamdudũ intellexisti. Tamen eo adiecto q; Petro tanq̃ capiti datæ sunt claues, propterea sexto libro de trinitate dicit Hilarius: Post sacramenti confessionem beatus Simon ædificationi ecclesiæ subiacens, & claues regni cœloꝝ accipiens &c. Stabit ergo q; ecclesia & nos sacerdotes iuxta uerbum Ambrosii toties citatũ in Petro, claues suscepimus omnes. Sed quum sacerdotem non suo iure sed ministerio ecclesiæ clauibus uti asseris, Et recte, præterire non possum, ut non pro intellectu clauium hic quædã contra tuaꝝ conclusionũ resolutiones interseram, Hier. in Esaiam. c. 4. Non idẽ est inquit solui peccata atq; dimitti: cui enim dimittuntur, solutione non indiget audiens

Hilarius
In Petro & eccl'ia & nos sacerdotes claues recepimus
Ambrosius

Hieronymus

In euangelio: Confide filia, dimittuntur tibi peccata tua. Cui aūt soluunt, propterea soluunt, quia purgata sunt & soluta p pœnas ex quibus habeo dimittere peccata solius dei esse. Quod & euangelium Marci.2.me docuit. Sed quid & quomodo soluat sacerdos an suo uel alieno iure & quid potestatis habeat, iam audiamus Aug. in euang. Ioannis tract.49. qui sic ait: Cum processisset mortuus adhuc ligatus confitens & adhuc reus, ut soluerentur peccata eius ministris hoc dixit dominus: Soluite illum, & sinite abire. Quid est Soluite & sinite abire? Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo. Et Basilius de remissione peccatoꝝ sic ait: Proprium dei est peccata dimittere, quum ipse dicat: Ego sum qui deleo peccata tua. Et si fuerint peccata uestra ut coccinū, quasi nix dealbabunt: & si fuerint rubra quasi uermiculus, ut lana alba erunt. Propterea deus dei filius Iesus paralitico peccata dimisit dicens: Fili dimittuntur tibi peccata tua. qua in re a Iudæis, qui deum ipsum esse nesciebant, blasphemare putabatur, dicentibus, ipse blasphemat: nullius enim est dimittere peccata nisi solius dei. Dominus autem sanctis apostolis insufflans inquit: Accipite spiritum sanctū, quorumcunq; dimittetis peccata, dimittentur eis. Si ergo nullius est peccata dimittere, sicuti certe nullius est, nisi solius dei: dimittit autem per apostolos. Declarat illud idem Ambro. in .5. de fide ca. .6. sic dicens: Quomodo potest non in potestate habere qđ donat dicens: Tibi dabo claues regni cœloꝝ. Et uide distantiam. seruus aperit, dominus largit: ille per se, iste per Christū, famulus claues accepit. Dominus ordinat potestates: aliud ius donantis, aliud dispensantis obsequium est. In libro deniq; de apologia Dauid.c.15. Idē Ambro. pulchre tradit peccata aut donari, aut deleri, aut tegi. Donatur inquit peccatum per gratiā, deletur per sanguinē crucis, tegitur per charitatē. Idem Ambro. in .2. epistola ad Corynth.c.2. Ego quod donaui, siquid donaui propter uos in persona Christi, hoc dicto grauat illos: quia si magister petētibus discipulis donauit cui uoluerint peccatū, quanto magis obaudire debēt discipuli magistro. Et ut ratum ei cui donauit ostenderet apud deum, ait in persona Christi se donasse qđ donauit, hoc est accepto tulisse Christum, cuius legatione fungebatur: ut factum apostoli factum sit Christi: sicuti dixit: Quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Fere simile circa potestatē curādi ægrotos Hier. habet

Quomodo soluat sacerdos & an suo vel alterius noie

Augustinus

Ioannis.xi.

Basilius Magnus

Ambrosius

Ambrosius

Hieronymus

Mattheum·c·10·dicens: Benignus ac clemens dominus ac magister non inuidit seruis atq; discipulis uirtutes suas: & sicut ipse curauerat omnem languorem & oēm infirmitatem, apostolis quoq; suis tribuit potestatem ut curarent omnem languorem & omnem infirmitatem· Sed multa distantia est inter habere & tribuere/donare & accipere: iste quodcūq; agit, potestate domini agit· illi siqd faciunt, imbecillitatem suam, & uirtutem dñi confitentur dicētes: In nomine Iesu surge & ambula· Sed ad priora redeuntes, accedit: & his omnibus uerbum Chrisostomi asserentis q; ea quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, deus confirmet in cœlis, sententiamq; seruorum dominus ipse corroboret· Cum ergo sacerdotes potestatem ligandi soluendiq; habeāt, idq; in persona Christi faciant, debebas in alio quodam opere tuo sacerdotes digniori tractare preconio, q̄ feceris, imo non adeo laicis, qui nobis alioquin oppido infesti sūt, facere exosos: & quod ad rem huc minime pertinebat, nō debebas in libro, quem ad Germaniæ nobiles scripsisti, omnes Christianos absq; omni discrimine facere sacerdotes, eosq; propterea laicis facere subiectos· Videamus obiter itaq; hoc tuum dictum quomodo subsistere possit, tuam opinionem firmasti ex epistola priori, quā scripsit Petrus·c·2·sed huc nō pertinebat quod probas· Nunquid nō exo. decimonono dixit dominus ad Mosem, et populum Israel: ואתם תהיו לי ממלכת כהנים וגוי קדוש idest: Vos eritis mihi in regnū sacerdotale & gens sancta· Si hic de omni tribu sacerdotes facti fuerunt, quid oportebat certum ordinē habere leuitarum & sacerdotum? Erat igitur domini uerbum in alio sensu capiendum· Nempe laici sacerdotes non erant, neq; secundum literā sacerdotii nomen merebant· Ita & in noua lege aliud est, dū Christianū hominē sacerdotem dicis, in allegoria seu sensu spiritali· Et aliud dū secundum ordinem hierarchiæ ecclesiasticæ quempiam sacerdotē asseris· Possem hic addere quod est in·l·i·ff·de iusti· & iure, ubi & iureconsulti sacerdotes appellantur· Sed ne tua prorsus damnem, interim tamen et ueritatem monstrem, scio q; Athanasius·2·epla ad Corinth· Leo quoq; beatissimus in sermone·3· de anniuersario pōtificiæ suæ assumptionis die. Ex hoc Petri dicto nos omnes sacerdotes esse & uocari dicunt· Sed quale sacerdotium est illud, certe allegoricum & spiritale· Vis ad hæc audire sententiam Ambrosii: Ecce sanctus ille uir in·4· libro de sacramentis declarat: Populus

Chrisost.

Non oēs Christiani sacerdotes

Athanasius

Leo

Quale sacerdotiū vulgi christiani

inquit ipse quid est nisi gens sacerdotalis, quibus dictum est: Vos autem estis genus electum/regale sacerdotium/gens sancta: Vt ait apostolus Petrus: Vnusquisq; ungitur in sacerdotium, ungitur in regem: sed spiritale regnum est, & sacerdotium spiritale. Illud idē Origenes habet in homelia. 4. super leuiti. ubi sic ait: Ignoras tibi quoq; idest omnium ecclesiæ dei & credentium populo sacerdotiū datum. Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus inquit electum/regale sacerdotium/gens sancta/populus in acquisitionē. Et Cyrillus in leuiti. lib. 4. Tu si uis esse sacerdos dei, sicut scriptū est: Omnes uos sacerdotes domini eritis. Et ad te dicitur, gens sancta/sacerdotium/populus in acquisitionē. Si ergo sacerdotium uis agere animę tuæ, nunq̄ recedat ignis de altari tuo. Et idem in eodem leuitico lib. tū. 9. Omnes quicunq; unguento sacri chrismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut Petrus ad omnē dicit ecclesiam: Vos estis genus electum/regale sacerdotium/gens sancta. Estis ergo gen9 sacerdotale, & ideo acceditis ad sancta. Sed & unusquisq; uestrum habet in se holocaustum suū, & holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Hieron. ad Euagrium: Ipse rex atq; sacerdos nobis donauit ut simus genus regale/& sacerdotale: & quasi angularis lapis parietem utrūq; coniunxit. Et idē in Esaiam. 6. Nos sumus & tribus & gens domini regale & sacerdotale: qualis fuit & Abraam, qui rex appellatus est, & cæteri sancti: de quibus scriptū est: Nolite tangere christos meos. Sed hoc quomodo intelligi oportet? certe, ut sit, allegorice dictum: non ut baptismus oēs pares reddat aut faciat. Quare, ut & apertius ostendam quale sit hoc sacerdotium, en uno uerbo totum habes scilicet q; baptisma non sit simpliciter (ut aiunt) sed laicale/seu laici sacerdotium. Ita Hier. aduersus Luciferianos ac alibi hoc sacerdotium uocat. Qd si nullum discrimen est sacerdotii nostri in cōparationē illius, quo tu tua corroboras, dic quæso mi Luthere, quare Hiero. baptisma sacerdotium laicale toties uocat? An non tibi obiicere possem, quod & alibi Hier. habet: Si baptisma facit æquales oēs, quid inter scortum ac uirginem/inter iustum & impium demum intererit? Habes & dein Orig. qui tradit quo pacto in hoc sacerdotio uiuendum sit, dicens: Quia gens sacerdotalis es, & ideo offerre debes deo hostiam laudis/hostiam orationum/hostiā misericordię hostiam pudicitiæ/hostiam iustitiæ/hostiā sanctitatis. Quis post

Origenes

Cyrillus

Hieronymus

Quales hostiæ vulgi sacerdotium deceant

hęc dubitatit Ita hoc Petri intelligi dictum, ut non sit hoc sacerdotium spiritale, non sit unctio spiritalis, & non sit allegorica uel tropica locutio. Allegoria enim quid aliud est iuxta uerbum Aug. 15. de trini. c. 9. nisi tropus ubi ex alio aliud intelligitur. Licet etiã sit, ut Ambro. de Abraam lib. 1. c. 4. ait, cũ aliud geritᷣ, aliud figuratᷣ. Sed quis nescit iuxta dictũ Aug. 3. lib. de doct. christ. c. 5. in principio cauendum esse, ne figuratam locutionem ad literã accipias. Ad hoc enim pertinet quod ait apostolus: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Cum enim figurate dictum sic accipitur tamquã proprie dictũ sit, carnaliter sapitᷣ, neq; ulla mors animę congruentius appellatur, q̃ cũ id etiam ꝙ in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia carni subiicitur, sequendo literam. Qui enim sequitur literam, trãslata uerba sicut propria tenet: neq; illud quod ꝓprio uerbo significatur, refert ad aliam significationem. Quum itaq; in hoc Petri uerbo sit intellgẽtia spiritalis, sic .n., teste Hieronymo, allegoria dicitᷣ, imerito subinfers ea ꝓpter sacerdotes laicis subiici debere, imo in totius cleri odium etiam si ad literã accipias Petri uerba, nihil aliud ipse subinferre poteris q̃ ꝙ baptismus omnes in potestate pares faciat. Et iam quomodo stabit hoc uerbũ domini: Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt: & ois anima potestatibus subdita sit, obedite pręposítis uestris: & cętera id genus pręcepta. Te itaq; suspectum reddis oibus, quasi turbę adblãdiri uelis modo Christi dñi ruant & e soliis pręcipitẽtur, ita ut impleas quod alibi testaris rem cœptam ex inuidia. Sit itaq; necesse hãc per inuidiam terminari quod q̃ theologicum professorem spiret, iudicent alii. Hęc nõ est sapientia desursum descendens a patre luminum. Siquidem illa est pudica primum, deinde pacifica/modesta &c.

Augustinus
Allegoria quid

Augustinus
Figuratam locutionem ad lĩam accipere cauendũ est

Hieronymus

Lucæ .xx.
Ad Romañ .xiii.
Ad Hebræos .xiii.


LVTHERVS



Quod ut Christus nobis commendaret, statim post gloriosam istã Petri commẽdationem Petrus prohibuit, ne moreretur audiuit: Vade post me Sathana, nõ .n. sapis ea quæ dei sunt. Quid hoc est, non sapit Petrus quę dei sunt, nonne pater reuelauit ei? Si hęc ante cõmendationẽ Petri facta fuissent, aliquid momenti haberet Petrum pro sua & successoꝝ aut unius ecclesię persona fuisse cõmendatum. At nunc

tum post commendationem uituperetur, ut ignarus dei, clarū fit illum superiorem Petrum, qui claues accepit, non fuisse Petrum filium Bariona, sed ecclesiam filiam, quæ uerbo dei genita uerbū dei audit, & cōfitetur perseueranter in finem, non aliquando non sapiēs quæ dei sunt, & retro abire iussa, sicut Petrus. Aut si hoc ad Romanū pontificem & ecclesiam pertinet q̄d ad Petrum dicitur: Tibi dabo: iam irrefragabili sequela etiā ad eandem & illud pertinebit: Vade post me Sathana, non .n. sapis quæ dei sunt: quia & hoc ad Petrum Ro. ecclesiæ futurū episcopum dicta sunt. Aut si hæc non ad se pertinere putant, iam nulla ratione cōuenire possunt ea, quæ superius dicta sunt, ad se pertinere.

FABER



I mi Luthere hic sanctoꝝ patrum sententias penitius intueamur, facile ueritatē eruemus. Quare ut tua melius diluam, hic non obscuros, sed magni nominis auctores citabo, inter quos primus sit Origenes. Is siqdē in homelia .3. in Matth. ita scribit: Qui putant Petrum uel cęteros apostolos ante passionē Christi fuisse perfectos & liberos ab omni spiritu alieno, dicāt quomodo eos eripuit a maligno, uel unde eos redemit p̄cioso sanguine suo: aut dicāt in tēpore transfigurationis Christi unde erant grauati somnio, sicut exponit Lucas: aut certe (ut ad præsentem expositionem p̄terita reuocemus) putas, est, ut aliquis scādalizet̄ in Christo sine operatiōe diaboli scādalizantis? Et potest aliquis denegare Christum, & hoc in cōspectu ancillulæ ostiariç, & in conspectu abiectoꝝ, nisi fuerit inimicus; & denegat̄ spiritus cum spiritu, & sapientia, quæ datur eis, qui adiuuantur a deo scdm aliquam animç dignitatem ad confitendum. Si ergo ita est, ne forte ille spiritus, qui uoluit quantū ad se Christum scandalizare, ut recederet a passione oībus hominibus salutari. Ipse etiā opans hic seductorie uult auellere Christū sub colore boni, ut nō cōdescēdat hominibus, nec ueniat ad eos, nec suscipiat mortē pro eis, sed remaneat in mōte excelso cū Mose & Elia. hæc Origenes. Et Hilarius Pictauiensis: Vt dei munus est Christum in spiritu deum nosse, ita zaboli opus est Christum in homine nescire: atq; eiusdem periculi res est uel corpus dicere sine deo, uel deum sine

Origenes Discipulos an̄ passionem Christi nō fuisse perfectos docet

Hilarius in Matheū can. xvi. Vade retro me sathana qūo intelligatur & de quo

corpore: corpus aūt carnis huius in æternitate spiritus dei nullū est. Verum humanæ salutis causa Christus in corpore est, quod assumpsit ex homine. Igitur post pdicationem passionis accipiens diabolus facultatem (usq; ad tempus enim ab eo secesserat) quia incredibile satis apostolis uideret, eum in quo deus erat passibilē, sumēs hāc humanæ infidelitatis occasionē opinionis istius Petro infirmauit affectum. Deniq; ita passionē detestatus est, ut dixerit absit: quo uerbo rerum detestandaꝝ execratio cōtinetur. Sed sciēs dñs zabolicæ artis instinctum, Petro ait: Vade retro post me. i. ut exemplo passionis se sequatur: in eum uero per quem opinio hæc suggerebatur, conuersus adiecit: Sathana scandalum mihi es. Nō enim conuenit existimare Petro Sathanæ nomen & offensionem scandali deputari post illa indultę & beatitudinis & potestatis tā ta præconia. Sed quia infidelitas omnis diaboli opus est Petri responsione, dominus offensus cum opprobrio nominis infidelitatis istius est detestatus auctorem. hæc Hilarius.

Hieronymus Hieronymus in Mattheum. c. 4. Non, ut pleriq; putant, eadem Sathanas & apostolus Petrus sententia condēnantur. Petro enim dicitur: Vade retro me Sathana, id est sequere me, qui contrarius es uoluntati meæ. Hic uero audit: Vade Sathana, & non ei dicit retro me, ut subaudiatur, uade in ignem æternum, qui pparatus est tibi & angelis tuis.

Origenes Et Origenes in homelia prima super Mattheum ait in hæc uerba: Simul autem considera differentiam uerbi, quoniam ad Petrum quidem dixit: Vade post me Sathana. Ad diabolum autem dicentem sibi: Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me: Dixit: Vade Sathana sine additamēto post me. Nam ire post Iesum bonū est, propterea secundū Marcū sic dicit: Vidit Simonem & Andream fratrem eius, & dixit eis: Venite post me & faciam uos piscatores hominum. Tale est etiā illud quod dicit: Siquis non tollit crucem suā & sequitur me, nō est me dignus. Et ut breuiter dicam, considera ubicūq; dicitur uerbum post me in bono dicitur. Bonum est enim quādo quis post dominum uadit. Contrarium autem quando aliquis reiicit sermones domini post se, uel qui transgreditur illud mandatum: post concupiscentias tuas ne uadas. Item Elias in tertio regnoꝝ libro ad populū dicit: Vsquequo claudicatis uos utrisq; pedibꝫ uestris? si dominus est, ite post eum: si aūt Baal dominus est, ite post illū.

Hæc aūt

Hæc autem dicens propter quod diuertebatur ad diabolum, quia ipse est Sathanas: & non uade ante me Sathana ad Petrum ait, sed uade post me Sathana: & hoc dicit Petro Iesus conuersus ad eum. Nam & hoc prodificans ei fecit. Et beatus is fuerit, ad quem conuertitur Christus, etiam si corripiendi causa conuertitur, sicut conuersus est ad Petrum. Et Hieronymus in Esaiã.c.53. Non necessitate crucem sed uoluntate sustinuit dicens in euangelio: Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? Et ad Petrum qui scandalizabatur a crucis nomine, qui non nouit mysterium, & humano pauore trepidabat: Vade retro me &c.

Hieronymus

Vides hic ergo mi Luthere nihil subesse periculi utrumq; locum referri ad Petrum, quod certe faciũt hi, quos proxime citauimus. Facit & id Aug.22. lib. contra Faustum.c.68. Sed & Chrisostomo in hac parte plurimũ tribuo, qui utrũq; locũ in Petri psonã refert. Non enim inquit idem intelligentibus discipulis passionem atq; resurrectionẽ Christi timebãt eum interrogare. Petrus aũt iterũ ex feruore solus audet ea de re qcq̃ dicere: neq; id palã sed sigillatim atq; seorsum aliis remotis discipulis propiti9 inquit: Tibi esto nec fiat tibi hoc. Quid nã o Petre hoc ẽ, tu q̃ reuelationẽ desup habuisti qui beatificationẽ consecutus es, cui claues cœloꝝ traditę, tã cito adeo grauiter lapsus cecidisti, ut passionem pertimueris? Cur mirũ tibi uidet' inqt, si ea re id passus sum, de qua nil reuelatũ est. Hũc certe clare uidemus nõ a se ipso sed ex reuelatione illa dixisse: quia in his, quę reuelata non sunt, turbari & turbare & cęteris audiendo nõ sentit qd̃ dicit', dicit certe quia filius dei est Quid aũt mysteriũ crucis & resurrectionis sibi uelit, nondum didicit. erat ait occultus ab eis hic sermo, perspicis, quia iure mandauit ne in publicũ hæc efferrẽt. Vbi enim isti turbant', quibus hæc necessario cõmittunt' quid nõ paterent' cæteri. Ipse uero ut ostẽderet spõte se ad passionẽ uenire, increpauit Petrũ, & Sathanam appellauit. Audiãt quicũq; passionis Christi crucem uerecũdantur. Nam si apostoloꝝ uertex etiam anteq̃ crucis mysterium disceret, Sathanas uocatus est, quã ueniã impetrabũt, qui ubiq; iã pdicatã Christi crucẽ negare audẽt? Nam si qs a deo beatificat9 fuerat, Petrus qui & ex reuelatione fuit ueritatẽ cõfessus, sic acriter increpat', quo supplitio cruciabunt' q crucis mysteriũ nõ suscipiũt? Nec dixit, qa Sathanas p te locutus est, sed uade post me Sathana, hęc.n. illius oppositi cupiditas erat,


Aug.

Non solũ Petrus imo & alii discipli passionis & resurrectionis mysteria ignorarunt.

Cur Sathanæ noĩe Petrum incusauerat Christus

H

ne Christus e morte resurgeret, idcirco sic uehementer increpauit quia sciebat tam ipsum quā cæteros ualde id formidare, nec facile posse audire: quocirca & mentis eius archana reuelat dicens: Quia
Hilarius nō sapis ea quę dei sunt &c. Et iterū Hilarius decimo de trinitate: Ob ignorantiæ errorem inquit & sathanas Petrus & scandalū est: & ille quidem per charitatem Christi, quā ei nec caro nec sanguis sed pater, qui in cœlis est, reuelauerat, detestatus passionis sacramentum tali seueritatis sententia confirmatus ad fidem est. Iam mi Luthere ex Origene/Hilario/Chrisostomo/& Hieronymo uides utrumq; euangelii locum de Petro debere & posse intelligi. Et cur post reuelationē factā Petro dictū sit: Vade post me Sathana mihi scandalum es. Nempe nondum nec ipse nec reliqui erant
Origenes apostoli perfecti, imo, ut Origenes inquit, Petrus adhuc plūbeus erat, & fieri potuit ut reuelationem haberet Petrus a patre, qua profiteretur Christum esse filium dei uiui, attamen lateret eum hoc magnum mysterium, quo Christus uoluit pro salute generis humani crucifigi, & tertia die resurgere. Qd' ut ista legentes intelligant, nunquid non patriarchæ Isaac apparuit primo dominus in Geraris, & locutus est, ac benedixit illi in Bersabee multa promittens? tamen post hęc non nouit uenientem Iacob dans illi pro Esau benedictionem. Et Samuel propheta: nunquid non primo regum sextodecimo pro Dauid uoluit ungere Heliab filium Isai? Aut mentitur Heliseus .4. regum .4. dicens: Dominus celauit a me & non indicauit mihi. His sacris historiis hoc inest, q; sit possibile sanctum aliquem unam a deo uisionem / aut reuelationem habere: & hanc etiam perfecte intelligat, aliam uero non habeat. Ita Isaac/Samueli/ac Helisęo contigisse uides. Quod itaq; de illis, hoc & de Petro dicere possumus, qui reuelationem professionis habuit a patre, ut profiteretur Christum filium dei uiui: tamen ab eo passionis mysterium celauit dominus. Accedit ad hoc, si apostoli errare poterant, & labi circa incōmodum euangelii/& iacturam fidei, etiam post Christi in cœlum ascensionem. Vt post oēs
Erasmus ille noster Erasmus in annotatione in Matth. c. 2. pulchre ostēdit. Nimirum si Petrus ante ultimā spiritus sancti missionem ex humano affectu quædā non probanda dixerit ad Christū, potissimū quando ex pietatis affectu prodierant. Nihil ergo curandum est, qd' hic times, hebraice tibi obiicio שָׁם פָּחֲדוּ פַחַד לֹא הָיָה פָחַד


Ed age latius, si omnino ad rigorem illum grammaticum se recipiunt, quod soli Petro dictum est: Tu es Petrus, tibi dabo claues &c. Quomodo resistemus hæreticis, siqui hoc nostro rigore uerborum sic nos urgeant & dicant: Esto ad solum Petrum hæc dicta sint, ad successorem ergo ecclesiæ claues non uenerunt, sed cum Petro abierunt. Vbiq; ergo nunc ecclesia. Non enim ad plures pertinere potest quod ad unum dicitur, sicut illud: Cum iunior esses cingebas te &c. quod ad solum Petrum ita dictum est, ut cum Petro completum & functum ad nullum successorem eius pertinens. Si autem ad successores & aliquam ecclesiam dictum est, iam nulla ratione probari potest, quin ad omnes dictum sit, immo necessaria ratione ad apostolos omnes, qui præsentes erant, magis quam unius Petri successores, qui nondum erant, dictum acciperetur. Qd si ad omnes apostolos iam etiam ad omnium apostolorum & non unius apostoli successores dictum intelligitur.

FABER


Vllum hæreticorum tam bardum & stupidum esse crediderim, qui hoc argumento utatur. Nam ut Hieronymus in Osee habet capitulo decimo: Hæretici plerumq; sunt homines acuti: & eorum terra fœcunda est: qui adeo acumen sensus & ingenii percipientes, ut bona naturæ in dei cultum uerterent, fecerunt sibi ex iis idola. Nullus etiam potest hęresim struere, nisi qui ardentis ingenii est: & habet dona naturæ, quæ a deo artifice sunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Martion, quos doctissimos legimus: talis Bardesantes, cuius etiam philosophi admirantur ingenium. Isti ergo terrę suę bona uerterunt in titulos mortuorum: quia omnis doctrina eorum non ad uiuentes referũt, sed ad mortuos, tã eos quos colũt, q̃ illos quos decipiunt. Vnde & Hiero. in Esaiam. 65. dicente in falsitate dogmatum suorum omnis hæreticus offert immunda sacrificia

Hæretici plerunq; homines acuti

Valentinus Martion

nequaquam firma & mansura perpetuo, sed instar hortorum ui- rentia, & hæretici ingentia pollicentur: sicut est apud eundem Hieronymum in Hieremiam capitulo decimo. Et simulacrum uani cultus de suo corde confingunt, iactant grandia, & ad deci- piendos singulos quosq; quasi aureis sensibus & eloquii splendore fulgentibus imperitorum obstringunt aciem, & a suis inuentori- bus sublimantur, in quibus nulla est utilitas, & quorum cul- tura proprie gentium est, & eorum qui ignorant deum. De his etiam quasi uerbum dei adulterantibus Hireneus in primo libro cap. trigesimo sic ait: Et ii qui quomodo adulterant ueritatem, & preconium ecclesiæ lædunt, Simonis Samaritani magi discipuli & successores sunt, quamuis nō confiteantur nomen magistri sui ad seductionem reliquorum: attamen illius sententiam docent Christi quidem Iesu nomen tamquam irritamentum proferentes: Simonis autem impietatem uarie introducentes mortificant, mul tos per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, & per dulcedinem & decorem nominis amarum & malignum principis apostasiæ serpentis uenenum porrigentes. Cum ergo hæretici tam ingeniosi & acuti sint, quomodo hoc argumēto tam futili & pror- sus umbratili uti auderent? Illis etenim pari argumento obiicere possemus: Apostolis datæ sunt claues, & apostoli mortui sunt, ergo successores claues non habēt. Stabit ergo quod Hieronymus in Hieremiam habet: Hæreticorum umbræ ad tempus prçualēt, sed longo tempore corumpuntur. Cum itaq; hoc tuum argumen- tum nullo robore fulciatur, hoc unum tibi totum elisum atq; res- ponsum esse uelim, quod contra te aperto Marte pugnat diuus ac barbatus ille pater Hieronymus in prophetam Abdiam capitulo primo, cuius uerba, ut laconismo studeam, omittere placuit, hunc ad manum habes.

Hæretici ingentia pollicentur
Hieronymus
Hireneus contra hæreticos
Hieronymus
Hieronymus

LVTHERVS



Ed respondeat mihi qui potest. Quisnam credēdus sit habere claues etiā in Ro. ecclesia an ipsa ecclesia, uel papa? & attēde q̄ dico qn̄ papa eligitur, an secū adfert claues uel non. Si adfert, ergo erat papa antequam eli- geretur: si non adfert a quo accipit, nunquid ab angelo de cœlo,

nonne ab ecclesia aufert eas secum? Si non aufert, cui relinquit nisi ecclesiæ, a qua accepit. Quid igitur potest dici contra hanc euidentissimã experientiam optimam euãgelii interpretationem claues nec Petro nec successori, sed soli ecclesiæ datas, a qua tamq̃ minister accipit, usurus eis sacerdos. Vbi nunc est φ soli Petro dictum esse putat? Tibi dabo claues? imo ubi nũc est φ soli ecclesiæ Romanę claues datę sunt? necesse ẽ ut in qualibet ecclesia claues sint, ut dixi supra.

FABER



Dic mihi Luthere unde Petrus, unde, ecclesia, unde apostoli & omnes discipuli claues acceperint? nunquid nõ a domino? certe a domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ita hic forsan absq; periculo dicere possum, q̃ primũ pontifex rite fuerit electus ex prima institutione Christi ac ordine ecclesiæ. Iam ut successor Petri claues accipit: & hinc qđ donat donat in persona Christi, quod & supra ostensũ est. Itidem de quouis episcopo dici potest ac debet ita a domino, & in ecclesia claues cuiuis ecclesiæ traduntur. Sed ut tibi ostendam ita fieri posse ac oportere, assumam historiam, quæ est in actis apostolorum. c. i. ubi exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Viri fratres oportet impleri scripturã, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui compræhenderũt Iesum, qui cõnumeratus erat in nobis & sortitus est sortẽ ministerii huius: & hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius & notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his uiris qui nobiscum sunt cõgregati in omni tẽpore quo intrauit & exiuit inter nos dñs Iesus incipiens a baptismate Ioannis usq; in diem quo assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unũ ex istis. Et statuerunt duos Ioseph, qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu domine

Actus apostolorũ

חקל דמא

qui corda nosti omnium, ostende quē elegeris ex his duobus unū accipere locum huius ministerii & apostolatus, de quo ꝑuaricatus est Iudas, ut abiret in locū suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim apostolis. Nunquid nō hic Mathias episcopatum accepit, & cum undecim annumeratus est, illiq; traditæ sunt claues? A quo ergo accepit, dicito quæso? certe a dño. Hanc itaq; clauis receptionem, quam in Matthiæ electione cōcedimus, pontifici Romano tamq̃ successori Petri auferre non possumus neq; debemus: sicuti nec reliquis ministris ecclesiæ successoribus, teste Cyrillo in Ioannē lib. 7. auferre possumus. Ea de cā & idē Cyril. in 2. lib. thesauroꝝ: Petrus inqt, Pascite gregem dei, qui in uobis est sapienter a dño, Petrus filium dei deū esse asserit. Qui cū audisset a saluatore nostro Iesu Christo Simon Ioānis diligis me? pasce agnos meos. Et rursum: Pasce oues meas filia successoribus suis scripsit ꝑcepta, & gregē dei saluatoris fideles appellauit: nec per carnem aut sanguinem, sed desuper ab ipso Petro dei ministeriū, &c. hæc Cyrillus. Vides modo quo pacto pōtifex Romanus claues obtineat. Sed lubet tecum cōmētari profusius, ut parergis quibusdā utar. Doleo uices tuas non parum qui non uerearis sacramentum ordinationis dicere figmentum, ꝗꝗ sacerdotes sint idola quędam uncta. Hæc tua assertio sacerdotum & gradui & honori nonnihil detrahit. Vnde quid in hac re ego sentiam, breuissime dicam. In tua captiuitate sacramētum esse dicis ubi sit gratię promissio, age uideamus in ordinatione an gratia deē, respōdeat ad id nobis testis reuera fidelis diuus Aurelius Augustinus, qui certe cōtra te primo pugnare uidetur in libro q. ue. & no. test. q. 93. ubi sic ait: Qd insufflasse in discipulos dominū legiē, post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse: Accipite spiritum sanctum: Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse, quia enim omnia in traditione dominica per spiritum sanctum regūē. Idcirco cum regula & forma eis traditur huius disciplinæ, dicitur eis, Accipite spiritum sanctum. Et quia uere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicēs: Cuius tenueritis peccata tenebunē, cuius remiseritis remittūtur ei. Inspiratio hæc gratia quædam est, quę per traditionem infunditur ordinatis, per quam cōmendatiores habeātur. Vnde apostolus dicit ad Timotheum: Noli inquit negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionē

Cyrillus

Augustinus

ii. ad Timoth. i.

manuū presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, ut de cętero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in saluatore forma data est uisibiliter, ut post baptismū spiritus sanctus credentibus de cętero inuisibiliter dari non ambigeretur, ita & in supradicta causa forma data est in principio, ut ex eo traditioni ecclesiasticę spiritus sanctus infusus credatur. Hæc Aug. Ex quibus uerbis ego concludo in hac ordinatione dari gratiam, ac deinde ordinationem esse sacramentum. Taceo hic de charactere, quem tu negandum esse putas. Scholastici uiderint simul ac canonistæ hic quomodo sua tueantur. Ego firmiter id credo ex ordinatione plurimum discriminis accedere inter laicum & presbyterum rite ordinatum, nec te rem fecisse iusta imortalitate dignam puto, ubi passim in dei sacerdotes tam acerbe inueheris, qui & quibusuis canibus iā inter Germanos (heu te auctore) sunt redditi uiliores. Dic mihi an non & Paulus tradiderit queadmodū Melchisedech Abraam ipsum pstaret? Et nōne perspicuum est potiores hos & honoratiores extitisse, qui decimas in ueteri lege acceperant? Qua.n. alia de causa fieret, ut populus operi & labori intenderet, & sępe calamitatibus multis affligeretur (sacerdotibus ipsis orantibus nec terram colentibus) ex omni uel fructuū uel animantiū genere dependeret decimas, nisi quia & sanctiores sunt, & operi maiori intendunt. Tanti est pcellens sacerdotii dignitas, & adeo sunt qui eo funguntur fratribus suis sublimiores, ꝙ si hoc sub nube, & qn̄ patres sub uelamine fuerunt, ordinabat dominus: quare nō & de euangelico sacerdotio longe eminentiori sanctiora ac honoratiora tradita esse existimemus? Sed alio in loco tecum locupletius ea de re forsan agemus: interim nolito tangere christos domini dei tui.

LVTHERVS



Dhuc unum dicam, ut utar apostoli argumēto ad Ro. 4. ubi probat ex circūstantia tēporis & sancti Abraam non ex circūcisione sed ex fide iustificatum, nulla alia rōne usus q̄ ꝙ Abraam ante circūcisionē fuerit iustus apd deū p fidē, si hoc eius argumētū ualet: sicut necesse est ualere, necesse erit & hoc ualere, quod nunc produco in hunc modum. Petrus quādo claues accepit a Christo (si omnino personam eius

solā contendis accipere) nōdum erat episcopus urbis Romæ imo proprie nunq̄ fuit episcopus ullius ciuitatis, sed apostolus episcoporum institutor maior omnibus episcopis, sed unus inter aplos. Ergo claues non sunt ei datæ secūdū qđ postea uel factus uel mutatus est, uel loco uel officio, sicut Abraæ non est iustitia reputata qualiscunq; post fidem factus est. Sed prout fuit apostolus tātum & presertim habens patris reuelationem. Quare prorsus nihil hæc auctoritas ad Ro. pontificem pertinet, etiam si soli Petro dicta fuisset, quanto nunc minus pertinet, quādo nec soli Petri personę dicta conuincitur.

FABER

Augustinus



Pud Augustinum in.2.libro de bapti.contra Donati. c.1.sic legitur: Puto q̄ sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrii coronam. Cæterum magis uereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illū apostolatus principatum cuilibet episcopatui pręferendum? Sed & si distat cathedrarū gratia, una est tñ martyrii gloria. Et si forte se in aliquo inuicem pręcedunt corda confitentiū, ac pro uera fide in unitate charitatis morientium dominus nouerit, cuius occulta & mirabili dispensatione gratiarū latro in cruce pendens, semel eū confitetur, & die ipso in paradisum mittitur. Petrus dominum sequens ter negat eum, & corona differtur nobis hinc iudicare temerarium est. Verūtamen si quisquam nunc cogat circūcidi aliquē more iudaicæ legis, & sic baptizari, multo amplius detestatur hoc genus humanum q̄ cogatur rebaptizari. Quapropter cum Petrus illud faciens, a Paulo posteriore corrigitur, & pacis atq; unitatis uinculo custoditus, ad martyrium prouehitur. Quanto facilius & fortius qđ per uniuersæ ecclesię statuta firmatū est, uel unius epi auctoritati/uel unius prouincię concilio p̄ferendum est. Cum idē Cyprianus ita dixerit, quid ei uideret, ut cū in pace unitatis esse uoluerit: etiam cum eis qui diuersa de hac re sentirent, qđ indicat ipsius primus sermo in eiusdem concilii, quod ab isto profertur exordio. Hęc ex Augustino adferre placuit, quo Petri eminentiā ac celsitudinem quasi digito monstrarē. Vtcūq; tamen censeatur

Principatus Petri cuilibet episcopatui præfertur.

Petrus apud te episcopus, aut nõ, hoc cũm Augustino sentio Petri principatum cuilibet episcopatui præferendum. Quare & nec mysterio caret, quod idem Aug. in. 22. li. contra Faustum. c. 70. uocat eundem pastorem ecclesię, sicut eũ Chrisost. uocat p̃sulem ecclesię cui & Christus totius orbis curã demãdauit. Sed nũquid mentit̃ Eusebius dicens: Petrus eodem anno ab Herode capitur, & ab angelo liberatur. Anno trigesimooctauo Antiochenam fundauit ecclesiam. et sequitur: Petrus apostolus natione Gallileus christianorum põtifex primus cũ primum Antiochenã fundasset ecclesiã Romam proficiscitur, ubi euangelium prædicans, uigintiquinq; annis eiusdem urbis episcopus perseuerat, hęc Eusebius. Et Orig. homelia. 6. in Lucam eleganter inquit in cuiusdam martyris ep̃la reperi Ignatium dico episcopum Antiochiæ post Petrum secundũ qui in persecutione Romæ peruenit ad bestias &c. Tu ergo mi Martine uide quid dicas, ubi contendis Petrum nullius ciuitatis fuisse episcopum: quũ iam in cõperto sit hunc Antiochenæ primũ dein Romanæ ecclesiæ fuisse episcopum. Qd si reliqui successores dicti fuerunt episcopi, ut est apud Cyprianum in epistola ad Pompeium: Si & alios coapostolos imo suoꝝ tẽporum discipulos episcopos fuisse asserimus, cur episcopatus nomen ac titulũ Petro denegare uellemus? Sed iam de illius cathedra, de qua est apud Cyprianum in quadam epistola ad Antonianũ, nihil dicam. Id addo quia si, ut est in Ambrosio in euangelio Lucæ lib. 7. c. 13. Petrus omnem habuit fidẽ, ac regni cœlorum claues, ut & aliis reseraret, accepit, forte non tam inconueniens erit hunc dicere episcopũ, uel si nomen uel ciuitatem consideres. Sed forsan Eusebio nõ credes. Audi Augustinum ita dicentem in lib. quest. uet. & no. test. q. 97. Nemo ignorat episcopos saluatorem ecclesiis instituisse. Ipse enim priusquã in cœlos ascenderet, & imponens manum apostolis ordinauit eos episcopos. Hoc apostolus spirituisãcto deputat, cũ dicit: Attendite uobis & omni gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã domini Iesu. Et inter cætera dicit Petrus ad Ananiam: Anania cur impleuit Sathanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto. hæc Augustinus. Tu ergo si Eusebio credere nolueris, credas saltem Augustino tuæ professionis auctori. Aut si nec illi credẽdum putas, audi quid Hieronymus scribat in ep̃lam ad Galatas. c. 2. ubi inter cętera Petrum uocat principẽ apostoloꝝ:

Augustinus
Eusebius
Antiochenæ ecclesiæ eps Petrus
Origenes
Cyprianus
lib. iiii. epi. ii.
Ambrosius
Aug.
Actuum. v.
Hieronymus

Petrus Episcopus Antiochenus

postea sic infert: Deniq; primum episcopum Antiochenę ecclesię Petrum fuisse accepimus, & Romã exinde translatũ, quod Lucas penitus omisit. hæc Hier. Hunc in tuis cõmentariis merito uidere potuisses, sed forte tua studia, quę certe non parua sunt, hoc & plerasq; alia te uidere nõ sinunt, et nemo sapit oibus horis. Sed adhuc aliud ex Hier. testimoniũ audi in catalogo scriptorũ ecclesiasticorũ sic ait: Simon Petrus filius Ioannis prouinciæ Galilleæ uico Bethsaida frater Andreę apostoli & princeps apostolorum post episcopatum Antiochenę ecclesię & prędicationem dispersionis eorum, qui de circũcisione crediderant in Ponto / Gallaria/Cappadocia/ Asia/Bithynia, secundo Claudii anno ad expugnandum Simonẽ magum Romam pergit, ibiq; uigintiquinq; annis cathedram sacerdotalem tenuit usq; ad ultimũ annum Neronis. i. 14. a quo affixus cruci martyrio coronatus est capite ad terram uerso, & in sublime pedibus eleuatis asserẽs se indignũ ut sic crucifigeretꝰ ut dñs suus. hęc Hieronymus. In his itaq; locis omnibus habes Petrum uere & proprie fuisse episcopũ, & Antiochenę ac Romanę pfuisse ecclesiis. Sed ad Romanũ pontificem hęc uerba quomodo referri possint, plus semel ostendi. Qđ si mortuo Petro interiit in hac hierarchia primatus Petro donatus, optarim ego uixisse sub Solonis aut Lycurgi legibꝰ. Sed de his alias tecũ uberiꝰ cõmẽtari ꝓposui.

LVTHERVS.

Ad Romañ. iiii. Ad Galatas. iiii.



Ddo & aliud similis formę argumentum, quo Paulus ad Romanos. 4. & Galatas. 4. utitꝰ dicens: Quod sicut Abraam ex fide reputata est iustitia, ita & omnibus q credunt reputabitur iustitia. Quare & his sicut Petro habenti reuelationem patris & Christum confitenti claues danꝰ, ita necesse omni similiter confitenti & reuelationẽ claues donatas esse, quod nulli nisi ecclesię. i. cõmunioni sanctorũ cõuenire potest, cũ nullus fidelis constanter & certo ac perseueranter habere possit hanc confessionem: cum nec Petrus ipse in eadem perseuerauit, quin non modo aliquando sed mox post acceptas claues errauit, & tamen nõ sunt claues ei rursus ablatę: quia nõ in sua sed ecclesię persona eas accepit. Qđ si hęc argumenta non cõcludunt, nec illa apostoli Pauli, quę allegata sunt.


Orte non es oblitus eorum, quę scribit Orig. Quēlibet hominem Christum filium dei profitentem posse dici petram: ab illa sentētia nec transuerso digito discedā. At quo pacto Petrus errarit, ac qua excusatione hunc tueri possimus, ex Origene/Hilario/Chrisostomo/ Hieronymo/& Augustino docuimus, ad quos me totū refero, id unum adiiciēs, Nunquid non ex Paulo dominus quosdā dedit apostolos, quosdā uero euangelistas. Qd si illi etiam lapsi fuissent, sicut Hier. euangelistas, citra tamen fidei iacturā, errasse dicit: putas propterea opus euangelistæ amiserint? Et iam grande periculū esset nescientibus nobis, an sacerdos baptizans uel consecrans, sit amore uel odio dignus, si omnino ab illo confessionem uel charitatem exigas, quis demum tutus esset de salute? Non ergo refert Petrum errasse, sicut nec refert quantum ad ministerium sacerdotem peccasse, modo faciat quod Christus fecit, & ecclesia approbat. Proin apostolus de se ait: Siquid donaui, in persona quidem Christi &c. Sed quo iterų tua conuincam, locum unum tibi ex Aug. obiicio, quem scriptum inuenio in lib. quest. uet. & no. test. q. 75. ubi sic ait: Dicunt exactores didrachmæ ad Petrum apostolū: Magister uester nō soluit didrachma &c. quo dicto magistrum, ut pro omnibus solueret discipulis, cōuenerunt. Saluator aūt cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus exsoluisse uidetur. Quia sicut in saluatore erant oēs causæ magisterii, ita & post saluatorem in Petro omnes cōtinent. Ipsum enim constituit esse caput eorų, ut pastor esset gregis dñici. Nam inter cætera dicit discipulis: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Et Petro dicit: Ecce Sathanas expostulauit ut uos uentilet sicut triticum; ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. & tu tandem conuersus confirma fratres tuos. Quis ambigit, pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat. Vt cęteros taceam, manifestum est in Petro omnes contineri: quia & in alio loco dicit: Ego pro iis rogo, quos mihi dedisti: sicut & uolo, ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Et aperta sunt doctorum testimonia, quibus etiam cuilibet christifideli promittitur, immo ut ita fateatur omnibus præceptum, scz, tu es Christus filius dei uiui &c. hæc Aug. Vides hic in Petro fuisse oēs magisterii causas,

Origenes

Hieronymus

Aug.

Non pro oībus discipulis sed pro Petro Christus didrachma soluit

sicut & in Christo erât, ita ut esset caput apostolorũ & gregis dñici pastor. Quod ad Abraam attinet, facile soluitur, si gratiæ & liberi arbitrii ordinem & iura debite cõsideres, super qua re in alio quo-

Ioannis.i. dam libello tecum agere statui. Sed hic miror quũ a Petri persona propter errorem uelles auferre claues. Quare & non ab illo coneris auferre nomen Cephæ, quod interpretatur Petrus.

LVTHERVS



VErum ut opinionem contrariam penitus iugulemus, age si ista uerba, Tibi dabo claues &c. & ad Petrum & successorem eius pertinent, necesse erit ut & pcedentia & sequentia hac ui sententiæ cohærẽtia ad eosdẽ pertineant. Non enim sacris euangelii uerbis admittendi sunt, qui pro arbitrio sensus sui partem huc partem illhuc torquent & rapiunt, sed ex consequẽtia sensus & uerborũ & circũstantiis intelligentia

Hilarius referenda est iuxta Hilarii documentum. Cum itaq; Christus noluerit claues tradere, nisi prius omnibus discipulis de sui confessione exploratis, deinde non nisi accepto & approbato responso Petri ex reuelatione patris loquentis, clarum est claues non esse nisi eius qui talis est qualis tunc Petrus fuit, quo sequitur absurdissima absurditas, q malus papa uel episcopus non esset papa uel episcopus quia non haberet fidem, quæ cõstituit acceptorem clauiũ. Deinde sequitur cõtra textum & sensum eorũ, q nec Petrus claues accepit, aut retinuerit. Quia Christus dicit q portæ inferi non præualeant aduersus uel ecclesiam uel fidem, quã tunc Petrus tenuit. At cõtra Petrum præualuit ancilla ostiaria. Si itaq; eorũ sententia staret, necessaria omnino sequela sequit' aut Romanos & omnes pontifices oportere esse sanctos, & habere patris reuelationem, nec esse carnẽ & sanguinem, aut eos non esse pontifices, nec habere claues. Nec uideo quid qd' contra hæc dici possit, cũ stat tam clarus textus q claues sunt datæ non nisi ei, qui carnem & sanguinem non audit, sed patrem cœlestem hoc est sanctum & iustum in spiritu. Alioqui omnis pontifex est Sathanas non sapiens quæ dei sunt. At si hoc dicimus, iam hæreticorũ nouorũ & antiquorũ Donatistarũ errorem renouamus, qui malum episcopum non esse episcopum asseuerãt, quod absit a nobis, qui sanctæ & iustæ ecclesiæ ministrum impiũ

& malũ

& malum esse posse confitemur. Ita fit dum per hæc uerba uolunt ex Romano pontifice solum & omnem & uniuersalem pontificem facere: nullum pontificem nobis relinquant, ut uideant suo stipendio scripturas nobis uiolenter adulatores / & ambitiosi. Reliquum ergo est euangelium hoc loco nec ad Petrum nec ad successorem eius / nec ad ullum episcopum/aut ullum hominē singularem pertinere, sed ad communionem sanctorum, quæ est ecclesia. Hæc deinceps potest claues committere tum digno tum indigno. indigno inquam coram deo, quia nescit utrum dignus sit deo: Alioqui non nisi digno coram hominibus committere debet. &c.

FABER



QVO facis, primo quod partim hic & paulo post inferre uideris, claues non esse nisi eius, qui talis est, qualis tunc Petrus fuit, quod est Lugdunensium pauperum & Vualdensium: secundo quod indignum reputas aduersus Petrum ancillam ostiariam præualuisse. De primo satis mirari non possum. Quis unquam uere doctus & sanæ doctrinæ fuit illius opinionis? Cur non addidisti, nullius esse claues, nisi talis sit, qualis fuerit Christus, apud quem claues principales sunt? Sicut & satis pulchre Scotus habet in quarto distinctione decima nona (quem tamen ex condicto citare uix audeo) Et quanquam non opus fuerit hæc paradoxa ex aliqua conuincere scriptura, tamen audi quid Augustinus scripserit in euangelio Ioannis tract. quadragesimoprimo: Prima libertas est carere criminibus. Ideo & apostolus Paulus quando elegit ordinandos uel presbyteros, uel diaconos: Et quicunque ordinandus est ad præposituram ecclesiæ, non ait: si quis sine peccato est, hoc enim si quis diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. Sed ait: Si quis sine crimine est, sicut est homicidium / adulterium / aliqua immunditia / fornicationes / furtum / fraus/sacrilegium & cætera huiusmodi. hæc Augustinus. Quod si dicta persuasio de pontifice Romano debet intelligi, certe & idem de quouis episcopo dicere oportet, quod demum nos in Donatistarum perditissimum errorem ac hæresim præcipitaret: quod præcipitium & ipse ca-

Scotus

Aug.

I

ſendum putas • Sed nulla re attonitus, libere ipſe dico pontifi-cem ſummum atq; ſacerdotem, ſiue bonus/ſiue malus fuerit acci pere claues, & conficere ſacramentum: quod & pie ego firmiſſi me quoq; credo • Et quamuis non pauca ſint, quæ me ad hæc do cenda firment ac ducant • Hoc tamen quod Chryſoſtomus habet in ſecunda ad Timotheum epiſtola •c•ii• Et homelia ſecunda non parum me mouet• Dicit enim: Volo adiicere plane mirabile, & nolite turbari, neq; miremini• Quid uero iſtud ē, ſacra ipſa oblatio• Siue eam Petrus ſiue Paulus ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quamq; ſacerdo-tes modo quoq; conficiunt; nihil minus iſta habet q̄ illa• Cur id? quia non hanc ſanctificant homines• Sed Chriſtus qui illam ante ſacrificauerat, quemadmodum enim uerba, quæ locutus eſt Chri ſtus, eadem ſunt, quæ ſacerdotes nunc quoq; pronunciant • Ita & oblatio eadem eſt, eademq; baptiſmi ratio eſt, adeo omnia in fide conſiſtunt • hæc Chryſoſtomus• Quod ſi ſummus pontifex & nōnulli epiſcopi nō modo mali ſed & peſſimi eſſent, putas ꝙ pro pterea claues non habeant, ac illis uti non poſſint? Nunquid non in magna domo non ſolum ſunt uaſa aurea & argentea, ſed & li-gnea & fictilia, & quædam in honorem, quædam autem in con-tumeliam, ut eſt in ſecunda epiſtola Pauli ad Timotheum capit• ſecundo: ubi ſanctus Ambroſius hoc dicto ſignificari dicit in ec-cleſia diuerſos eſſe homines, quoſdam bonos & ſummos uiros, quos in auro intelligi uult, quoſdam bonos tantum, quos in ar gento deſignat, alios uero non bonos, quos uaſa lignea & fictilia appellat: quod nulli ambiguum puto • Nam in Corinthiorum hoc eccleſia probat frequens ſermo obiurgantis apoſtoli • Nunc autem in eccleſia noſtra palam eſt • Et in templo Hieroſolymis in quo typus erat eccleſiæ, manifeſtis lectionibus approbatur• Erant enim ibi Saducęi, ex quorum radice erat Hymenæus & Philetus: de quorum praua ſententia quum apoſtolus eſſet locutus, ſtatim hoc ſubiecit, ut nō eſſet mirabile in eccleſia uideri homines diſſen tientes • Nam & in Corinthiorum eccleſia, de qua dixi, quidam erant, qui diſſentientes, reſurrectionē negabāt• Inſanus tñ Noua-tianus, ut errori ſuo blandiatur, aliter hoc intelligēdum tradit, ut domus magna totus mundus ſignificari credatur, qui habet ho minum diuerſitatem, cum cōſtet apoſtolū exemplo uſum domus

Chryſoſtomus

.ii.ad Timoth.
Ambroſius

diuitis & opulenti: quæ quamuis copiosa sit, habeat tamen uasa lignea & fictilia. Hoc modo & ecclesia quamuis sancta dicatur, habet tamen & uiciosos & praua sectãtes. hęc Ambrosius. Sed ad ancillam ostiariam ut ueniamus necesse est. Non abhorrẽt sancti doctores Petrũ dici uocari quoq; petram, ut est apud Hieronymũ in Hieremiam. c. 16. ac expresse hoc habet iterum Hieronymus in Matth. 16. Habẽt & alii multi, inter quos ante signati sunt Orig. Hilarius/Cyril. Ambr. August. Sed q̃ illa petra ad unius ancillæ ostiariæ uocem negando ceciderit, mirum non est. Nempe supra ostẽdimus ex Orig. ap̃los ante passionem Christi nõ fuisse perfectos. Et ut alibi dicit idem Origenes, Petrus adhuc plumbeus erat. Vnde si Chrystum negauerit, mirum uideri non debet. Nec tamen hic quosdam imitari uolo, qui hunc negationis locum, qui est Matthei. 26. ex pio affectu ita interpretati sunt, ut dixerint Petrum non deum negasse, sed hominem, & esse sensum, nescio hominem, quia scio deum. Hos enim non recte sentire assero, nempe si defendunt apostolum, deum mendacii reum faciunt. Si enim iste non negauit, ergo mentitus est dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte antequam Gallus cãtet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem. hæc apud Hieron. Matth. 26. Sed pergamus ad istam negationem, cõsideremus deniq; ista cum uocabulo petræ, quomodo saluemus? Ambrosius. 2. libro de uocatione omnium gentium capitulo nono loquẽs de tentatione ac Petri negatione demum ita subinfert: Quis ambigat, (loquens de Petro) quis ignorat hanc fortissimam petram, quæ ab illa principali petra communionem & uirtutis sumpsit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro Christo cõstantia donaret? uerumtamen ita ineuitabilis erat obluctatio trepidationis, ut uir martyrii auidissimus adepturus quidem denunciaretur uictoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab incipientibus, uerumetiam à prouectissimis sanctis uniformiter domino supplicatur, & dicitur Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. hęc Ambr. Beatissimus doctor ille Cyrillus de hac Petri negatione sic scribit: Prædixit dominus Petro, ter antequam gallus cantet negaturum: infirmiorem quodammodo factum in fide. Nunc uero in euangelista, ubi & quomodo id accidit narrat. Muliercula certe

Hieronymus.

Ad uocem unius ancillæ Petrus cecidit

Mattheus

Non hominẽ solũ sed & deũ negauit Petrus

Aug.

Ambrosius

Cyrillus

ianitrix tantum, an de discipulis iniuria capti hominis illius esset interrogauit, depulit hoc Petrus tanq̃ crimen non paruum, non timore magis ne captus esset, nec quia nullā ueritatis curā haberet q̃ fortassis, quia pati omnia uolebat, dūmodo Christum uideret. Ex amore igit̃ decidit, & pietatis causa negasse uidet̃. hęc Cyrill9.

Aug. Augustinus autem in euangelio Ioānis tractatu. 113. ita exclamat: Ecce colūna firmissima ad unius aurę impulsum tota contremuit. Vbi est illa promittētis audacia & de se plurimum præsumentis? Vbi sunt uerba illa quando ait: Quare non possum te sequi modo animam meam pro te ponam? Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, uox ancillulæ formidetur. Sed quid mirū, si deus uerba prædixit, homo autem falsa p̃sumpsit. Sane in ista quæ iam capta est negatione apostoli Petri debemus aduertere non solū ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse christianum. Vides ergo adhuc Petrum dici petram imo columnam & petram firmissimam, ac deniq̃ per negationē trinam hoc uocabulo destitutū non esse. Sed quomodo trinā hāc negationem aboleuerit, certe nobis hoc tradit Aurelius Aug. in euang. Ioannis tract. 113. ubi sic ait: Redditur trinæ negationi trina cōfessio, ne minus amor lingua seruiat q̃ timori, & plus uocis elicuisse uideatur mors iminens q̃ uita præsens. Sit amoris officium pascere diuinum gregem, si timoris fuerit indiciū negare pastorem. Sed ad tua rediēs dico sicut post acceptas claues errare immo peccare potuit Petrus, sicut & peccauit, nec tamen principatum amisit. Ita hodie pontifex claues habet, nec tamen impeccabilis est, ut scholasticorū uerbo utar.

LVTHERVS



Qvare nūc satis patere arbitor, qñ decreta quædā hunc textum ad Ro. sedem & pontificem trahūt, nō modo frigidissima (quod modeste dixi) sed etiam contraria sensui euangelico uerbum Christi tractare, quod clarius faciemus, quando ea inferius examinabimus. interim de hac auctoritate satis sit in summa dictum. Qd si cui claues arrogātur, huic necessariam quoq̃ esse fidem Petri. Qd' si fides Petri necessa

tia esse negabitur, & claues esse ei datas, cum utrūq; copulet & exprimat, immo fidem magis, & primo Christus. Quare non nisi de ecclesia Christum esse locutū clare intelligitur, nec de una aliqua, sed de qualibet in qualibet parte mundi.

FABER

Reprobas decreta quasi prorsus inter se contraria, quæ tibi tamen probaui conuenire cum summis theologis: & maxime quantum ad Petrum attinet. Illi nēpe primatum super omnes apostolos traditum, satis probatum esse credimus. Quod ad pontificem Romanum successorem Petri spectauerit, dum ita dabitur, non præteriemus. Hic de fide quam necessariam esse putas, tibi respondeo. Audi S. Ambrosiū libro. i. de pœnitentia. c. 6. ita loquentem. Qđ isti possunt consortium tecum habere, qui claues regni non suscipiunt, negantes φ dimittere peccata debeant: quodquidem recte de se fatentur. Nō habent enim Petri hęreditatem, qui Petri fidem non habent, quā impia diuisione discerpunt. Sed hoc improbe φ etiam in ecclesia donari peccata negāt posse, cum Petro dictum sit: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quęcunq; ligaueris super terrā, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Cum & ipse uas electionis dominicæ dicat: Si cui autem quid donastis, & ego. Nam & ego qđ donaui propter uos in psona Christi. Cur igitur Paulum legunt, si eum tam impie arbitrantur errasse, ut ius sibi uendicaret dñi sui. Sed uendicauit acceptū, non usurpauit indebitū. hęc Ambro. Hanc auctoritatē, si recte intelligo, ita declarādam puto, φ qui claues ab ecclesia receperit, siquid donauerit, donat in psona Christi. Vnde qualiscūq; fuerit sacerdos Christi uicarius dicitur. Et sacerdotes legati dei dicūt secdm Aug. lib. quest. ue. & no. te. q. 109. Quo illum in se ostēdunt, cuius legati sunt, sunt etenim eius imago. Et gloriosus Christi martyr Ignati9 Antiochen9 antistes in epistola ad Magnesianos, episcopos sedere dicit in loco dei, & presbyteros in loco consistorii apostoloꝝ. Ita & hodierna die hoc cōsistoriū inter cardinales habet, cui psidet un9 pontifex Romanus. Et nos cū successu tpis ita obseruatū legimus ut qsq; e cętu christifidelium pro successore Petri electus fuerit, is

Ambrosius

Sacerdos qualiscūq; sit Christi uicarius dicitur & dei legatus

Aug.

Ignatius

claues accepisse creditus sit, ita a mille & pluribus annis nobis tradidit usus ecclesiæ. Vnde ab illa ecclesiastica traditione recedere non debemus, nec unq̃ aliter credere, nisi quemadmodum per successionem temporum ecclesiæ dei tradiderunt nobis, sicut cõtẽdit Orig. in Mattheũ. homel. 29. propter quod. D. Aurelius August. in lib. contra epistolam Manichęi, quam uocant fundamentũ. c. 4. certas causas reddit. Quid eum teneat in unitate fidei catholicæ ecclesię: & inter cętera dicit: In catholica ecclesiá ac in eius gremio me iustissime tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionẽ dñs cõmẽdauit usq; ad p̃sentem episcopatũ successio sacerdotũ. Sed de illa cõmẽdatione qd tu dicas, uideamus.

Origenes

LVTHERVS

Super oues Petrũ pastorẽ constitutũ Lutherus nõ negat & sup oẽs: idcirco ordinatũ illationẽ malam opinatur



Ecundo adducitur illud Ioãnis ult. Simon diligis me? Pasce oues meas. Hoc. n. quia ad solum Petrum dictũ putatur, ipsum super omnes constitutum arbitramur. Verum q̃ & hoc nihil efficiat, ostendo primum quia certissimum est a Petro nullũ apostolorũ esse uel creatũ uel missũ. Quare nec uerum nec possibile est Petro omnes oues commissas, sed generali sentẽtia omnibus dictũ, Pasce oues meas. Non enim dicit omnes, sicut ad oẽs apostolos dicit: Ite in orbem uniuersum, & docete omnes gentes. Verum ego non possum satis admirari, q̃ tot ac tanti uiri contra tam expressas scripturas/tam euidẽtes experientias omnes oues Petro arrogãt: qui tamen uniuersaliter fateri coguntur singulos apostolos in suas sortes esse missos, & Paulũ de cœlo in apostolatum gentium uocatum. In quibus omnibus quõ Petrum adhuc omnium pastorem asserere audemus, qui nullum illorũ misit, p̃sertim Paulum ad Galatas. 1. motis uerbis contendit. Sunt hæc tam aperta, ut confutatione opus non uideat. Illi inq̃t Marcus profecti prædicauerunt ubiq; &c.

Ad Galatas. I.

FABER

Chrisostomus



Hrisostomus in quadam homel. de elemosina quæ est mihi. 34. dicit hoc uerbum, Pasce oues meas non solis dictum esse sacerdotibus, sed unicuiq; nostrũ, cui uel

pusillus creditus est grex. Et repetens eandem sententiã in homel. 78. super Matth. rationem addit dicens: Nec enim quia minimus est, negligi debet: pater nãq; meus cõplacuit in illis. Habet unus quisq; nostrum ouem: ad pinguia eã pascua ducat. Cũq; a lectulo paterfamilias se receperit, nihil aliud quærat q̃ ut ea faciat atq; dicat, quibus incrementum religionis domui uniuersæ adiiciet. Tñ negare non potes quin primo & principaliter hæc uerba referanẽ ad Petrum Petriq; personam. Audi testimonium ex Chrisost. in euangelio Ioãnis. homel. 87. ubi sic dicit: Quid tandẽ aliis omissis his dũtaxat Petrũ affat? Os erat apostoloꝝ & princeps, propterea & Paulus eum præter alios uisurus ascendit, simul ut ei ostẽderet iam sibi fiduciam habendam, tanq̃ enim negationis obliuisceret, fratrũ curã ei cõmittit, neq; negationis meminit, neq; exprobrat: tantum dicit: Si amas me, fratrum curam suscipias: & quomodo in oĩbus dilectionẽ ostẽdisti, & qua delector nũc ostẽde: & animã, quã pro me positurũ dixisti, hãc pro ouibus meis trade. hęc Chris. Et Cyrillus totus contra te pugnat, qui scribens in Ioan. ult. li. 12. lib. feruorem Petri aliaq; quoq; multa describit dicens: Pręueniebat alios Petrus: ardore namq; Christi pcipuo feruens, & ad faciendũ & ad respondendum paratissimus erat. Vnde tarditatem modo nauigii uidens, tunica succinctus, in mare exiliit. Et qñ saluator discipulos interrogauit dicens: Quem me dicunt homines esse? Cum iterum post responsionẽ ab eis quęreretur: Vos autem quẽ me dicitis esse? Vt princeps caputq; cęteroꝝ primus exclamauit: Tu es Christus filius dei uiui. Hic Malchi etiã aurẽ amputauit, putans hoc modo magistro semp se inhæsurũ. Merito enim Christus eum interrogauit, si plus cæteris eum diligeret, & id tertio: Petrus autem amare se fatetur, & amoris sui nõ alium sed Christũ ipsum in testem citat. In singulis autem confessionibus uariatis parumper uerbis, audiuit rationalium ouiũ curã sibi esse habẽdã: altius quiddam hæc oratio certe parturit. Nam quoniam cũ aliis apostolatus nomine Petrus ab ipso Christo decorat9, ter in tẽpore passionis negauit, iure nunc ab eo terna dilectionis cõfessio petiẽ: ut terna negatio ęquali confessionis numero compensetur. Ita qđ uerbis cõmissũ fuit, uerbis curatur. Petiit aũt ab eo si plus cæteris diligeret. Nam qui maiorem clemẽtiam in se domini fuit expertus, maiori amore affici iure debebat. Nã & si cõmuniter oẽs discipuli

Chrisostomus

Cyrillus

magna perculsi fuerũt formidine, quando dñs tradebatur: maius tamen crimen fuerat Petri, qui in breuissimo tempore ter Christũ negauit. Quoniam igitur maioris peccati saluatoris clementia remissionem consecutus est, iure ab eo maior repetitur dilectio &c. hæc Cyrillus. Qđ si illius & multoꝝ alioꝝ scripta sancta intueamur, inueniemus hęc uerba in Petrũ, ac eius personam esse relata: quod tamen fortius data occasione probabimus. Sed quod asseris certissimum esse a Petro nullum apostolorũ esse uel creatum uel missum, certe si de duodecim sentis, te uera dixisse credo: nempe non opus fuerat. Supremus enim pastor, qui Petrum creauit/ac misit, creauit ac misit reliquos. Vnde in euãgelio dixit: Ego elegi uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Qđ si de reliquis dixeris, quos pariter aplos uocare possemus, respõdeo: sicut multa scripta nõ sunt, quę fecit Iesus, ut Ioannes euangelista in ult. c. testať, ita multa facta sunt ab apostolis, quæ tamẽ scripta non sunt. De Simone mago parũ testãtur aplõꝝ acta: sed nũquid putas de illo nihil amplius q̃ illic reperitur, actũ fuerit? An mẽtiť Hireneus Lugdunensis scribẽs hunc a Claudio Cæsare statua honoratum. Et de Nicolaitis paucis uerbis in apocalypsi Ioannes expręssit. Quid uero senserint, nõ tã aperte idẽ habet q̃ & Hireneus in lib. contra hæreticos describit, & de Cerdone hęretico, qui sub Iginio, qui nonum locum episcopatus per successionem ab aplis tenuit, qđ Romę fecerit nõ euangelista sed nec scriptura canonica probat. At indignum foret Hireneũ ac reliquos de hac re scribẽtes mẽdaces facere. Mille sunt illius generis, quæ firmissime credẽda puto, etiã si in nouo instrumento non reperiantur, & ea potissimũ quę ad nos cũ successu temporũ uenerunt, quæ Hireneus in. 4. li. credit ab aplis eorũq; successoribus ad nos pia traditione uenisse. Et Pamphilus in apologia Origenis: Sunt quędã dogmata inqt post Orig. quæ in apostolicis traditionibus non habẽtur, & illa plerũq;, quę de sanctorũ martyriis scripta reperiũtur. De Epheso metropoli ciuitatis Asiæ multa scribit apostolus: & notissimum est Paulum hic reliquisse Timotheũ. Sed nũquid mentiunť historiæ referentes in eadem urbe Ioannem euangelistam diu uersatũ esse, & uitam illic demum multo senio exactam finiuisse: etiã in biblia si nullibi habeatur. Et mirum non est iuxta Orige. in leuit. si etiam in pręsenti uita nec deus scire nos omnia uoluit, maxime

Ioannes

Hireneus

Pamphilus

Origenes

quum id & apostolus dicat: quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Quando autem uenerit, quod perfectum est: destruent illa, quae ex parte sunt, uno solo id firmabo, ne sim plus iusto prolixior. Scriptum est in actibus apostolorum. c. 16. Cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quae erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Dic tu mihi Luthere repereris haec dogmata, quae & qualia fuerint, nisi canones uelis Apost. aut hoc solu qd' in actis. c. 15. decretu erat. No ergo scripta sunt omnia, quae statuerunt ac ordinarunt, seu & fecerut apostoli. Sed ad missione uenio. Legitur in actis apostolorum. c. 15. quomodo placuerit apostolis & senioribus cu omni ecclesia eligere uiros ex eis & mittere Antiochiam cu Paulo & Barnaba Iudam qui cognominabatur Barnabas, & Sylam uiros primos in fratribus illius missionis. Dic quaeso quis primus fuerit auctor? nunquid non Petrus primus is fuerit, q causam huius missionis dederit. Hanc & Iacobus pulchre approbauit, & secuta est missio. Quid peccarem si hos a Petro tanquam a capite ac principe apostolorum missos assererem? Nec quod Petrus nullum misisse legitur, eo inferior censeri debet (quanquam miserit Marcum) Nempe si Paulus dum peruenissent Derben & Lystram, Timotheum ex patre gentili natum assumpsit, eumque mittere promisit, ut est ad Philippen. 2. Hunc quoque Ephesi remanere iussit, ut est. 1. Timoth. 2. Titum quoque Cretae reliquit, eique potestatem dedit constituendi presbyteros. De Philemone ia nihil dico: tamen in hoc Paulus non est factus maior Petro. Sint licet Petrus & Paulus summi orbis doctores, ut est apud Chrisostomu in quadam homel. de iudicio quae est mihi. 49. Sint etiam ecclesiae oculi, ut est apud Leonem in ser. quodam de Petro & Paulo. Sed no absque causa. D. Aurelius Aug. in epistola ad Galat. Paulu uocat pastorem posteriorem, & quod Petrus fuerit Paulo mirabilior. Nolo hic dicere de miraculosis Petri operationibus, de quibus Augustinus in tertio lib. de mirabilibus sacrae scripturae capitulo ultimo. Certum est itaque & supra ostendimus ex Hier. in epistola ad Gala. Paulu agnouisse Petru tanquam priore & seniorem. Qd' si Paulus pastor posterior mittere potuit, Petrus ut id faceret credo no fuerit prohibitus quanquam illa sic facere cu apostolorum collegio uisum fuerit satis honestum. Sed adhuc una mirabili uteris inuentione, qua quia Christus non dixerit ad Petrum, Pasce oues meas oes, unde

Actuum. xvi.

Actuum. xv.

No aduersatur diuinae scripturae reliquos ptet. xi. a Petro uelut a capite missos dicere

Ad Philippenses
i. Timoth. ii.

Chrisost.

Leo
Aug.

uerbum hoc ad oēs oues Christi non sit intelligendum; nec Petro omnes oues arrogare possimus. Hic te pulchre ex grāmatico sensu ac arte dialectica uincere possem, sed nolo, ne puerorū elementis pugnare uidear. Ad locos igit̃ solidæ scripturę confugio. Nunqd non propheta dicit: Oues meæ oues sanctę sunt, dicit dominus. Putas hic fuisse dicendum. Oues meæ omnes oues sanctæ sunt? minime hoc dicere potes. Qd si nec adhuc mihi credideris, euangelium tibi obiicio. Scis Ioan. 10. dixisse Christū: Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas. Nunquid tuo iudicio Christus dicere debebat, Cognosco oues meas omnes? Certe satis erat ut diceret Cognosco oues meas. Qd' si hic idem intelligitur Cognosco oues meas, & Cognosco oues meas oēs, sine quæso hic perinde ualere Pasce oues meas, quasi adiecerit Pasce oues meas omnes. Possem simili scriptura ex Ezechiele ac aliis tua infringere, tamen hoc testimonium ex uno & eodem euangelista & tibi & omnibus recte sentientibus satisfacere posse firmissime credo. Hæc iam in præsentiarum satis superq̃.

Ioannis. x.

Ezechiel

LVTHERVS



Equitur ergo uel Petro uel successori suo non esse oēs Christi oues cōmissas, aut oues, quas non Petrus sed Paulus & cęteri apostoli pauerūt, ad oues Christi non pertinere: quo quid blasphemius? ergo Corinthii/Galatæ/Philippenses/& alię gentes: quia nec pascente, nec pastores mittente Petro pastæ sunt, oues Christi intelligendæ non sunt. Sed quid moror in re tam aperta?

FABER



I euangelicam quasi columbinam simplicitatem non spinosos paralogismos cordi habes, sequelam istā nec nec dialectice nec theologice admittendam esse credo. Iam enim dixi hic idem esse, Pasce oues meas, & pasce oues meas omnes, saltim scripturę euangelicę simplicitatem, si ob oculos nostros statuerimus. Sed quod de Corinthiis / Galatis / & Philippen. conuersis a Paulo obiicis, facile soluet̃. Sit licet Paulus

electus & missus a dño, & lucratus fuerit oues, tamē sicut oues illę pertinebāt ad summū pastorē in cœlis, ita suo respectu pertinebāt oēs ad Petrū in terris tanquā primū pastorem. Non enim unquā potuere dici oues Pauli. Detestatur .n. apostolus ad Corinthios, ut diceret unusquisq;: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephę. Sed quid hoc sibi uult, ꝙ quāq̄ Paulus missus esset a dño, uiderit archana, quę non licet homini loqui, qui fuit apostolus nō ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christū, tamen Hierosolymam perrexit, ut cū illis conferret euangelium, ne forte in uacuū curreret aut cucurrisset. Cur quęso post annos tres uenit Hierosolymā? certe, ut supradiximus, honoris prioris apostoli deferendi gratia. Mansit & apud Petrū quindecim diebus: & post quatuordecim annos iterū Hierosolymā uenit: quādo in actibus apostolorū de quęstionibus obseruandæ uel prętermittendæ legis inter credentes Antiochiæ orta dissensio est. & placuit ire Hierosolymam & sententiā maiorū prestolari. Cum Paulus & Barnabas relationem fecerunt, & magna conquisitio fieret, dic quæso quis primus sententiam dederit? certe Petrus, deinde Iacobus, deinde oēs apostoli ac seniores. Sed & ex actis apostoloꝝ supra ostēdimus quid & quantū pręcęteris locutus sit & fecerit Petrus. Ex quibus habes cur tā diu Petrus steterit in Hierusalem, quāq̄ interea etiā migrauerit in Ioppen. At adhuc unum addam, sicuti dicere possumus in omnem terrā exisse sonū apostolorū, idest in principales partes orbis terræ, ita etiam Petrum apostolum oēs pauisse oues dicere possemus. Qđ si a me exigas dialecticam illā subsumptionē quasi pro omni indiuiduo, ut cū dialecticis loquar, hęc axiomata uerificari oporteat: respondeo nec sic in hac dictione oēs, quā dialectici uniuersalem distributionē dicunt, in sacra theologia hęrere oportere, quasi per omnia & singula distribuat. Quū enim dicit, Omnis ciuitas conclamauit, recte dictū esse putamus: non quo aliquis tacens in urbe non fuerit. Et Apostolus: Omnes inquit, quæ sua sunt, quęrunt, non ea, quę sunt dei: & omnes me dereliquerunt: non ꝙ Timotheus & cęteri discipuli, qui illo tempore, quo epistole scribebantur, cū eo erant, illū reliquerint. Sed idcirco quia a pluribus sit desertus, ab oībus idest maxima parte desertū se esse conqueritur. Simile huic quod in psalmo sonat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū,

.i. Corinth. I.

In collatione euāgelii cuius cā Paulus Hierosolymā ueneratq; primū sētētiam dederit


Sicut in oēm terrā aploꝝ exiisse sonū itelligit ita & oēs oues Petro commissas

non est usq; ad unum. Si enim omnes declinauerunt, ergo declinauit & ipse qui loquitur. Et alibi: Ego dixi in excessu mētis meæ omnis homo mēdax. Aut enim uerū est hoc quod dixit, aut falsū. Si omnis homo mendax est, ergo mendax est & ipse qui loquitur. Si autem mendax est & ipse qui loquitur, nec hoc quidē quod ait uerum est, & omnē hominē esse mendacē. Porro si uera sententia est, oēs sic accipiendi sunt, ut supradiximus, q; magna pars hominum mentiatur. Scribit & alibi apostolus: Docentes omnem hominem & rursum cōmonentes oēm hominē, non q; oēs homines docuerit. Quāti enim sunt, qui usq; hodie nec doctrinam apostoli audiere nec nomē: sed q; eos oēs doceat & admoneat, q in ecclesia sunt, & cupiūt scire quę dei sunt. Ita & in hoc loco dicere recte ualemus in omnem terram exiuisse uocem eo℞ &c. Et q; Petrus etiā pauerit oēs oues Christi. i. aut si uel Israelitas, aut gentē Romanā

Leo consideres. Vnde Leo in ser. de Petro & Paulo: Cum duodecim apostoli accepta per spiritum sanctum omniū locutione linguarū imbuendū euāgelio mundū distributū sibi terra℞ partibus suscepissent, & beatissimus Petrus princeps aplici ordinis iam populos qui ex circūcisione crediderant, erudierat, Antiochenam ecclesiā, ubi primum christiani nominis dignitas est orta, fundauerat, & Pontum/Galatiam/Cappadociam/Asiam/atq; Bithiniam legibus euāgelicę pdicationis impleuerat, ad arcem Ro. destinat imperii: ut hic sicut esset terrenus imperator & rector totius orbis, ita & ibi

Chrysost. psideret hic pastor, qui præsul esset ecclesiæ, & cui Christus iuxta Chrysostomi uerbum totius orbis curam demandauit.

LVTHERVS



SI dicis At uerbum Christi ad solū Petrum dicit Pasce oues meas, respondeo, nō dixit oēs oues meas, alioqn peccasset Petrus, si nō omnes pauisset solus sine cęteris apostolis. Peccaret etiam Ro. pontifex q; non pascit, nec pastores mittit ad Turcas & alias prouincias.

FABER



Aug. AVgustinus. 4. lib. de cōsensu euangelista℞. c. 10. expsse testatur hęc

testatur haec uerba ad Petrum esse dicta. Nec ignoro inquit & alios factos esse pastores. Non enim pastores boni desunt. Multi erant apostoli: & uni dicitur, Pasce oues meas. Et ut oues cōmēdaret: quid illi prius dicit, ne illi tanq̄ alteri cōmendaret, Petre amas me? & respondit, amo. Et iterū amas me &c. & respondit, amo. Confirmat trinitatem, vt cōsolidet unitatem. Ita Aug. & circa finem Cyrillus sic in supradicto libro scribit, propterea dixisse dominū, Pasce oues ut apostolatus renouaret dignitatem: ne propter negationem, quae humana infirmitate accidit, labefacta uideret. Ex testimonio itaq; prophetarum aliisq; scripturae sacrae locis deprachēdimus, q quū Christi fuit intētio multos facere pastores. qd & Paulus testat ad Eph. 4. Dignum ergo fuit ne respublica christiana turbaretur, ut ex illis praeesset unus: sicut in apibus unus est rex &c. Quanquam non ignorem nisi supremus pastor pauerit, pastores ecclesiae, per se bene gregem seruare non poterūt: infirma est eorum custodia, nisi Christus cum eis pauerit atq; seruauerit: ut est apud Origenem in Lucam homelia duodecima. Et forsan ad Turcas ipsos eam ob causam Romanus Pontifex uenire non potest. Vtinam tamen ecclesię contingat semper pastor talis, qualem Onosander imperatorē optauit. Qui scilicet temperans esset/continens/sobrius/frugi ac tenuis uictus, laborum patiens, acer ingenio, qui ad dicendum idoneus esset, existimatione deniq; pręditus: & iam in breui oues in deserto oberrantes ad pascua, immo ad pastorem reductas uidere daretur, ad Turcas mittere crediderim facillimum esse: tamen hos superare difficillimum fore, ni pugnet deus pro nobis: qui si pro nobis, quis contra nos? Sed nosti forte uirgilianum illud:

Apparent rari nantes in gurgite uasto.

Cyrillus

Christus cur in Petro post negationem Apostolatus dignitatem uoluerit renouare.

Ad Ephe.

Sententia Hiero. post Cyprianum

Orige.

Onosander lib. de optimo imperatore

Virgilius

LVTHERVS



QVin aliud dicam, ex isto verbo nihil potest cogi aliud q̄ ut Petrus pasceret oues, quae fuerint ex ouili Iudaeorum: & sic nihil ad eum pertinet, nec ad Romanum pontificem & successorem eius, aut non ad solum eum pertinet quod ex apostolo Paulo Galat. secūdo probo, ubi Petrum uocat apostolum circumcisionis, & se apostolum gentium. Ergo

K

siquis pertinax esset, nullatenus posset cogi hoc uerbo Christi aliud intelligi q̃ pasturam ouium, quae fuerunt ex circumcisione: aut si extenditur ad Romanũ pontificem, iam nec prohiberi potest, quin ad omnes pertineat, & extendi pari negocio ad omnes queat.

FABER



Abes in euangelio Matthei quintodecimo dixisse dominum: Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel. Et Matthei decimo: Ite potius ad oues, quę perierunt domus Israel. Ioãnis decimo: Alias oues habeo, quae non sunt de hoc ouili. Et in Ezechiele praeuisum erat dicens: Ecce ego propheta quaeram oues meas, & visitabo illas, sicut quaerit pastor gregem suum: haec dicit dominus: perditum quaeram, & errantem reducam, & fractam alligabo, & infirmum confortabo, fortemq; custodiam, & pascam eos cum iudicio. Et vt nossemus, quę essent oues, ponit manifestius. Et sciẽt quia ego sum dominus eorum, & iste populus meus domus Israel, dicit dominus deus, & uos oues meae & oues gregis mei omnes estis. Quid haec sibi volunt. Certe Hieronymus dicit haec uerba: Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: intelligenda non quo ad gentes non missus sit, sed quo primum missus sit ad Israel: vt illis non recipientibus euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio. Et significanter dixit ad oues perditas domus Israel: vt ex hoc loco etiam vnam erroneam ouẽ de alia parabola intelligamus. Vnde idem Hieronymus in Esaiam. c. 60. Cananeę pro filia deprecanti, non veni inquit nisi ad oues perditas domus Israel. & discipulis suis: In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanoꝝ ne intraueritis: ite magis ad oues perditas domus Israel. Quã ob causã & apostoli primum in synagogis dominum nunciabant: quibus nõ recipientibus euangeliũ, dicunt ad eos: Vobis quidem oportuerat praedicari uerbum: sed quia non recepistis salutẽ, ecce conuertimur ad gentes. Lux enim venit in mundum, & magis Iudaei dilexerunt tenebras. Vnde & dominus quum Hierusalem fleuisset, adiecit: Si scires ẽt tu quae ad pacem sunt tibi, quã quia nõ suscepit, intulit. Nunc aũt venit dies sup te, & circũdabũt te inimici tui vallo, & coarctabũt te, ad terrãq; deducent cũ filiis tuis. Nos aũt iuxta priorẽ

Matth. Matth. Ioannes. Hieronymus.

sensũ ad ecclesiã dici uniuersa credim9: q̃ primũ de Iudaico populo congregata est: & lumen quod super eam ortũ fuerat, per apostolos transmittit ad gentes: cui dicitur: Surge illuminare: ut quę cecidit in credulis, surgat in fidelibus: quæ cecidit in synagogis, surgat in ecclesiis: & postq̃ surrexerit, illuminetur, ut nequaq̃ habeant erroris tenebras. Venit enim (inquit) lumen tuum, quod tibi omnes prophetæ pollicebãtur, quod iugiter expectabas: & gloria domini, quę quondam fuit super tabernaculum & templum eius, orta est super te: de qua dictum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. hæc Hier. sancte & religiose ut pleraq; alia scripsit. Et August. in euan. Ioannis tract. 21. sic ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. Quomodo habet alias, ad quas non est missus, nisi qa significauit per p̃sentiam corporalẽ nõ se missum exhibere nisi solis Iudæis, quẽ uiderunt & occiderunt, & multi tamen Iudæi & antea & postea crediderunt. Et idem in eodem lib. tract. 47. Quid est non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel, nisi p̃sentiã suã corporalem non exhibuit nisi populo Israel: ad gentes non perrexit ip̃se, sed misit. Ad populum uero Israel & misit & venit ipse, ut qui contemnebãt, maius iudicium sumerent. Quia etiã p̃sentia est illis exhibita, ipse dñs ibi fuit, ibi matrem elegit, ibi concipi, ibi nasci, ibi sanguinẽ fũdere uoluit. Ibi vestigia eius mõ adorãt, ubi nouissime stetit, vnde ascendit in coelum: ad gentes aũt misit. Sed forte aliqui arbitrãtur q̃ non ipse ad nos venit, sed misit ad nos: nõ nos audisse vocem ipsius: sed uocẽ eo℞ quos misit. Absit, pellatur ista cogitatio de cordibus vestris: & in iis quos misit, ipse erat. Ipsum Paulũ audi quẽ misit. Ad gentes. n. pręcipue Paulum misit apostolũ. hęc Aug. Non ergo admitto hæc uerba tãtum intelligi quoad Petrũ de ouili Iudæo℞. Nam sicut dñs primo coepit pascere oues de ouili Iudęo℞, ita fecit & Petrus. Cur autem primo Iudęis prædicatum sit euangelium, ac deinde fuerint apostoli cõuersi ad gentes supra docuimus. Nec ob id Paulus doctor gentiũ uel apostolus uocatur, ut non etiã aliis post uisionem Petro factam licuerit prædicare gentibus. Sed quia dominus ad gentes hũc pręcipue misit, hoc Petro nil derogat, quum & ipse Antiochiæ / Romæ / & in supradictis locis, vbi erant gentes, prædicarit euangelium. Quare & Origenes historiam dici palma℞ allegorico sensu depingens, Petrum dicit in circũcisione ad subiugalẽ iuisse, vt prędicaret populo Iudęo℞ sub iugo legis degẽti.

Orige. in Matth. homelia. xiiii. Petrus & gentiũ & circũciso℞ aplus.

Paulum uero missum ad gentes ad nouellum & indomitũ pullũ. Sed mihi responde: Insufflauerat dominus spiritum sanctum in omnes discipulos: deinde cum simul essent discipuli, esset & illic Petrus: cur de dilectione illum solum interrogat, cum tamen etiã præsens esset ille discipulus, quẽ diligebat Iesus. Cur non dixit dũ taxat, Simon diligis, sed addit, diligis me plus his? Cur aliis audientibus ter interrogat? Sed rationem expende cum uoluerit te auctore omnes fieri pares pastores. Cur nõ dixit in fine: Pascite oues meas. Sed totum sermonem uertit ad Petrum dicens: Pasce oues meas, quasi hunc pastorem caput & principem alioꝝ ordinare, & esse uoluerit. Vnde hæc euangelii uerba ad Petri personam certissime sunt referenda, quod & sancti patres fecerunt ac facere consueuerunt; & ii potissimum, quos ecclesia primitiua suscepit.

LVTHERVS



Ecundo ego rogarem ut adulatores Roma. pontificis omitterent hoc terribilissimum uerbum allegare pro statuendo primatu eius. Neq; enim ego terribilius uerbum in sacra tota scriptura legi quod Romanum pontificem & omnem pontificem magis terrere possit.
Primum quia pascere oues non significat id quod est esse primum aut principem; ideo ex ipso nihil aliud probat̃ q̃ ꝙ Ro. pontifex debet prædicare docereq; uerbum dei. Qd' si hoc debet, iam ei deponendus est totus iste primatus: die ac nocte in literis sacris ei uersandum, pure orandũ, periculis & morte pro uerbo laborãdũ: breuiter tota Roma, ut hodie est, longe in aliam faciem mutãda. Desinant ergo propter deum uerba Christi spiritualissima suis cupiditatibus adaptare. Hæc .n. si Ro. pontifici aptant̃, sequit̃ irrefragabiliter doceat uerbũ: aut si non docet, nihil ad eum pertinet.

FABER



Vod ad me attinet, adulatorẽ pontificis hic non ago. Scio .n. adulatores ex Luciano de mercede cõductis
Lucianus imperitos sordidoq; animo/ac suopte ingenio humiles & abiectos hoĩes esse, e quoꝝ blãdimẽtis inumera propemodũ mala sequunt̃

Adulator enim (teste Seneca in octauo epistolaꝝ libro) facit infa/
tuare fere omnes, ut quiq; se credant optimos, quēadmodū se Ale/
xander imortalem usq; dum senserit uulneꝝ dolorem. Ea propter
nolim eos imitari, qui, ut est apud Ezechielē, consuunt puluillos
sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ
ætatis. & qui liniunt parietes absq; omni temperamento. Ferant
alii hoc oleum in Aegyptum, liniantq; parietem lapsantem. Nam
ipse scio recte dictum ab Hylario Pictauieñ. 3. de trini. libro non
habere diuina adulationem: & ꝙ nec subsit deo ad placendū fal/
lendumq; simulatio. Docuit & me diuus Hieron. in prohœmio
super Esaię lib. 11. non esse ita adulandum principibus, ut sanctaꝝ
scripturarum ueritas negligatur. Et uerissimū esse crediderim qđ
idem Hier. in Hierem. lamentatio. c. 2. ait: Qui peccāti & iniquis
operibus attēdenti promittit, impunitatis securitatem propheticę
maledictioni subiacebit. Similiter & ille qui bonum actum per in
uidiam detrahit, & benefacienti cōtradicendo aduersatur, ue sem
piternum, si non se correxerit, habebit. Vnde cauendum est, ne ꝓ
ueritate sequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. Multæ
enim sunt uiæ, quæ uidentur hominibus rectæ, & nouissima corū
perueniunt in profundum inferni. Nolim deniq; his inuidiosis ta
taxari nominibus adulator. Romanus/gnato papalis & hisce sex
centis Lœdorioꝝ ac scōmatū generibus. Si peccat pontifex, quid
illi fiet? certe quod est apud Origenem in Hieremiam homelia. 7.
Qui totius ecclesiæ arcē obtinet, pro omni ecclesia reddet rationē:
& potentes potenter tormenta patientur. Sed interim nō est cœlū
terræ, nec sunt sacra miscenda prophanis. Audi quid ad hoc dicat
Augusti. Propter malos pastores unitas gregis diuidi non debet.
Et Basilius Magnus non abs re dixisse uidetur de pręceptis religio
sorum: Non Petrus aut Iacobus seu apostoloꝝ alius Iudę maligni
tatis excusatione Christi chorum subterfugit. Et tu nec unq̄ mihi
ꝑsuadebis ut credā, propterea ꝙ pastor sit mal9, officium pastoris
amittat, periculum enim esset non mediocre. Hoc tamen nō nego
non parum interesse inter bonum pastorem & malum. Pastor. n.
bonus, ut credit & recte Paulus Orosius, tōdet pecus, nō deglutit:
saluat, non perdit. Idē quoq; pastor, teste Hier. ægrotantia pecora
uisitat, dispsa inquirit, relicta affert, lassa sustētat. Ecōtrario pastor
malus oīa aduersa agit, & carnes pinguiū deuorat, ungulas arietū

Seneca
Ezechielis. xiii.
Hilarius
Hieronymus
Orig.
Aug.
Basilius Magnus
Orosius
Hiero. Boni pa/
storis officium

& ouium dissoluit atq; peruertit, ne recto ingrediantur pede. Sed quid
Chrysostomus sub hoc malo pastore facere oporteat, docet nos Chrysost. homelia .34. in epistola ad Hebræos dicens: Obedite inquit Apostolus prępositis uestris, & subiecti estote. Quid ergo dicit aliquis, dum præpositus malignus extiterit, nō obedimus. Malignū qualiter dicis siquidem est, in causa fidei fuge illum & euita: non solum si homo fuerit, sed etiam si angelus de cœlo descenderet. Si uero in uoto & moribus malignū dicis, noli scrutari. Et hæc non ex me ipso dico, sed ex scriptura diuina. Audi enim Christum dicentem: Super cathedram Moysi sederūt scribæ & pharisęi. & primo dicens de his multa mala, tunc dixit: Sederūt super cathedram Moysi: omnia (inquit) quæ dixerint uobis, facite, quę aūt fecerint, facere nolite. Habent enim dignitatem, licet uitę sint perditę. Verum tamen nō ad uitam eorum sed ad sermones intendite. Quātum enim ad mores attinet, nullus poterit lædi. Qua ratione hoc? Quia quæ facit manifesta sunt omnibus, & neq; ipse etiam si ad cacumen iniquitatis perueniat, poterit alios maledicere. Cum autem fidei causa uertitur neq; manifestum est omnibus quod dicitur: neq; malignus dubitauit docere cōtraria. Nam quod dictum est: Nolite iudicare, ne iudicemini: de uita dictum est non de fide. Quod enim infertur, hoc manifestat. Quid enim uides stipulam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Omnia ergo quæ uobis dixerint, inquit, ut faciatis, facite. facere autem operis est non fidei: secundum autem opera eorum nolite facere. Intueris quoniam nō de dogmatibus sed uita/& operibus sermo est. hęc Chrysost. Sed q; contēdis pascere non significare id quod esse: primum ego respondeo, imo non ego sed Chrysostomus in .2. lib. de digni. sacer. ubi non semel inuenies per hæc uerba Pasce oues meas, Petrum cæteris prælatū apostolis. Et idem inuenire potes apud Cyrillum. Qd' si Petri primatus hic firmatur, sat feliciter pugnauimus, pspere successit nobis. Qd' si, ut ipse credis, aliqui pontifices Romani gregem creditū nō recte pauerint, certe id considerare debebas q; propter unius Iudę malitiam dignitas apostolica damnari non debuit. Vnde & Iudā in apostolum dñs elegit, & tamen dominū postmodum tradidit. Non tamen, ut Cypria. inquit, idcirco apostolorum fidei infirmitas cecidit: quia traditor Iudas ab omni sanitate defecit. Et nemo est qui non credit inter ducentos ac triginta Ro. pontifices nō fuisse

Marginalia: Chrysostomus (beside line 2). Est & malis pposi tis obediēdū nisi a fide errauerint (beside lines 4–6). Matthei. xxiii. (beside line 9). Lucæ. vi. (beside line 20). Chrysostomus (beside line 27). Cyrillus (beside line 29). Cyprianus (beside line 35). .ccxxx. Ro. Pont. (beside line 37).

multos, qui titulũ & nomen boni pastoris iuste meruerint. Inter hos pculdubio fuere Linus/Cletus/Anacletus/Clemens/Melchiades/Leo/Gregorius Magnus ac alii quamplurimi: de quibus alio in loco & paulopost tecũ agemus. Et reuera, ni fallar, periculosum est illa rimari, cum nemo sciat an quis amore uel odio dignus sit, sed ꝙ eos prædicare docereq; uerbum dei debere contendis. Scio ego recte ab apostolo dictum epistola ad Ephesios. c. 4. Dominum dedisse quosdam apostolos, quosdam prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & magistros &c. Ecclesiastes. ix. Eph. iiii.

Vbi Hier. credit, ut is qui pastor est, esse debeat & magister, atq; unus atq; idem sit præses ecclesiæ, sit pastor & doctor, pastor ouiũ magister hominũ. Quicquid id sit, habemus multos esse pastores & magistros in ecclesia dei distributos. Sed ut Hier. ait: Cum corpus domini ecclesia sit, & ecclesia de uiuis lapidibus construatur, ut habet idẽ Hier. in Esaiam. c. 54. Vnde inter illos pastores uiuos dignissimũ fuerit supremũ aliquẽ habere pastorem. Et ii pastores id habent operis, ut secundum dispensationẽ & officia sibi credita ecclesiam Christi idest corpus eius ędificent. Siquis igitur nõ ædificat ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam instruit; ut de subiecto populo Christi ecclesias cõstruat: tunc iste nec apostolus nec propheta / nec euangelista/nec pastor/nec magister digne est appellandus. Non enim eos dignos pastores sed mercenarios asserimus: ad quos dicitur Ezechielis. 34. Ecce lac consumitis, & lanis uos tegitis, & qđ crassum est interficitis, & oues meas nõ pascitis, quod infirmatum est non confortastis, & quod ægrotat nõ corroborastis, & quod contribulatum est non colligastis, & quod periit non inquisistis, & dispersæ sunt oues meę eo ꝙ non sit pastor. Sed in hoc ambiguo iudicio Chrysost. & Cypria. quid nos facere oporteat, religiose docuerunt. Chrysost. ait: Ouis es noli discutere pastorem, ne eius quoq; criminis reus esse tenearis. Et ita scribit Cyprianus ad Florentiũ Puppianũ. 4. lib. epistolaꝝ: Dolens profero (inquit) cũ te iudicem dei cõstituas & Christi, qui dicit ad apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos, qui apostolis uicaria ordinatione succedunt. Qui audit uos, me audit: & qui me audit, eum audit, qui me misit: & qui reiicit uos, me reiicit & eum, qui me misit. Vnde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dũ episcopus, qui unus est & ecclesię pręest, superba quorũdã Hieronymus Ezechiel. xxxiiii. Chrysostomus Cyprianus Lucæ. x. Schismata & hæreses vnde suboriant

præsumptione contẽnitur, & homo dignatione dei honoratus ab indignis hominibus iudicaẽ. hæc Cyprianus. Et recte Ambrosius in lib. de mysteriis initiandis. c. 5. docet non merita personarũ sed officia sacerdotũ esse considerãda. Et ut ad priora redeam, si Petri successor a uia regia quandoq; aberrauit, memineris olim recte respondisse Hier. aduersus Vigilantium, paucorũ culpam non præiudicare religioni. Quanq̃ & ego credam interim Ambrosium etiam in lib. de digni. sacer. c. 3. uerissime dixisse: Sicut episcopo nihil est excellentius, sic nihil est miserabilius, si de sancta uita ipse periclitetur, si in crimine teneaẽ, & ruina, quæ de alto est, grauiore casu colliditur: & scienti legem & non facienti eam, peccatũ est grãde. Seruus quoq; sciens uolũtatem domini, & non fecerit eam, uapulabit multum. Aliud est enim quod ab ipso requirit deus, & aliud quod a presbytero, & aliud quod a diacono, & aliud qd' a clerico, & aliud quod a laico, uel a singulis quibusq; hominibus. Et licet oium hominum opera deus in suo examinet iudicio, plus tamen ab eo exigitur, cui plus committitur. Ampliores enim luit pœnas, cui numerosior regendorũ populorũ fuerit cura cõmissa. hęc Ambr. Per hęc tibi satis & pie responsum esse credo. Subdis iterum

Ambrosius

Hieronymus
Paucorũ culpa religiõi nõ ꝓiudicat
Ambrosius

Lucæ. xii.

LVTHERVS



VErum magis obserua. Christus non imponit pasturã Petro, nisi prius diligat. Obsecro te, quid hoc est? nõne sequitur ꝙ si non diligat, non sit audiendus? At quis nos certos faciet de amore pastoris? Dubitamus ergo quẽnam audiamus. Nam si audire nobis pastorem necesse ẽ, etiã illi amare Christũ necesse est. Aut si amare Christum necesse non est, nec audire pastorẽ necesse ẽ: cũ utrũq; Christus copulauit, nec pasturam nisi amãti cõmiserit: quid hic faciemus. Scio ꝙ si recte pensaret hoc uerbum, quilibet episcopus desperaret se medium unius ciuitatis pascere posse.

FABER



COgis me iterum ac urges, ut quid de malis pastoribus sentiam, edicã. Sentio aũt id quod sanctos prophetas

conquestos esse comperio, sicut Hierem. c. 12. scriptum est: Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam dederunt portionem meam desiderabilem, in desertum solitudinis posuerunt eam in dissipationem, luxitq; super me. Et quid futurū sit illis, idem propheta. c. 23. habet: nempe sic dicit: Ve pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ dicit dominus. Ideo hoc dicit dñs deus Israel ad pastores: Qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non uisitastis eos. Ecce ego uisitabo super vos malitiam studiorū uestrorū dicit dñs. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertā eos ad rura sua, & crescent & multiplicabunt: & suscitabo super eos pastores, & pascent eos. Et lamentatur idem propheta. c. 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorū seduxerunt eos, feceruntq; uagari in mōtibus, de mōte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui, omnes qui inuenerunt comederunt eos. Super hisce pphetę uerbis scio recte dixisse Hier. in. c. Hiere. 12. q; qui principes uolunt esse populorū, non solum pro se, sed & pro cōmissis sibi gregibus reddituri sunt rationem in die iudicii. Propter illos enim pars domini conculcatur atq; polluitur: ut ubi quondam dei erat hospitium, ibi sit habitaculū bestiarū. Nec ignoro quod idem Hier. in Hiere. c. 23. habet, malos pastores iuxta tropologiam esse principes ecclesiarū, qui nō digne regunt oues dñi, q; illis abiectis atq; dānatis saluet populus aliis traditus, qui digni extiterint, & reliquiæ saluæ fiāt. Sed & subdit idem Hier. quod cū uenia tibi dictum esse uelim: Perdunt oues pastores qui docent hæresim, lacerant & dissipant qui schismata faciunt, eiiciunt eas qui contra iustitiam de ecclesia separant, non uisitant qui pœnitētibus contrahunt manum: quorū omnium miserebitur dñs reddens eis pristina pascua, & malos pastores auferens. hæc Hier. Hi cū gregi non præsunt sapientia/eruditione/atq; doctrina, potius arietum q̄ pastorū nomen habere merentur, ut est apud eundē Hier. in Hiere. 23. c. Sed interim mi Luthere, qui gregi dominico præsunt, etiam si cum Petro non dilexerint, nihilominus sacramenta ministrant, & qd' in sacramentis rite ministrant, ac iuxta formam ecclesiæ nobis traditam peragunt, ratum habere uult dominus. Sed ut sequentiā tuam, quę parum a Donatistarū errore differt, diluamus. Audi quid uelim ac dicā; sic arguis, si pastor non diligat, non igit audiendus.

Hieremias

Hiere. xxiii.

Hiere. l.

Hieronymus

Hieronymus

Hieronymus

Hiero.

Dein quis nos certos faciet de amore pastoris? Dubitabimus ergo quemnam audiamus. Scis Luthere in dño charissime discipulos
Mar. quondam domino dixisse: Praeceptor vidimus quẽdam in nomine
Luc.ix. tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Si nihil in illo corrigendũ erat, nec fuit is prohibendus. Certe dabis & hos posse eiicere dæmonia ac esse pastores, qui tamen non sequuntur dñm. Qd si dilectionem omnino
i. Corinth. xiii. exigis, scio recte dixisse apostolum: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatẽ autem non habeam, factus sum sicut æramentũ sonãs, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & secreta omnia sciuero & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. At si ipsis pro eorum salute, que extra charitatem faciunt, prodesse nõ possunt, tñ in sacris mysteriis lingua possunt vti angelica, prophetias habere possunt, uti Caiphas & Saul: nec interea deperit quod
Augustinus agunt. Et vt ad August. veniam, scis quod quæ peperit Abel/Enoch/& Noe & Abraam, ipsa peperit Moysen & prophetas tẽpore posteriores ante aduentum dñi. Et quæ istos, ipsa & apostolos & martyres nostros/& oẽs bonos christianos. Item quæ peperit Chain & Cham & Ismahelem & Esau, eadem ipsa peperit Dathan & alios in eodem populo similes: & quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudo apostolũ & Simonẽ magũ &c. Vides hic in vtraque lege bonos fuisse & malos. Apud malos tamen & sacramenta fuerũt. Non enim negare potes
Operatio spiritus etiam in malis. quin & sacramentum fuerit apud malos aliquos: imo est etiã operatio spiritus in malis hominibus. Quare Saulem prophetiæ spiritum habuisse dicimus. Ita & si te passim dicente, Qũo nostri pastores, & si mali/facinorosi/carnales/animales/& diabolici fuerint, imo sint sacerdotes Bethel, aut fanatici Bethauen, ponentes in itinere latrones, qui insidientur peregrinantibus in Hierusalem, quo magis uitulos aureos in Dan & in Bethauen q̃ in Hierosolymis & in tẽplo adorent dominum: nihilominus sacramenta ministrare possunt, quãq̃ indigne id agant. Comparãtur enim mulieri fornicanti, quã
August. propheta Osee cõmemorat: de qua & ad rem nostrã pulchre Aug. in. 5. lib. de bapt. contra Donat. c. 5. Sed ad charitatem iterum uenientes,
August. audi quid dicat idem August. in eodem li. 4. c. 11. Quid etiã mirum est, ait, quod accidere posse inuenit, quæ diligẽter aduertit quosdã salua

charitate docere aliquid inutile: sicut Petrus gentes cogebat iudaizare, sicut ipse Cyprianus hæreticos denuo baptizari. Vnde talibus bonis membris in charitate radicatis, & in aliquo non recte ingredientibus dicit apostolus: Siquid aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelabit, & quosdam rursus sine charitate docere aliquid salubre: de quibus dicit dominus: Super cathedrā Moysi sedēt: quæ dicūt facite, quæ aūt faciunt, nolite facere: dicunt, & non faciunt. Et idem in .5. lib. c. 21. concludit sacramentum gratiæ deum etiam dare per malos: ipsam uero gratiā non nisi per se ipsum uel per sanctos suos Sed quid opus est in hac harena diu uersari. Nemo est, qui iam Donatistarum opinionem foueat, eo maxime argumento persuasi, q nemo sciat an odio uel amore dignus sit. Vnde hic circa episcopos & reliquos pastores græci adagii nos memores esse oportet μηδὲν ἄγαν, idest ne quid nimis hoc ne nimis emungamus, ne sanguis eliciatur. Vide si dumtaxat hunc pastorem esse contendis, qui semper actu dilexerit, ac semper in dilectione cōsistat. periclitabimur fere omnes. At satis fuerit Petrum suo dilectionis officio hoc meruisse, vt illi dictū sit: Pasce oues meas. Et forsan eā ob rem apud apostolū sunt diuisiones gratiarum, diuisiones ministrationū, & diuisiones operationum. De quibus apud Hilarium Pictauień. in .8. de trinit. quæ nostro proposito non parum deseruiunt. In summa hoc dicere cogor: Si dilectio in pastoribus semper exigitur: quæ certe eos maxime peromat, facile fieri potest, ut uno eodemq; momēto mille ac decem milia pastores fuerint ab officio pasturæ mouendi. Sed quis hanc turbationem æquo animo feret? Quare cum Xenophonte de republica Spartas laudo, quos in magistratib9 humiles fuisse testātur historiæ: quorum & ciues intellexerunt obedire maximum esse bonum tam in re publica q̄ etiam & militiæ/& domi. Et Licurgus a nemine non probatur, qui nec uoluit regibus tyrannicū fastum adsciscere: neq; ciuibus inuidiā aduersus regiam maiestatē iniicere. Qd' si hoc inter ethnicos pro conseruando reipublicæ statu seruatū est: nimirū si totis id uiribus in christiana republica maxime probemus: imo summopere a tumultu illo ac mutuis odiis caueamus: ne nimis emungentes, sanguinem eliciamus. Rogo igitur atq; iterū rogo discas ambulare uia regia, nec declines ad dextrā neq; sinistrā, & ne sis iustus nimis.

i. Cor. xii.

Hilarius

Xenophon



Gitur hoc effecimus, q̃ ista auctoritate nihil probatur, nec ualet ad probandum primatum. Si autem aliquid ualet, nunc hoc urgebit non esse in ecclesia pastorē, qui nō doceat: nec docere aliquem debere, nisi diligat. Hoc inquam & non aliud ista uerba concludunt, nisi noua grammatica usq; dicas: Si diligis me, pasce oues meas, idē sit q̃ si diligis te, esto primus super ecclesiam totam. Rectius ergo facies, si hoc uerbum Christi accipias pro exhortatiōe imo p̄cepto, nō quo oues ad subiectionem. Sed quo pastores ad diligendum Christum & pascēdum populum astringantur. Porro dilectio Christi (ut beatus August. exponit) etiam mori pro ouibus Christi requirit.

FABER

Cyrillus.

Chrysostomus



Ic repeto quod Cyrillus habet circa hoc uerbum, Pasce oues meas, Christum scilicet apostolatus dignitatem renouasse Petro. Et Chrysost. in eodem loco sic habet: Os erat apostolorũ & princeps. Propterea & Paulus cū præter alios uisurus ascendit simul, ut ei ostēderet iam sibi fiduciā habendam: tanq̃ enim negationis obliuisceretur, fratrum curam ei cōmittit: neq; negationis meminit: neq; exprobrat tātum Dicit Si, amas me, fratrum curam suscipias: & quā in omnibus dilectionē ostendisti: & qua delector nunc ostende: & animam quam pro me positurum dixisti, hāc pro ouibus meis trade. Cum ergo semel atq; iterum interrogatus ipsum archanorũ cordis perscrutatorem testē aduocasset: & adhuc tertio iterrogat: perturbatus est Petrus ueritus superiora. Nam cum forti animo esset, repræhensus est postmodū. Ideo iterū ad ipsum confugit dicens: Tu omnia scis &c. Et Aug. eapropter Petrum uocat primū pastorem. Ex eodem etiam supra ostendimus q̃ Aug. in fide teneat ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascēdas oues suas post resurrectionē cōmēdauit successio sacerdotū. Ambro. etiā Greg. & Bernardus hæc uerba longe in aliam partem referunt, q̃ tu hic referre uideris: & illorum forte non est cassa auctoritas. Sed quū sic ad uiuū hoc uerbū excutis, necesse est ut uim uerborũ considerantes, & ad alia, quæ in hanc horā forte nemo perpendit

August.

pendit

pendit, rapiamur. Et iam post totidem exquisitas inuentiones tuas ut tota corona doctorum intelligat hoc in loco, qui est in euangelio Ioannis ultimo Petro non paruam eminentiam esse collatam. En graece sic euangeliũ sonat (euangelium quidé a Ioãne nõ hebraice nec latine sed graece scriptũ est, testantibus Hier. Aug. ac reliquis). Hiero. in Esaiam c. vi. Augu. in lib. de consensu Euãgelistarum c. ii.

Λέγει τῷ σίμωνι πέτρῳ ὁ ΙΗΣΟΥΣ, Σίμων Ἰωάννα ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; λέγει αὐτῷ· Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. βόσκε τὰ ἀρνία μου. λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον. Σίμων Ἰωάννα ἀγαπᾷς με; λέγει αὐτῷ. Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. ποίμενε τὰ πρόβατά μου. λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον. Σίμων Ἰωάννα φιλεῖς με; ἐλυπήθη ὁ πέτρος, ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον, φιλεῖς με, καὶ εἶπεν αὐτῷ· κύριε σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ ὁ ΙΗΣΟΥΣ. βόσκε τὰ πρόβατά μου.

Dixit Simoni Petro Iesus: Simon Ioãnis diligis me plus iis? Dicit ei. Etiã dñe, tu scis q amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei rursus iterum: Simon Ioãnis amas me? Ait illi. Etiã domine tu scis q amé te. Dicit ei iterum. Pasce oues meas. Dicit ei tertio. Simõ Ioãnis amas me? Cõtristatus é Petrus q dixisset sibi tertio amas me, & dixit ei. Dñe, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus Pasce oues meas.

Iam queso dicito, quid hoc sibi uelit, iuxta tralationem nostram ter habemus unum uerbũ pasce uidelicet, duo uero uerba in euãgelio graeca habes βόσκε quidem & ποίμαινε interpres utriq; uerbo, licet pasce reddiderit. Ego uero non parum discriminis interesse puto: siquidem aliud βόσκε, aliud ποίμενε sonat. Suidas dicit. βοσκόμεθα, τρεφόμεθα. καὶ βόσκουσαν. τρέφουσαν. σοφοκλῆς δεῖ οὐδ᾽ ἴπποδος ἀλλ᾽ εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ᾽ ἔτι γένεθλα. τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα αἰδεῖσθ᾽ ἄνακτος. Suidas

Et Hesychius sic habet. βοσκημάτων, θρεμμάτων. βοσκόμενον, δαπανῶν. βόσκειν, τρέφειν. βοσκάς, φασκίας λίβυς. βοσκέων, ὁ ῥοφεύς. βοσκή, τροφή. βοσκομένη, τρεφομένη. Hoc uerbo usi sunt & septuaginta non semel. Et in euangelio Marci quinto. οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους, ἔφυγον. idest. Qui aũt pascebant porcos fugerũt. Marci. Lucae quoq; 15. dicitur. καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους. Et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Sed ποίμενε quid significet, habet Hesychius dicens. Hesychius ποιμάνωρ, ποιμὴν ὁ βασιλεύς. ποιμενίδαι, γένος ἐξ οὗ ὁ τῆς Δήμητρος ἱερεύς. ποιμένα λαῶν, βασιλέα τῶν ὄχλων. ποιμήν, βασιλεὺς καὶ ὁ τῶν προβάτων. Vnde Homerus in uno dũtaxat libro scilicet Iliados secũdo ter dicit ποιμένι λαῶν. & semel ποιμένα λαῶν, ubi uetustissima cõmẽtaria habẽt βασιλέα ὄχλων idest regem turbarũ, et recte; cũ hic Homerus de rege Agamenone Homerus Sexcenties apud Homerũ ποιμένα λαῶν inuenies

scribat. Possem hic & alia id genus ex græcis aliis afferre; sed cum homine theologo agens, ea quæ sunt linguæ sanctæ, a quibus nec cuiquam discedere licet, quæ & huiusce rei testimonium præbent, adducam. En Hiere. 23. septuaginta sic habent. ὦ οἱ ποιμένες οἱ διασκορπίζοντες καὶ ἀπολλύοντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου. διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἐπὶ τοὺς ποιμένας τοὺς ποιμαίνοντας τὸν λαόν μου. idest Pastores dispergentes & disperdētes oues pascuæ meæ. Propter hoc hæc dicit dn̄s deus Israel ad pastores pascentes populum meum. Et Hieremiæ. 3. septuaginta sic habēt. Δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης. idest Dabo uobis pastores secundū cor meum; & pascent uos pastores cū sciētia. Et Zachariæ undecimo. Καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα, καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνί. idest, Et pascā oues, & auferam tres pastores in mense uno. Et secundo regum. 5. Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς σέ, σὺ ποιμανεῖς τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Et dixit domin9 ad te, Tu pasces populum meū Israel. Et hæc eadem uerba eiusdē historiæ sunt. 1. para. 11. Et sexcenta habes illius generis loca, quibus hæc mea firmantur, utpote q ποιμαίνειν non simpliciter pascere; sed & gubernare seu regere significat. Et quod de hac dictione græca dicitur, hoc & Hebræi de רעי dixerunt: siquidem & pascere & regere significat, testante hoc etiam Ioanne Capnione, trilingui Germano de literis melioribus optime merito. Vnde Cyro regi Persarū dicit Esaiæ. 44. האומר לכורש רעי idest Qui dico Cyro: Pastor meus Et Hieremiæ. 30. ונתתי לכם רועים כלבי ורעו אתכם דעה והשכל idest Et dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascēt uos scientia & doctrina. Et apud eundem prophetam capite. 23. iterum ac iterū de רועים propheta loquitur: & inter cætera dicit לכן כה אמר יהוה אלהי ישראל על הרועים הרועים את עמי hoc est: Ideo hęc dicit dn̄s deus Israel ad pastores qui pascūt populū meū.

Zacharias

Et Ezech. 34. כה אמר אדני יהוה הוי רועי ישראל אשר היו רעים אתם idest: Sic dixit dominus deus deus Israel: Ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Et apertius in eodem capite והקימתי עליהם רעה אחד ורעה אתהן את עברי דויד הוא ירעה אתם והוא יהיה להן לרעה hoc est Et suscitabo super ea pastorem unum qui pascat ea seruum meum Dauid: ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Qđ si forsan plus noui testamēti scriptura oblecteris, en Matth. 20. sic habes ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Ex te mihi

Ezechie

egressurus est dux, qui reget populum meũ Israel. Videtur hic uni
cus locus ad firmandum nostra non solum idoneus, sed & plane
sufficiens. Nam in aperto est saluatorem nostrũ fuisse ducẽ populi
sui. Aut ut hunc euangelii locum ex Michea propheta quæramus,
en Micheæ quinto dicitur מִמְּךָ לִי יֵצֵא לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל qđ
septuaginta sic expsserũt ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται εἶναι εἰς ἄρχοντα τῷ Ἰσραήλ.
Ex te mihi egredietur ut sit in principẽ in Israel. Quẽ itaq; Micheas
uocauit מוֹשֵׁל qui dicitur princeps seu dominator. Et septuaginta
transtulere ἄρχοντα hunc Mattheus ἡγούμενον uocat. Et q̃ is esset
nõ modo pasturus, sed ueluti dominator aliquis/princeps/seu dux
recturus Israel. Quare & in psalmo .47. de illo propheta cecinit Psalmo.lxvii.
הוּא יְנַהֲגֵנוּ עַלְמוּת ubi grece sic habetur αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς
αἰῶνας . idest ipse reget nos in sæcula. Et ps̃.79. רֹעֵה יִשְׂרָאֵל הַאֲזִינָה Psalmo.lxxix.
Grece sic ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες idest. Qui regis Israel itẽde.
In psalmo deniq;.23. ubi nos legimus: Dominus regit me, & nihil Psalmo.xxiii.
mihi deerit. Græce sic habetur: κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με
ὑστερήσει. Vbi licet doctiores Hebræi legant יְהוָה רֹעִי לֹא אֶחְסָר
idest. Dominus pastor meus. Tñ Chaldæi in India manẽtes legũt
ogoziapoacro tereoiana, qđ ipsi dicũt ualere, Dominus deus rector
meus. Sed ad instrumenti noui testimonia redeuntes, dico rem nõ
esse parui mysterii qđ fere in omnibus locis nouæ legis quoties de
rectore scribitur, hoc ποιμαίνειν reperitur: de quo & præfecturam
aliquam certo significari depræhenditur. Vnde in apocalypsi
ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ αὐτούς. hoc est. Quoniam Acta Apoca.
agnus, q in medio throni est, reget illos. Et i ep̃la Petri priori cap.5.
ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ ἐπισκοποῦντες idest, Pascite
uel regite quoad in uobis est gregem Christi, curam illius agentes.
Et apostolorum act. c.21. sic legitur προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ
παντὶ τῷ ποιμνίῳ ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους
ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.
idest, Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus
posuit episcopos ad regẽdum ecclesiã dei, quã acquisiuit sanguine
suo. Et apoca.19. ubi Ioannes regẽ regum & dominũ dominantiũ
describit, iter cetera sic ait: καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.
idest: Et ipse reget eas in uirga ferrea. Et mille sunt illius generis
exempla, quorum aliqua propterea commemorare lubuit, ut erudi

tis in lege ansam cogitãdi praeberem. Quantum enim mihi uidere datur, ex his diuersis uerbis βόσκε scilicet & ποίμαινε Chrysost. Cyrillus/Planudas/Theophilactus Ioannes Thessalonicẽñ/& inprimis Origenes ac alii Graeci uim uocabulorũ penitius pẽsantes, animati sunt Petrum ac illius auctoritatem seu eminentiã tot & tantis exornare preconiis. Quo itaq; stante, in posterũ tu ac tui similes merito ab hisce excursionibus abstinere debebitis. Voluntas enim domini fuit Petrum pascere gregem doctrina ac uitae exemplo, necnon illi praeesse, ueluti praeest rex regno, ac princeps suae prouinciae. Nolim tamen hic me tam imprudentem iudices, quasi uelim hic uel ad fastum aut pompam Ro. animare pontificem, qui se perpetuo seruũ seruorum dei debet agnoscere. Tamen quod Petro dedit, dominus hoc (quantũ in me fuerit) auferri non patiar.

LVTHERVS

ATque utinam hoc uerbum ad se pertinere crederent Ro. pont. Hęc est enim totius orbis quaerela q̃ dilectionem & doctrinã aliis relegantes, ad se nihil quidem putant pertinere. Intelligunt enim haec uerba ad populum pertinere, ut per quae cogere ad subiectionem omnes uolunt; & tamen pascua ad auditum uerbi (q̃ uerba sonant) nemo uocat. O felix ambitio: siquis usquam inueniretur, qui omnium pastor esse ambiret, q̃uis hunc non libentissime admitteret. Nunc aũt libẽter admittunt cuicunq; diligendi & pascendi officium. Sibi uero titulum diligendi & pascendi, & quae titulum sequuntur, lucra scilicet & honores reseruant. Desine itaq; a uerbis Christi torquendis, quia ea quae per hoc pontifici tribuis, penitus auferunt, & omnia ea imponunt, quae non tribuis, & ille quammaxime abhorret.

FABER

DOleo non parũ q̃ fere in omnibus tuis libellis põtificię dignitati nõ parum detrahis, imo dũ de cathedra Petri aceius pontifice, quem totus orbis christianus Christi uicariũ agnoscit, loqueris, ita excandescis, ut nemo posset uehementius uerberãs lapidem. Vide ne perdas manum (ut cũ

Plauto in Curculione loquar) Inferiorum sacerdotum honor etiam apud gentes in honore non mediocri fuit. Quod Diodorus Siculus in .2. ac alii pleriq; historici in locis quamplurimis testãtur. Taceo de summi pontificis dignitate ac eminentia, contra quẽ absq; discrimine effutire quæ uolueris olim grande piaculũ erat. Et tu si mi cam uirtutis haberes, a multis abstineres. Proculdubio scis Augu. egerrime tulisse, quãdo Petilianũ audiuit cathedrã aplicam appellare cathedram pestilẽntiæ. Et ego tibi obiicere possem sicut est in li. cõtra literas Petiliani .c.51. Cathedra tibi quid fecit ecclesię Ro. in qua Petr9 sedit. Sed forsan tu uel mihi abusus obiicies, aut q̃ illi nulla p̄ cęteris ecclesiis auctoritas tribui possit ac debeat, qd' ad abusus attinet. Si modo sint, hoc tene firmissime nunq̃ uel in Ro. uel alio põtifice me ꝓbasse abusus. Scio nãq; maledictionẽ a propheta uaticinatam Esaiæ .5. cũ ait: Ve qui dicitis malũ bonũ/& bonũ malum ponẽtes tenebras lucem/& lucẽ tenebras, amarum in dulce/& dulce in amarum. Scio quoq; in genesi mystico sermone enarratũ qũo diuiserit deus inter lucem ac tenebras, quod in hebræo sic scribitur, וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ Et cum apostolo Paulo exclamo, Quæ participatio iustitiæ cũ iniquitate? quę societas luci ad tenebras? qui cõsensus Christi ad Belial. Sed & nõ ignoro Aug. in .1. lib. de moribus ecclesiæ catholicæ recte consuluisse ꝓpter malos in ecclia ẽt eos qui præsunt ecclesiæ nõ esse male dicendum. Et Ignatius in epla ad Magnesianos: Dignũ est, inqt, uos obedire epõ uestro & in nullo ei cõtradicere. Terribile .n. est tali cõtradicere. Non .n. istũ uisibilem quis spreuit, sed illũ inuisibilem in eo cõtẽnit, qui nõ potest a quoq̃ contẽni. hic .n. nõ ab homine sed a deo habet ꝓmotionẽ. Dicit enim deus Samueli de contẽptoribus eius: Non te spreuerunt sed me. Nam & Moses populo aduersus se murmurãti dicit: Non .n. aduersus me murmurastis sed aduersus dñm deũ. Nemo enim inult9 remãsit, qui se cõtra potiores extulit. Deniq; in lege Dathan & Abiron Mosi resistentes uiui ad inferos depositi sunt, sed & Choræ & q cõspirauerãt cũ eo aduersus Aaron ducẽti quinquaginta igne consũpti sunt. Absolon etiam parricida existẽs, diuino iudicio arbori appensus est. Sed & cor eius qd male cogitauerat, sagittis transfixũ est. Nam & Achab & Amam nihilominus ꝓpter similẽ causam morte plexus ẽ. Ozias quoq; leprosus factus est, qui contra sacerdotes sacerdotiũ ausus est arrogare. Saul

Plautus

Diodorus Sicu.

Augustinus

Esaiæ.v.

Genesi

August.

Ignatius

& sacrificare psumẽs,regali dignitate dehonoratus est, nõ expectãs principẽ sacerdotũ Samuelem &c.hæc gloriosus ac re uera sanctus martyr Ignatius. Sed qđ passim apud ueteres de Ro. ecclia ac eius pontifice scriptũ esse cõperio,nõ parum me mouet, ut huic sedi sua iura (ne ordinẽ tabernaculi turbatum olim experiamur) facile nõ feram. Et tu intra te si redieris,non ignoras q cõstãt oia ex põdere

Apuleius

imo & mẽsura,ut Salomon olim dixit. Et ut Apuleius habet,nihil est sine ordinis dispositione. In oĩbus quoq; iste mundus ex ordine gestat,uel totus constat ex ordine. Nimirum si pro conseruãdo ordine ecclesiastico supremus aliquis agnoscatur. Scis ex. T. Liuio ac aliis historiaꝝ libris quantis excursionibus/quot obsessionibus fuerit Roma diuexata ac impetita: sed ꝓuidentia dei factũ est,ut post totidem obsessiones ac euersiones demũ hic aplici sacerdotii principatus habeatur,si Ambrosio crediderimus. Omitto hac de re quod

Vopiscus
Cyprianus

pulchre Fla. Vopiscus habet de restauratione urbis Romæ. Sed & ecclesiæ Romanæ quędã audi pręconia. Cypria. Carthagineñ. eps hanc cathedrã uocat ac ecclesiã principalẽ, unde unitas sacerdotalis exorta sit. Ita in.i.lib.eplaꝝ epla.3.testatur.idẽ quoq; dicit in ecclesia urbis Romæ suis temporibus q nulla hæresis unq̃ sumpserit exordiũ. Si ergo tpe Cypriani cathedra petri principalis fuit,illicq; nulla hæresis,cuius Septimius recordatus fuerit,sumpsit exordiũ, certe uix fieri potest,ut nõ aliquo dono gratiæ diuinæ fuerit hæc ec

Augustinus

clesia firmata. Quid q Aug. in libris de baptismo cõtra Donatist. Cyprianũ ac illius patres in Cartaginenñ concilio congregatos pro

Hier.

pter ecclesiã Ro. pulchre excusat. Et orthodoxus Hier. in dialogo aduersus Luciferianos audi quid dicat: Conatus est. B. Cyprianus contritos lacus effugere,nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticoꝝ baptisma reprobans,ad Stephanũ tunc Ro. urbis epum,qui a beato Petro uigesimus sextus fuit,super hac re Aphricanã synodũ direxit. Nolo hic dicere quod apud eundẽ Hier. in apologia aduersus Ruffinum habes de Carthario Ro. ecclesiæ. Et idem Hiero. in epistola ad Principiam uirginem mira dicit de sede Ro. maxime q Alexandrini sacerdotes & alii persecutionem Arrianæ hæreseos declinantes,quasi ad tutissimum religionis portũ Romã cõfugerint. Hieronymum etiã Romam cum sanctis pontificibus Paulino & Epiphanio ecclesiastica necessitas traxit, quoꝝ alter Antiochenam Syriæ,alter Salaminam Cypri rexit ecclesiam. Confluxerunt itaq;

sancti patres ad Romanam fidē tanq̄ ad purissimū fontē, ut Hier. uerbis utar, Nunquid nō uir ille sanctissimus Athanasius ad Romanum confugit pontificem. Et propemodū stupendas habes historias de eodem Athanasio Aegyptiorum ac Hilario Gallorum epis. De Eusebio ac aliis apud eundem Hier. aduersus Luciferianos scis quid scriptū inueniat. Tempore deniq; Ambrosii relationes factę sunt ad pontificē Ro. Sed audi quid dicat idem Ambro. Mediolanēsis eps in .10. li. epla℞, ubi cōqueritur de discordiis inter Euagriū & Flauianum demum ita subinfert. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ ecclesiæ sacerdotem, quoniam præsumimus te ita iudicaturum, quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enim utile erit consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas, si id uestro statuatur consilio, qđ communioni nostræ dissensionem non afferat, ut nos quoq; accepta nostrorum serie statutorum, quum id gestum esse cognouerimus, quod ecclesia Rom. haud dubie comprobarit, lęti fructum huiusmodi examinis adipiscamur. Et idē Ambrosius ad Siricium papam scribens inter cętera sic ait: Credatur symbolo apostolorum, qđ ecclesia Romana iterū semper custodit & seruat. Sed & summa diligentia pensandum est quod in .2. lib. contra Cœlestium & Pelagium Augustinus habet: maxime q̄ Cœlestius beati papæ Innocentii literis non sit ausus obsistere, immo omnia quæ sedes illa damnarit, damnaturum se esse promisit. Et Pelagius quanquam homo ingeniosus, Romanam tñ ecclesiam fallere usquequaq; nō potuit. De hac & aliorum dānatione idem Augustinus in .2. lib. contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium .c. 3. & non parua res est q̄ idem Augustinus in eodem libro primo Bonifacio scribens, beatissimum eum uocat: quanq̄ id & alios passim fecisse non ignorem. Et hunc pontificem Bonifaciū altiori fastigio præsidere fatetur inter cætera sic ad eum scribens: Quum communis sit nobis omnibus, qui fungimur episcopatus officio, quamuis ipse in ea præmineas celsiore fastigio specula pastoralis. Sed hæc fortasse diu post Christi natiuitatem facta ac recognita esse obiicies. Cui obiectioni ita respondeo. Scis Cyprianū tempore Valeriani uixisse, & sic circa annum domini ducentesimū quinquagesimum. Passus est enim sub Valeriano & Galeno principibus. Vixit & Hieronymus circa annum domini . 400. Quod ipsemet testatur in .2. libro aduersus Iouinianum: Quadringenti

Athanasius

Ambro.

Augustinus

Quo tpe Cypria.

Quo tpe Hiero.

inqt ferme anni sunt q̃ Christi ꝑdicatio fulget in mũdo: imo certũ est Hierony. anno ab orbe redẽpto. 331. sub imperatore Constantino oppido Stridonis esse natum. Et q̃ Ambro. ac August. sub tẽpore Hiero. uixerint, nemo est qui ignoret. Qd si illoꝝ temporibus tanta sedis Ro. fuit auctoritas, ut ad hãc ueluti matrẽ ac superiorẽ patres illi non solum scripserint sed & confugerint. Pie credendũ est ante illorũ tẽpora ita forsan ab apl'is uel sãctis saltẽ cõciliis illud idẽ esse traditũ ac ordinatũ, qđ & in pluribus aliis hodie credendũ puto. Nã quę toto orbe seruant̃, dat̃ intelligi ab apl'is uel cõciliis ita esse ordinata, ut habet Aug. in. 1. li. ad inquisitiones Ianuarii. c. 1. Habet & Damasc. in. 4. lib. de orthodoxa fide. Sed ad hæc oĩa dic quæso quid est hoc apud Hier. in catalogo scriptorum ecclesiasticoꝝ ita scriptũ esse legit̃. Policarpus Ioãnis apl'i discipul9 & ab eo Smyrnę eps ordinat9, totius Asiæ princeps fuit. Quippe q nõnullos apl'orũ & eorũ qui uiderãt dñm magistros habuerit & uiderit hic propter quasdã super die pascæ quęstiones sub imperatore Antonino Pio ecclesiam in urbe regente Aniceto Romam uenit, ubi plurimos cre dentium Martionis & Valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cũq; ei fortuito obuiã fuisset Martion, & diceret, Cognoscis nos? Respõdit, Cognosco primogenitũ diaboli. hæc Hier. Nolo hic dicere de Egesyppo qui uicinus fuit apostolicoꝝ tẽpoꝝ, qui se pari ter asserit uenisse Romam sub Aniceto, qui decimus post Petrum eps fuit, & perseuerasse usq; ad Eleutherium eiusdẽ urbis epũm, qui Aniceti quondam diaconus fuerit. Quanq̃ interea Sother etiã pon tificatum gesserit. Ad Polycarpum redeo. Quid putas mi Luthere hoc sibi uult, q̃ Ioannis euãgelistæ discipulus totius Asiæ princeps qui nõnullos apostoloꝝ & eoꝝ, qui uiderant dominum, magistros habuerat & uiderat, nõ ad Petrũ (mortuus. n. fuerat anno Neronis ultimo, hoc est. 14. Egesyppo Hiero. Euseb. ac aliis ita testantibus) Sed ad Anicetũ Petri successorẽ secũdum quosdã decimũ secũdum alios duodecimũ uenit, ac super dies paschæ quęstiones ꝓposuerit. Quid opus erat hic dubitare, cũ Policrates Ephesioꝝ epus testat̃ se ac alios Asiæ epos a Ioãne ac cęteris uiris sanctissimis didicisse, quo tpe ac die pascha celebrari possit ac debeat. Si par fuit illi ptãs, cur nõ per totã Asiam sup paschæ celebrationẽ cõstitutionẽ fecit. Alterũ iã audi. Quid hoc sibi uult q̃ in primitiua ecclesia Thessalonicẽn. eps in confirmãdis ac dirigẽdis uicinis suis episcopis uicarius fuit

Vnde Hieron. & vbi natus

August.

Hiero.

De Polycarpo

De Egesippo

Polycarpus

Polycrates Ephesiorum eps

Eps Thessalonicẽ

Romani pontificis uicarius inq̃ propter longinquam prouinciaꝝ distantiam. Qđ siqui per hunc Thessaloniceñ epũm etiã Metropolitani antistites grauati fuerunt, res tota ad pontificem Romanum relata fuit. Ita de Attico ueteris Epyri Metropolitano antistite factum esse certæ & uerissimæ nobis tradunt historiæ. Scis autem Thessalonicenses esse Macedones. Unde Strabo in .7. lib. Thessalonicam oppidũ Macedonũ esse dicit, quæ supra cæteras suæ ætatis urbes eximia ciuilitate floruerit. In ea & Caius, cuius Paulus meminit in epist. ad Ro. fertur traditione maiorum fuisse cp̃s de Epyro/Illirico/Propontide/Strimone & Nesto/aliisq; locis uicinis ac Thessaloniæ proximis, ut multa dicam, necesse non erit ea loca, quoniam a Ro. sede longissime distabant. Ac ne cathedræ Ro. aliquid forsan iuris adimeret, ordinatum est, ut quod ageret in hisce prouinciis Thessaloniceñ cp̃s, hoc tanq̃ põtificis Ro. uicarius ageret. Et forte successu temporis facta sunt hęc ex consensu apostoloꝝ, qui & scd'm Hireneũ ecclesias distribuerũt. Et licet hæc tibi forsan absurda uideãtur, ꝗ in actis apostoloꝝ scripta nõ inuenias: tñ nihil uel parum refert. Apostoli enim multa tradidisse perhibentur, quæ scripta non sunt, sicut est de quadragesima, quã Hier. ad Marcellã aduersus Montanũ asserit ex traditionibus apostoloꝝ esse institutam. Et Papias Ioannis auditor Hieropolitanus episcopus in Asia testatur, idẽ scribẽs se non uarias opiniones sequi, sed apostolos auctores habuerit. Unde considerauerit quid Andreas/quid Petrus dixissent, quid Philippus/quid Thomas/quid Mattheus uel alius quilibet discipuloꝝ domini: quid etiam Aristion & senior Ioannes & alii discipuli domini loquebantur. Sed de his alias tecũ disputabo profusius. Ad ecclesiæ Romanæ statum primitiuum redeo. De Hireneo, qui Lugduneñ in Gallia regebat ecclesiã, scribit Hiero. ꝗ is p̃sbyter a martyribus eiusdẽ loci ob quasdam ecclesiæ quęstiones legatus Ro. missus honorificas su pnomine suo ad Eleutheriũ cp̃m pertulerit literas. Is aũt Hireneus in primitiua uixit ecclesiã. Et legimus nõ absq; causa Orig. (qui & Adamãti9 dicit̃) anteq̃ Cęsareã migrauit, Romæ fuisse sub Seuerino epõ. Sed ut semel finiã, testãt̃ uetustissima scripta sanctoꝝ patrũ, qũo fere ex omni natione totius christiani orbis, ẽt ab his, qui tp̃ibus apl̃oꝝ ꝓximi fuerũt, relatiões ad Ro. pont. factę sint. Qđ si hoc sanctissimi p̃clarissimiq; uiri fecerunt, difficillimũ erit hanc nostro tempore ṗrogatiuam auferre.

fis p totã Macedoniam fuit vicarius Ro pontificis

Strabo

Habet hoc Hier. de dictionibus hebraicis

Hier.

Papias Ioãnis auditor

Hireneus

Hier.

Orig.

LVTHERVS


T dicis, Pascere non potest, nisi sit superior. Ergo licet non faciat officiū pastoris, non per hoc superioris amittit locū. Respondeo quid ad me? Quære ergo alia uerba quibus locum potestatis asseras hæc uerba aut amantē aut pascentem requirunt, aut nulli conueniunt. Nisi iterum noua latinitate Diligere plus his accipias pro eo qđ est præesse cæteris omnibus: & Pascere omnium iura/& opes possidere. Proinde nihil mirum si primatum tanto æstu quærunt: quem si uerbis in suo significatu acceptis gerere deberent; nec deum ipsum pro præmio essent expectaturi. Vides nunc quid sit illudere scripturas, seu, ut modestius dixi, ex frigidissimis decretis primatum hunc probare. Sequitur ex his ꝙ præesse/& nec diligere/nec pascere non est euangelicum, neq; christianum officium, sed mūdanum & humanū.

FABER


On est noua latinitas, per hæc uerba, Pasce oues meas, Petro quid speciale præ cæteris esse concessum. Ante mille annos Chrisost. probauit, ac dixit per hæc uerba Pasce oues meas, Petrum cæteris prælatum atq; præpositum. Huius certe auctoritati non parum tribuo, maxime dū diuū Hier. in epistola ad Aug. illius eruditioni atq; scripturis tanta tribuisse uideam. At non solus Chrisost. sed & alii itidem dixerūt sanctissimi uiri græci atq; latini. Quod, ut facilius credas, en Hiero. in Esaiam. c. 65. Agni credēdi sunt omnes, ait, qui in uestibus candidis sequuntur agnum quocūq; ierit, quos dominus Petro tradidit ad ad pascendum, dicens: Pasce agnos meos. Ea propter procul dubio passim apud doctores Petrus uocatur ac dicit͛ princeps apostoloꝝ. Ita apud Cyril. in. 12. lib. super Ioan. Et ante hunc idē reperit͛ apud Orig. in homel. 2. super Ioan. Chrysost. Itidem facit in homelia de sumētibus idigne diuina & sacta mysteria, quæ est mihi homel. 60. Ita in home. de di. ac pau. q̄ est mihi homel. 10. in ordine secūdi vol. Et iteꝝ in homel. 72. sup Ioā. Ac eodē epitheto idē os uere aureū Petrū ornat i hom. 87. sup eodē lib. Id pariter fecisse nō in uno loco dūtaxat legit͛ Hier. q̄ sępissime nō grauat͛ eū uocare principē apłoꝝ in

Chrysost. Hier. Cyril. Chrysost. Hiero.

primo libro aduersus Pelagianos. Simile facit in Esai.c.52. ubi & inter caetera haec uerba, Beatus es Simon Bariona, omnino refert ad personam Petri. Quod & idem habetur apud Chrysost. homelia .2. in psal. 50. quo in loco & Petrus uocatur colũna ac fundamentũ fidei. Sed ad Hier. redeo. Is ut nosti in epistolã ad Galat. c.1. item ac iterum eum principem uocat. Qd' & in epistola quę est ad Paulam & Eustochium antea fecisse legitur. Reperitur illud idem iterum apud Hier. in epistolam ad Galat. c.2. Et idem habetur in epistola quã scripsit Hier. ad Aug. Est & hoc idem apud eundẽ in psal. 67. Facit hoc D. ille Greg. in q̃pluribus locis: qui & hũc primũ pastorẽ uocat, ut supra ostendimus ex canticis eiusdem ac libro, quẽ pastorale uocat. Taceo quae apud Origenem/Cyprianum/Leonem/ac D. Bernardum habentur. Quid hoc igitur sibi uelle putas, q̃ toties uno & eodẽ uocabulo Petrus princeps uocatur apostolorum. Si nihil plus q̃ illis datum erat, cur principis nomen meretur? Scis quid sit princeps, quo in loco ponendus, quid statuere possit, quã potestatẽ habeat. Docet nos uerbi uocabulum, docent & leges, quas forte uidere non dignaris. Cũ tot itaq; sancti uiri patresq; doctissimi Petrũ hoc honorifico titulo toties ornauerint, fieri non potest ut non ex aliquo euangelii loco hoc dixerint. Qd' si principatum inter apl'os Petro dederimus, ut schismatis tolleretur occasio, post totidẽ sęcula Ro. pont. suum principatũ uix iuste auferre poterimus. Nisi cõtra consulta Hier. ordinem tabernaculi destruere uelimus. Et certe in hoc loco nostri saeculi decus & totius Germanię ornamẽtũ Erasmũ Roterodamum, cui uere plurimũ debes (ab illo enim didicisti non parum) sequi debebis. Is enim in annotationibus suis in acta apostolorum. c.9. Petrũ intrepide uocat apostolici culminis principẽ. ac in Matthei caput sedecimum, Ro. pontificem fidei christianae principem uocat. Et in Methodo Petrum nominat christianae professionis principem secundum Christum. Quae omnia propterea recensere uolui, ut disceres nõ sine causa domini uerbum ad Petrũ referri posse atq; debere.

Chrysost.

Hier.

Greg. Magnus

Ti. ff. d man. prim

Erasmi Roterod. honrifica mentio

LVTHERVS



[D]Ic mihi: si subditi erecti aduersus pontificem dicerent: Nolumus te audire neq; habere pro pontifice; quibus

uelles uerbis compescere: nunquid his: Pasce oues meas? At ipsi dicent: Quando pascis, quando diligis, ubi opus & res huius uerbi? ergo alio uerbo cogēdi essent, non isto. Quare sequitur ꝙ his uerbis nec ulla potestas nedum primatus cōmittitur, sed potestatē habēti officium diligendi & docendi imponitur, sicut Petro iam in apostolatum uocato hæc dicuntur. Dicis autem sufficit ꝙ per aliū doceat & diligat, non est necesse ut per se solum faciat. Respondeo, admitto, sed hoc isto uerbo non traditur. Quare & alio uerbo hanc licentiam astrui oportet. Hoc uerbum insuperabiliter concludit aut pastores esse debere, etiam per seipsos amātes & docentes: aut si nō per seipsos amantes & docētes nihil ad eos hoc uerbum pertinere. Atq; ita nihil probatur ex ipso pro monarchia Ro. sed potius cōtra pugnatur: cum tot amari & pasci ab uno sit impossibile.

FABER

Lucæ.xix. Vrum est uerbū populi clamātis Lucæ.19. Nolumus hunc regnare super nos. Ego quoq; Sophoclis carmen in te iuste reiicere possem.

ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς ξένοισι τρέφει

Petrus Et docemur a Petro subditi esse debere in omni timore dominis nō tantum bonis & modestis sed etiam discolis. Et supra ostendimus non usq; ad sanguinem pastorē esse excutiendū. Nam teste Cypri. Cyprianus plerūq; inde schismata nascuntur in ecclesia dei. Vbi autem sunt schismata, ibi & hæreses: sed forte schisma tibi cordi non est. En si incōsutilis tunicæ diuisionē minime curas, saltē schisma abhorreas quæso. & hoc si non uirtutis amore, saltem formidine pœnæ. Scio nāq; te non ignorare schismatum auctoribus id euenire posse, qđ Ex libro Regnoꝝ scriptum est in regnoꝝ libris, scilicet ꝙ a tribu Iuda & Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto rege alterū foris sibi instituerūt. Quare indignatus est dominus, sicuti scriptum est. 3. regum. 12. In omne semen Israel, & dimouit eos, & dedit eos in direptionē, donec abiiceret eos a facie sua, quia dissipatus est Israel a domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Naboth, indignatū esse dominum dicit, & eos in perditionē dedisse, ꝙ ab unitate dissipati Hæc apud Cyprianū ad Magnum. essent, atq; alterum sibi regem constituissent. Et tanta indignatio domini extitit aduersus illos, qui schismata fecerunt ut etiam quū homo de

homo dei ad Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua ſua expro-
braret, atq; ultionē futuram p̄dicerct, panē quoq; edere apud illos
& aquā bibere uetaret. Qđ cū nō cuſtodiſſet, & cōtra dei p̄ceptum
prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſura maieſtatis pcuſſus eſt, ita ut inde
regrediēs impetu ac morſu Leonis in itinere necaret. Vides mi Lu-
there q̄ grauis ſit ultio in eos oēs quotquot fuerint ſchiſmatū aucto-
res. Hanc hiſtoriā ob oculos tibi ſtatuas per pacis auctorē rogo, &
diſcas in eccleſia dei trāquillū agere doctorē: & toties phibitus noli
noli quæſo cruentā excitare tragœdiā. Vere .n. ni fallor, exitū talis
tragœdiæ recte p̄ſcribit, ut p̄moneat Hireneus in .4. li. cōtra hæret. Hireneus
dicēs: Hæretici alienū ignem afferentes ad altare dei, ideſt alienas
doctrinas, a cœleſti igne cōburentur, quēadmodū Naath & Abiu.
Qui uero exurgūt cōtra ueritatē, & alteros adhortant̄ aduerſus ec-
cleſiā dei, remanēt apud inferos uoragine terrę abſorpti, quēadmo-
dum circa Oreb/Dathan/& Abiron. Qui aūt ſcindunt & ſeparant
unitatē eccleſiæ, eandē quā Hieroboā pœnam percipiūt a deo. Et
nō ignoras quātū Aug. abhorreat has factiones ac ſchiſmata in li. Auguſt.
de baptiſ. cōtra Donatiſt. ac pluribus aliis locis. Nō ergo cōcitād9
eſt populus, q alioquin fœnum habet in cornu. An neſcis Maximi
Tirii uerbū in ſerm. 41. Popul9 furioſus eſt multiplex/multiſenus Fœnū in cornu Maximus Tirius
multipliciter affectus, q ſi in ſeditionē cōcitatus fuerit, iſ:nita mala
peragit, qđ & Thucididē hiſtoricū in .5. lib. cōfirmaſſe legimus. Et
uero uerius eſt, trāquillo populo (dicente Tirio) nihil eſſe lepidius.
Sed ad tua redeo. ſic infers. Si ſubditi ſic aduerſus pontificem di-
cerent: Nolumus te audire &c. Nunquid non itidē erga epiſcopos
presbyteros atq; diaconos iuſtiſſima occaſione facere poſſent? Sed
quomodo iam ſtabit quod ſcriptum eſt: Subiectus eſto pontifici
tuo: & quaſi animæ parentem ſuſpice. Sed id interim nunq̄ in men-
tem uenit dicito quæſo quod apud Hiero. ad furiam de uiduitate Hierony.
ſcriptum ſæpe legiſti, uidelicet illius monachi uita laudanda eſt,
qui uenerationi habet ſacerdotes Chriſti, & nō detrahit gradui per
quē factus eſt chriſtianus. Et in hac re quātū ad me ptinet (, ppitius
ita ſit mihi dominus) nihil eſt qđ ego magis deteſter q̄ populum
ſuſcitare ac incendere, ut contra paſtores criſtas erigant. Scriptum
enim inuenio apud Auguſt. 2. lib. contra epiſtolā Parmeniani. c. 4. Auguſt.
Habentes plebes tales ep̄os, q bona dicūt ex cathedra Moſi, & ea
quæ dicūt non faciunt ex peſtilentia ſua, ſi illi faciūt ea bona quæ

dicunt,& non faciunt ea mala quæ faciunt, sicut pcepit dominus. Nonne satis indicant nō intelligēdū ita principē populi & rectorē ciuitatis,quomodo isti intelligunt? Possunt.n.populi esse boni,ubi fuerunt epi mali: sicut potuit esse populus malus ubi fuit Moses princeps & rector bonus. Ad hæc ēt,ut uno uerbo cōcludā,subditis

August. quoq; respondeam. Audi quid idē August. iteꝝ in euangelio Ioan. tract. 5. Sint ministri iusti si uolunt. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Mosi sedent,securū me fecit magister meus,de quo eius dixit. Hic est qui baptizat,quō me securū fecit? Scribæ inquit & pharisæi super cathedram Mosi sedent: quæ dicunt,facite: quæ aūt faciunt,facere nolite. Dicunt.n.& nō faciunt. Si fuerit minister iustus,computo illum cū Paulo,cōputo cū Petro: cū istis computo iustos ministros:quia uere iusti ministri gloriam suam nō quęrūt. Ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt. Ergo computo cū Paulo iustū ministrū. Quid enim dicit Paulus? Ego plantaui,Apollo rigauit,sed deus incrementum dedit. Neq; qui plātat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incremētū dat,deus. Qui uero fuerit superbus minister,cū diabolo computat: sed non contaminatur donum Christi. quod per illū fluit, purum est:quod per illum transit liquidū, uenit ad fertilem terram, puta quia ipse lapideus est. hæc August. Ex his ad tumultuariā & plane popularem obiectionem satis esse responsum credo,maxime si quæ & alibi sparsim dicta sunt in animum reuocaris.

LVTHERVS



Idemus quidem officium diligendi & pascendi a pontificibus Romanis tradi epis,retento titulo pastoris & amatoris. Et epi eodē noie seruato tradūt curatis:curati capellanis. Nomen per oēs trāsit,& hæret: officiū trāsit & in nullo hæret. Sed & fratres mēdicantes sumpto ab illis officio strēnue eos imitant. Maiores & magistri officium docēdi fratribus terminariis imponūt. Ipsi noie officii cōtēti adeo molestū est uerbū dei docere/diligere/& pascere,ppter qd'unū fili9 dei uenit i mūdū, misitq; spūs sctū:& oia fecit,ut officiū hoc esset officiosissimū. Qd' si satis est p alium docere,qd amplius facit eps q̄ laicus? Nonne uel Turca potest iubere aut permittere ut alius diligat ac pascat. Quid

ergo necesse fuit Petro tot uicibus repetitis mandare hoc officium, & tam instanter urgere. Est iste modus euangelii interpretandi Pasce oues meas idest promitte iube ut alius pascat. Si ille alius per alium pascat, & tertius per quartum, ac sic sine fine usque ad neminem, ubi manet uerbum Christi? aut qua decentia cæteri sequaces pascent, quando primores & qui plus his debent, non pascunt? Cur Christus non fecit idem? Cur Petrus etiam non otiatus per alios pauit?

FABER



Renouas hic cicatricem uulneris antiqui, & reuera plus iusto acerbius ac molestius. Scis quo tempore uixerit D. noster Hieronymus. Is in epistolam ad Titum scribēs c. 1. conqueritur sua tēpestate plurimos esse, qui in constituendis presbyteris per singulas urbes non quærant eos, qui possint ecclesiæ plus prodesse, & in ecclesia erigere columnas, sed quos uel ipsi amant, uel quorum sint obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit. Et, ut deteriora taceam (inquit) qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt. Vides qui fuerint abusus circa presbyteros deligendos etiam tēpore Hiero. Sed idē sanctus pater quāquam iustam habuerit latrandi occasionem, tamen ante hac post hanc sententiam non nisi modestissima scribit / hortatur ac monet. Citat enim hoc euangelii uerbum Lucę decimo: Qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eū qui me misit. Sic & qui uos audit, me audit: qui autem me audit, audit eum, qui me misit. Deinde ex epla ad Hebræos tertiodecimo c. Parete principibus uestris & subiecti estote. Ipsi enim sunt qui uigilant pro animabus uestris, quasi rationem reddentes. Cum eodem Hieron. tamen id assero ac dico quod ab eodem scriptum inuenio: Episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos, honorent clericos quasi clericos, & ipsis quasi episcopis honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut principem, quum tu me nō habeas ut senatorem? Quod Aaron & filios eius hoc episcopum & presbyteros esse nouerimus. Vnus dominus, unum templum, unum sit etiā ministerium. Recordemur semper quid aplus Petrus pcipiat sacerdotibus: Pascite qui in uobis est gregē dñi pro

Hieronymus

Lucas

Paulus

Hierony. ad Nepotianum.

Domitius imperator

uidentes non coacte sed spontanee secundum deum: neq; ut turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neq; ut dominantes in clerũ, sed forma facti gregi ex animo, ut cũ apparuerit princeps pastorꝫ, percipiatis imarcessibilẽ gloriæ coronã. Pessimæ cõsuetudinis est in quibusdã ecclesiis tacere presbyteros, & p̃sentibus epis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignẽtur audire. Et si alii, inquit Paulus, fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Potestis.n. per singulos prophetare, ut oẽs discãt & cõsolent̃: & spiritus ꝓphetarꝫ prophetis subiectus ẽ. Nõ.n. dissensionis est deus sed pacis. Gloria patris est filius sapiẽs. Gaudeat iudicio eps suo, cũ tales elegerit sacerdotes. hæc Hier. Et idem Hier. in Hierem. c. 12. ecclesiasticis, qui uerba dñi & doctrinã eius mala cõuersatione disperdunt, dicit̃, quasi triticum seminãt, & spinas metunt, expectante dño, ut fructum facerent, & non fecerũt iudiciũ sed clamorem: de quibus infertur: Cleri eorꝫ non proderũt eis. Quid .n. eos iuuare poterit epi nomen, & p̃sbyteri, uel reliquus ordo ecclesiasticus? cũ magis grauẽtur dignitatibus suis, & potẽtes potenter tormenta patientur: & quanto eis plus creditũ fuerit, tãto plus requiritur ab eis. Hęc Hier. circa abusum sui sæculi docere nõ erubuit. Sed nihil tale uspiam in Hier. deprehendis. Tale inquam quale tu per omnes gradus & quasi in infinitũ taxas, ita etiã ut nec tui confratres a tua repræhensione possint euadere. Confratres aũt tuos puto religiosos cæteros, qui uota uouerunt dño & reddunt: de quibus in alio loco tecum agemus.

Paulus

LVTHERVS



Igitur si ista uerba ad põtificiã potestatẽ cogas seruire, in neruum tua res ibit. Et concludes a tẽpore Gregorii Magni non fuisse pastorem in Ro. ecclesia. Hic enim fere ultimus eorꝫ est, qui sacras lr̃as tractauerũt. Quare si gloriaris dictum esse Petro: Diligis me plus his? Benefac & uiues. dilige plus cæteris. pasce plus cæteris: induentur arietes ouium, & ualles abundabũt frumento: clamabunt, & hymnum dicent. Qd' si per diligere plus his intelliges maiorem te aliis: iam uerbo Christi alienam intrudis intelligentiam. Non enim aliquid iubet̃ subditis per hæc uerba, sed Petro. Non dicit estote oues sub Petro, sed Petre pasce oues: & tamen illud uolunt, hoc nolunt.


Cis quid scriptum sit apud Cyprianum.3.lib.ad Quirinum non temere de altero iudicandũ in euangeliis sec. Lucam: Nolite iudicare ne iudicemini, nolite condemnare ne condẽnemini. De hoc ipso ad Ro. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? dño suo aut stat aut cadit: stabit autẽ potens enim deus statuere eum. Et iterum: Quare inexcusabilis es o homo? in quo enim alium iudicas, te ipsum condẽnas. eadẽ enim agis quæ iudicas. Speras aũt tu qui iudicas eos, qui mala agunt, & eadem facis: quia ipse effugies iudicium dei. Item in epistola ad Corynth. prima: Et qui se sperat stare, uideat ne cadat. Et iterũ: Siqs se putat scire aliquid, dũ non scit, quemadmodũ oporteat. Et Hier. ad Asellam, Periculosum esse ait de seruo alterius iudicare, & nõ facilis uenia praua dixisse de rectis. Sed uera est sentẽtia eiusdem in libro aduersus errores Ioannis Hierosolymitani: Qui inimicus est, in scyrpo nodum quærit. Amicus quoq; praua recta iudicat. Qđ si de uiuis iudicare phibemur, multo minus mortuos iudicare poterimus. Scriptum est enim ecclesiastici .7. Mortuo non prohibeas gratiam. Et in eodẽ lib. c. 22. Supra mortuũ plora: deficit enim lux eius. Et forte non ignoras q̃ indignum sit ingenuo uiro luctari cũ laruis. pugna hæc est umbratica: Quam etiam referente Suida gentiles detestati sunt. Hoc ut christianus sentio ac dico: sentias tu quicquid uelis. Tamen esset ualde periculosum a nongentis annis ecclesiam a suo sponso sic derelictam, ut astruamus inter centum & sexaginta pontifices nõ fuisse pastorem in Ro. ecclesia. Credat hoc quisquis uelit. Ego piissime credo inter hos patres fuisse nõnullos & sanctos & doctos, quoꝶ iudicio fere tota stetit ecclesia, nec ab illis pastoris nomen unq̃ adimi debet. Et quia mortuoꝶ famã lacerare immo salutem eorum quantum in te fuerit obscurare uideris, eo q̃ a tempore Gregorii Magni hic dicis in ecclesia non fuisse pastorem, qui nomen pastoris saltem re ipsa meruerit. Vnde quorundam pontificum uitam breui descriptione depingam, quo totus etiã intelligat orbis te hic incaute ne dicam temere cõtra Chylonis dictum maledixisse mortuis. Papa itaq; in ordine septuagesimus fuit Dominus dedit patria Romanus. Hunc tãtæ sanctitatis ferũt, fuisse, ut quẽdam obuium elephantiæ morbo laborãtem osculo suo

Cypria. ad Quirinum lib. iii. c. xxi.

Paulus

Hieronymus

Ecclesiastici

Pugnare cũ laruis

Suidas

Chylo

Dominus dedit

Ioannes iiii. lepra statim liberauerit. Ioannes quartus natione dalmata quã primum pontificatum iniit, statim mira pietate captiuos ex ecclesiæ Theodorus.i. thesauris liberauit. Theodorus primus omnia quæ ad dignitatem religionis christianę pertinere arbitrabatur, circũspiciebat, ut bonũ pastorem decet, in omnes maxime autem erga pauperes mira beni Adeodatus gnitate utens. Quid dicã de Adeodato patria Romano uiro omni religioni dedito, quem historici dicunt in delinquentes fuisse clementem, in pauperes beneficum, in hospites benignum, erga calamitosos misericordẽ. Nec minor laus est Agathonis illius, qui uir Agatho tãtæ sanctitatis fuit, ut leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Tantæ præterea mãsuetudinis & humanitatis fuit, ut Leo.ii. neminem a se unq̃ tristem dimiserit. Leonis autẽ secundi laudem præterire nõ possum, qui præter doctrinam & eloquentiã plurimę pietatis & clementiæ fuit quiq; omnis uerbis & exẽplo ad iustitiã & fortitudinem/humanitatem/& benignitatẽ adhortabatur. Nec Cenon minori p̃conio dignus Cenon habetur, qui fuit moribus/literatura pietate/religione/dignitatis specie insignis, quem nõnulli angelum ob uenerandam caniciem & dignitatem formæ appellarunt, animi simplicis & integri/modestiæ & iustitiæ singularis / constantiæ & Sergius prudentiæ plus q̃ humanæ semper est habitus. Et Sergius ita inter sacras literas uersatus ac incẽsus perhibetur, ut illius uirtute & sanctitate Saxones fidei nostræ characterem susceperint. Qd' si forte alium Gregorium habere cupias, en Gregorius tertius qui fuit uir Gregorius.i. singularis doctrinę & humanitatis p̃cipue gręca atq; latina lingua eruditus, mentem diuinæ scripturæ ita callens, ut nemo tunc disertior p̃dicatione atq; interpretatione rerum occultaꝝ & admirabiliũ habereť. Præterea uero ne uerbo tñ & cohortatione populos mouisse arbitraretur omnia quæ exemplo mouere possunt, ita assidue obibat, ut indicare difficile sit promptior ne lingua, quam opere ha bendus esset: orthodoxæ fidei ita acerrimus defensor fuit, ut ob cã rem maximorum principum graues simultates & inimicitias susceperit, non armis/non potentia/non minis cuiuspiam e gradu constantiæ deiectus. Zacharias inter pontifices optimos annumerať: Zacharias fuit enim uir mitissimi ingenii/miræ suauitatis & gratiæ, omni uirtute p̃ditus, cleri ac populi Ro. amator, ad irã tardus, ad misericordiam & clementiam promptissimus, nulli malũ pro malo reddẽs: sed ad imitationem saluatoris malum in bono uincens. Sed dicas

an tuo iudicio mentiantur historiæ testantes Stephanum secundū uirum extitisse singularis religionis & prudentiæ,amatorem cleri, ecclesiaꝝ restitutorem; & quod te affirmante maximum est,is erat christianæ doctrinæ diligēs pdicator & scriptor. Et apparet Paulus ille primus uitā doctoris gentium strennue imitatus, pontifex fuit mitissimus ac tantæ pietatis, ut etiam noctis tempore pauperum ægrotantium cubicula circuiret: unumquēq; coꝝ & uerbis & elemosinis ad recuperandā ualetudinem cohortatus:carcerēq; adibat, inde plerosq; ære alieno uexatos psoluto creditoribus ptio dimittebat,pupillos & uiduas tuebatur,& elemosinis sustentabat. Et dies me deficeret, si de sanctitate & doctrina Stephani quarti/Eugenii secūdi/Valentini/Romani/Leonis quarti/ Innocētii tertii ac alioꝝ plurium recēsere uelim, qui re uera præcelluere mirum inmodum cæteros mortales religione/inocētia/pietate/gratia/doctrina deniq; incomparabili. Tu ergo uideris quam indigne proponas a tēpore Gregorii Magni pontificē nō fuisse,qui pastoris nomen meruerit. Discas ergo cohibere calamum,ne os in cœlū posuisse dicaris. Scis Cyprianum de raritate bonoꝝ ita conquestum,si Mosem/& Aaron & Samuelem hodie haberet ecclesia,cum inuocarent, exaudirent: & orātibus Iob/& Noe/& Daniele,populo parceret. Rarus hodie Phinees qui perfodiat impudicos, rarus Moses qui occidat sacrilegos,rarus Samuel qui inobedientes lugeat,rarus Iob qui pro negligentia sacrificium offerat, rarus Aaron qui coram Pharaone cōminationes diuinas edicat,rarus Noe,qui his, quibus submersio iminet,arcā bitumine litam prouideat. Qđ si hoc in ecclesia primitiua deprehenditur,nimirum si eo tēpore quo extincta est charitas,multorum id fieri uidemus. Et res est non parui mysterii ꝙ Petrus in fide firmissimus/apostolorum confidentissimus post tantam saluatoris promissionem in tam grande negationis ruit peccatum:hunc tamen benigno uultu respexit dn̄s,& ter negāti gratiā nō negauit. Qđ si Petro tam grāde peccatum condonatū fuit a dn̄o,successores illius & si quandoq; lapsi fuerunt,certe in grātiam redire potuerūt. Possem hic tibi de Onesymo recensere historiam, & non solum de Onesymo,qui furto quædam rei domesticę pertinētia compilarat, & denuo digna pœnitentia maculas uitæ prioris absterfit. imo de Galatis, quos iterum Paulus apostolus parturiit. Ii siquidē regulā fidei receperant,tamen rursum sunt ad infidelitatem relapsi:quare

Stephanus.II.

Paulus.I.

Cyprianus

Ex epistola ad Philemonem

& secundo reuocantur ad ueritatis rectitudinem & pœnitentiam. Insuper iubetur Ioannes ecclesiæ Ephesi scribere: habeo aduersum te pauca q charitatem tuam primam reliquisti. Memor igitur esto unde exicideris, & age pœnitentiam, & prima opera tua fac. Vides ne quomodo dominus hortetur etiam post lapsum eos ad pœnitentiam, qui a recto calle oberrarunt. Itaq; non deiiciendi sunt atq; dānandi primates ecclesiæ, etiam si uitiosi fuerint, atq; criminibus obnoxii, in ictu oculi resipiscere possunt, nec illis denegata est gratia. Sed iam satis superq; probatū esse credo etiā a malo pastore gregē domini posse pasci. Et forte consultius egisses Babilonem resina medendo, quam hisce scōmatibus, & quasi theonino dēte fere omnes lædere pontifices non modo uiuos sed & mortuos. Qd' si obieceris tibi donatum a domino, ut prauos mores passim corripias, proin diligendus non odio fueris habendus. Ecce tibi respondeo. Fateor grande peccatum esse odisse corripientem, ut Hiero. uerbis utar in Amos. c. 5. Tamen non secus quam si non odio sed amore corripiat: si solus ad solū, si assumpto fratre altero, si postea præsente ecclesia, ut nō studio detrahēdi sed emēdationis tuæ uideat' crimē ingerere: hoc an seruaris tu ipse iudicato, sed forte modum perquiris paulo meliorem. En mi Martine nunq̄ Hieronymum in lamentationes Hieremiæ. c. 4. ita scribentem legisti: Boni rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis lenimētum student peccantes ab erroris laqueo eruere, q̄ per austeritatem in foueā perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentium qualiter suis subditis præfuerit, ostendit dicens: Factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnia omnibus factus sum, ut omnes facerem saluos. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Et iterum apostolus Vnusquisq; uestrū proximo suo placeat in bonū ad ædificationē. An uero non credis obiurgationem non potius ad perditionem q̄ ædificationem conducere. Cauenda itaq; hæc erant omnia, quibus odia implacabilia suscitari potuerunt.

Babylon resina medenda est
Ex Ausonio & Horatio.

Hier.

LVTHERVS



CREDO itaq; manifestissimum esse has duas euāgelii auctoritates nihil ad rem facere, & frigidissimum atq;

inefficax esse quicquid hucusq; per ipsas in hac re formatũ est. Ex his iam facile est decreta ipsa iudicare quam infirmiter sua probẽt, quod ut clarum faciam, aliquot adduco.

FABER



Credo ego mi Luthere tot sanctis patribus ac cõmuni consensui christifidelium plus q̃ tibi tribuẽdum. Quid dixerint, aut affirmarint, partim induximus. Sed stat tota contẽtio tua uerbum Matth. 16. in personam Petri referri non posse. At non unius sed multorum contra te sententia pugnat, maxime Origenis in Matth. homel. 1. Cypriani in primo epistolarum libro epistola. 3. & lib. 4. epla. 9. in lib. 2. tract. de habitu uirginum. in tract. de simplicitate platorum. in sermone de bono patientiæ. in libro de hæreticis baptizandis ad Iubaianum, ubi non modo semel sed bis de Petro loquens dicit super eũ ędificatã ecclĩã: & q; illi claues traditæ fuerint. Itidem habet Hier. in Amos. c. 6. & paulo expressius in Esaiæ. c. 2. & in Hierem. c. 16. & in lib. aduersus Iouinianum. in epla ad Marcellam aduersus Montanum. Deinde Ambro. eadem confirmat in. 2. lib. de uocatione omnium gentiũ. & in lib. de Isaac & anima. c. 5. in euangeliũ Lucæ lib. 7. in sermone de fide Petri apl̃i, q; est mihi in ordine. 47. Nec deest nobis Cyrillus urbis Alexãdrinæ patriarcha sanctissimus in Ioan. lib. 2. c. 12. Iam quid de Chrysostomo dicã? qui pariter hæc euãgelii uerba in Petri personam refert in homel. de diuite & paup. Taceo plerosq; eiusdẽ Chrysost. locos. De Augustino supra ostendimus quomodo in lib. retractationũ. 2. nolit eam damnare sententiam, quam uel ipse uel alius uerba hæc de Petri persona intelligat, aut intelligi posse ostendat. Sed & Hilarius Pictauień eps omnino in Petri personam hæc uerba refert, uti supra ostendimus ex canone sedecimo in Mattheum ex libro de trinitate. Asserit hoc Tertullianus: confirmat Fulgentius: accedit Beda: Et ante hos omnes Hireneus ille episcopus de fide christiana optime meritus confirmat. Infra quoq; quid Theophilus quid Theophilactus & alii Græci cõtra te scripserint, sane intelliges. Itidem & ter sanctus Leo habet in. 11. sermone de passione Domini. In his & pluribus aliis sacræ scripturæ locis reperiť hæc euãgelii uerba de psona Petri posse ac debere intelligi.

Matth.
Origenes
Cyprianus
Hieronymus
Ambro.
Cyrillus
Chrysostomus
August.
Hilarius

Dionysius — Quare ut ecclesiastica hierarchia coelesti hierarchiæ iuxta uerbum Dionysii quisquis is fuerit, recte respondeat. Tutius erit ac ueritati magis cōsonum primo & principaliter Petro tanq̄ summo doctori præsuli/pastori/capiti/ac principi utrūq; euangelii uerbum hoc est Matth.16.& Ioan.ult. iuxta sanctoꝝ patrū interp̄tatiōe adscribere. Sed & iterum nos hic tecum occasione data, parum expatiari permittas. Magna sunt quæ dixit ac fecit Petrus: & re uera parua nō sunt quæ dedit & fecit illi dominus. In transcursu uideamus ex

Matth.xix. — Euangelistis an hæc uera sint. Matth.19. Postq̄ Iesus adolescentem docuerat quomodo uendere deberet omnia & dare pauperibus, si perfectus esse uoluerit: & q̄ facilius esset camoelū per foramē acus pertransire, q̄ diuites intrare in regnum coeloꝝ: Prosiliit Petrus, & respondens dixit: Ecce relinquimus omnia & secuti sumus te; quid

Math.xxvi. — ergo erit nobis? Matth.26. quando Christus discipulorum fugam scandalumq; futurum insinuabat, Petrus præ cæteris ait: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. & iteꝝ: Si oportuerit me mori tecum, non te negabo.

Marci.ix. — Marci.9. Postq̄ Iesus assumpsit Petrum/Iacobum/& Ioannem, & duxit illos in montem excelsum solos, & transfiguratus est coram ipsis, & uestiméta eius facta sunt splendida & candida nimis uelut nix, qualia fullo nō potest super terram candida facere, & apparuit illis Helias cum Mose, & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus ait: Rabbi bonū est nos hic esse: faciamus tria tabernacula

Marci.xi. — tibi unū, Mosi unū, & Heliæ unum. Marci.11. Transeuntibus discipulis ficum, cui pridie maledixerat dn̄s, Petrus dixit: Rabbi

Marci.xiii. — ecce ficus, cui maledixisti, exaruit. Marci.13. Quum egrederetur Iesus de tēplo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister aspice quales lapides, quales structuræ. Et ait Iesus illi: Vides has oēs magnas ædificationes: Non relinquet̄ lapis supra lapidē qui nō destruet̄. Dein uero sedens in monte oliuaꝝ cōtra tēplū, interrogabat eū separatim Petrus/& Iacobus/Ioannes/& andreas: Dic, quando ista fiēt̄ & quod signum erit, & quando hæc omnia incipient consumari?

Lucæ.v. — Lucæ.5. Quando Iesus stabat secus stagnum Genazereth, & uidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendēs aūt in unam nauem, quæ erat Simonis rogauit eū e terra reducere pusillum. Et sedēs docebat de nauicula turbas. Vt cessauit aūt loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, &

laxate retia uestra in capturam. Et respondēs Simon dixit illi: Per totam noctem laborantes nihil cepimus, in nomine aūt tuo laxabo rete. Et demum Simon Petrus procidēns ad genua Iesu dixit: Ecce domine quia homo peccator sum. Lucæ .8. Mulier quædā erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari: accessit retro & tetigit fimbriā uestimēti eius, confestim stetit fluxus sanguinis. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cū illo erant: Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit. Lucæ .19. Interrogauit discipulos dicens: Quem me dicunt esse turbę? At illi responderunt & dixerunt, Ioannem Baptistam. Alii autem Heliam. Alii uero quia unus propheta de prioribus surrexerit. Dixit aūt illis: Quem uos me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus Christum dei. Lucæ .12. Postquam Christus parabolam dixerat de patrefamilias, ait ei Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Petrus Lucæ uigesimosecundo seruo pontificis abscidit auriculā. Lucæ .24. Petrus surgens cucurrit ad monumentum, procumbens uidit linteamina sola posita, & abiit mirans quod factum fuit. Ioannis .6. Postquam dixerat illis dominus de pane uitę, manna in deserto/pane de cœlo/pane uiuo de spiritu uiuificante. Et quando multi discipulorꝫ eius abierūt retro, & iam nō cum illo ambulabāt, dixit Iesus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Respōdit ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? uerba uitę æternę habes, & nos credimus: & cognouimus quia tu es Christus filius dei. Ioānis .13. Dixit Iesus: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ad inuicē discipuli hęsitātes de quo diceret. Erat aūt recūbēs un9 ex discipulis in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est, de quo dicit? Et in eodē cap. loquente dn̄o discipulis suis: Filioli adhuc modicū uobiscum sum, quęretis me. Et sicut dixi Iudeis: Quo ego uado, uos non potestis uenire. Dicit ei Simon Petrus: Domine quo uadis? Respondit Iesus: Quo ego uado non potes modo me sequi, sequeris me aūt postea. Dixit Petrus: Quare nō possum modo sequi? animā meā pro te ponam. Ex iis itaqꝫ pluribus locis euāgelicis manifeste apparet Petrum cæteris feruentiorē fuisse, ac ꝙ suis dictis & factis reliquis fuerit mirabilior. Sed iam quid Christus Petro fecerit,

Lucæ .viii.

Lucæ .xix.

Lucæ .xii.

Lucæ .xxii.

Lucæ .xxiiii.

Ioannis .vi.

Ioannis .xiii.

Petrus p̄ ceteris apl'is honoratus a Christo

quo honore eum decorarit, quid illi demandarit audiamus. Ecce Petrus inter apostolos primus esse perhibet. Quod quidē apparet partim ex euangelio Matthei, ubi Petrus in apostolorum uocatione primus est. Nec ignoro qd' de apostolorum uocatione ab euangelistis sit traditum: & quomodo Graeci,cū Hieronymo consentiant, qui per iuga apostolorum numerū primo iungunt loco Petrū,& Andreā: proximo Iacobum Zebedaei & Ioannem fratres: tertio Philippū ac Bartholomeum:quarto Thomam & Mattheū:quinto Iacobum Alphęi & Cebeium cognomento Tadeū: sextoSimonem Cananeū & Iudam Schariotem. Hanc disputationem in aliud tēpus seruās, iam dico neminem nescire Petrum passim primū apostolorum uocari haberi/ac esse. Pergo ut enumerem quid illi dederit ac fecerit dn̄s, quod recitatione dignum esse puto. In ultima coena quū lauaret pedes discipulorum, dominus uenit ad Simonem Petrum. Vbi licet Chrysost. crediderit Iudam primum fuisse discipulū, cui Christus lauerit pedes, tamen hūc locū August. tractans in euangelio Ioan. tract.56. sic ait: Quis nescit primū apostolorum beatissimū Petrū. Sed non ita intelligendum est, q̄ post aliquos ad illum uenerit, sed q̄ ab illo coeperit. Quādo ergo pedes discipulorum lauare coepit, uenit ad eū a quo coepit idest ad Petrum:& tunc Petrus qd' etiā quilibet eorum expauisset, expauit, atq; ait: Dn̄e tu mihi lauas pedes. hęc Aug. Matthei.8. Venit Iesus in domū Simonis Petri. Super quem locū scribens Chrysost. hortatur in hęc uerba. Tu hic summam Petri in Christum reuerentiam considera. Nam cū socrus sua domi iaceret caloreq; febris arderet non traxit eum nec cogere cogitauit, sed expectauit quousq; praedicationem absolueret: caeterosq; omnes qui tunc ad eum confugerant curasset,& tunc demum quum intrasset ad ipsam iacentem, rogauit. Sic statim ab ipsis initiis aliorum cōmoda suis praeponere discebat. Petiit aūt domum eius non ab eo uocatus, sed sponte atq; a se ipso, ut qui a Centurione audierat: Domine nō sum dignus ut intres sub tectū meū. Hinc quanti faciebat discipulum possit intelligere: & re uera magnum erat regem regum humilem piscatoris casulam subire. Ita Chrysostomus ad uerbum. De clauibus & potestate ligandi soluēdiq; satis superq; dictum est. Nec uidetur admodum necesse ut repetamus nominis mutationē: ubi Marci.3. legitur q̄ imposuerit Simoni nomē Petrus. Et Ioan.1. Tu Simon filius Ioanna tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus

Hieronymus

Chrysostomus Augustinus

Math. viii. Chrysostomus

Marci. iii. Ioannis. i.

Petrus. Quale hoc nomẽ fuerit, infra depingemus. Vbi ex Chryso. ꝓbabimus, annuẽte dño, Cephas nomẽ esse & auctoritatis & ꝓtãtis ꝑcipuæ atq; maioris. Marci .5. Quando Iesus uolebat intrare domũ Archisynagogi, & suscitare puellã mortuã, nõ admisit quẽq̃ se sequi, nisi Petrũ & Iacobum & Ioãnẽ fratrẽ. Magnum pietatis officiũ erat, q̄ Christus Petrũ post trinã negationẽ tã benigne respexit, ut etiã egressus foras fleuerit amare. Ioan. 21. Qũo illi pascendas oues cõmiserit, paulo ante recitauimus. De iis quæ in actibus apłoꝝ legunť, ne plus iusto prolixiores simus, iã nihil cõferemus. Nempe supra ostensum est, quid & quãtum ille præ cæteris egerit ac ꝑdicarit. Taceo hic de miraculosis Petri operationibus, de q̄bus proprium caput apud August. habetur, obiter ea citare uoluimus, ut aliquãtulum appareret, quibus prærogatiuis, quibus eminẽtiis iuste Petrus ex euangelica historia adornari extolliq; posset. Habes etiam Marci ultimo Petrum præ cæteris a domino nominatum. Vnde ait: Dicite discipulis eius & Petro &c. Nec aliis minor fuit, si miracula pensemus. Non enim non solum suscitauit mortuos, sed quos eius umbra contigit, sanabat. Vnde actuũ .5. magis augebať credentium in domino multitudo uirorum ac mulierum, ita ut in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut ueniente Petro, saltim umbra illius obumbraret quẽquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis, primus baptizabat. Nec mysterio caret, q̄ illius nauem Christus ascendit &c. Ioannis .xxi. Augus. Marci ult.

Ea omnia sic dicta ac peracta intelligo, ut Petrus in hoc cætu apostolorum aliquid maius acceperit, sit quoq; cæteris eminentior & maior. Ea propter non sine causa dicitur illi, Petre pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Parce quæso mi Luthere, si quãdoq; tecũ ex apertis & nemini nõ notis sacræ scripturæ locis, sermonẽ ꝓlixiorẽ ineo. Non. n. cõtra te dũtaxat pugno, sed iterim ad id tẽdo, ut quoddã genus hominũ (scis qd uelim) a fabulis & inani philosophia auocẽ, ac ad sacra dei eloquia, q̄bus nihil dulcius unq̃ quasi ad uera pascua ducam. Qđ si cõsequi possem, crederẽ me gratũ obsequiũ ꝑstitisse deo. Tecũ ergo sępe locut9 sũ in iis, q̃ te scire optime noui, sicut & ab initio libri feci tibi oñdens qñ Petr9 fuerit locut9 ꝓ oibus, & qũo diceretť os apłoꝝ, nõ q̄ hoc te latere putarẽ, sed q̄ euangelicaꝝ historiaꝝ ignari sic ꝓ certo intellexerãt, quasi Petrus ubiq; ꝓ apłis & interrogarit, ac res

ponderit. Hos ut ignito dei eloquio ego incederem ex ordine locos euãgelicos aliquot tibi recẽsui,qd & hic data opa feci. sed pgamus.
Dilexerint licet & reliqui discipuli dominum, inter quos Ioannes euangelista laudem meretur nõ mediocrem. Sed hũc Petro pferre
Origenes non audet Origenes. Non audẽt & alii,licet etiã Ioãnes & Iacobus fuerint iuxta uerbum August. honoratiores inter apostolos,tamen
August. Hilarius præfertur illis Petrus. Propter quod sanctus Hilarius in laudem Petri super Matth. canone. 14. sic ait. Hoc in Petro considerandũ est fide cum cæteros anteisse. Nam ignorantibus cæteris primus respondit, Tu es filius dei uiui. Primus passionem dum malum putat detestatus est, primus & moriturum se & non negaturũ spopondit. Primus lauari sibi pedes prohibuit,gladiũ quoq; aduersus eos,qui dominum cõphendebant,eduxit. Ascensu autem eius in nauem uentum & mare esse sedatum, post claritatis suæ reditum æternæ ecclesiæ pax & tranquillitas indicatur. Et quia tum manifestus adueniet,recte interim admirãtes,uniuersi locuti sunt, Vere filius dei est. Confessio enim uniuersoꝶ tum & absoluta & publica erit dei filium non iam in humilitate corporea,sed in gloria cœlesti pacem ecclesiæ reddidisse. hæc Hilarius.

Nec mirum fuerit,si speciale quid crediderimus,Petro præ cæteris esse donatum. Vbiq; Petri animus feruentior esse uidetur. Declarat hoc Hieronymus in Matthæum. c. 15. sic dicens: In omnibus locis
Hieronymus ardentissime fidei inuenitur Petrus. Interrogatis discipulis,quem homines dicerent Iesum,dei filium confitetur. uolentem ad passionem pergere prohibet. Et licet erret in sensu, tamen non errat in affectu,nolens eum mori. Quem filium dei fuerat,paulo ante confessus, in montem cum saluatore inter primos primus ascendit, & in passione solus sequitur. Peccatum negationis quod ex repẽtino timore descenderat,amaris statim abluit lacrimis. Post passionem quum essent in lacu Genazereth,& piscarentur, & dominus staret in littore, aliis paulatim nauigantibus,ille non patitur moras, sed
Cyril. sup Ioan. accinctus,statim præcipitat in fluctus. Sic quoq; inquit Cyrillus in nono super Ioannem: In piscatione cui intererant Petrus & Ioannes,erat ille feruentior,hic altior:ille uehementior, hic perspicacior. Quanquam Ioannes prior cognouit Iesum, Petrus prior ad eum properauit. Neq; parua erant signa quæ nam quærit Chryso-
Chryso. sup Ioan. stomus homelia octuagesimasexta super Ioannem, primum ꝙ

multos cepissent pisces, inde ꝙ non scinderetur rete. Praeterea ꝙ priusquam descenderent, prunas uiderint & piscem impositum & panē, quem non ex subiecta materia fecerat. Vt propter quandam dispensationem fecit ante crucem. Vt ergo cognouit eum omnibus reiectis & piscibus & rete, succinxit se Petrus. Vides & reuerentiā & desiderium. At qui ducentis quasi cubitis aberant, non tamen naui appellere expectauit, sed natando ad Iesum uenit, quanquam paululum trepidauerit. Non enim tantus erat ac talis, ut inquit Origenes super Exodū homel. 6. qui nihil omnino de specie plūbi in se haberet admixtum. Habuit, licet parum, propter quod dicit dominus: Modicae fidei quare dubitasti? Habes ergo iterū quae fecerit Petrus, & quae illi prae caeteris dominus fuerit largitus. Quae quidem omnia ad primatum, quem ego defendo nō tam pro laude Petri q̄ ordine tabernaculi non parum faciunt. Orig. sup Exodū

LVTHERVS



PRimus est Leo dis. 19. c. Ita dominus noster, inq̄t, Iesus Christus humani generis saluator instituit, ut ueritas quae ante legis & prophetarum preconio continebat, per tubam apostolicam in salutem uniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terrae uerba eorum. Sed huius muneris sacramenta. Ita domi nus ad omnium apostolorum officium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro omnium apostolorum summo principaliter collocaret: ut ab ipso quasi a quodā capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem se intelligeret diuini mysterii esse, qui a Petri soliditate recederet. haec ille. Quis obsecro non uidet sanctū & eruditum hunc uirum humana passum? Nam si per soliditatem Petri intelligat fidē, quā Petrus cōfessus est. Matth. 16. recte & euāgelice dicit. Haec enim fides est petra, a qua Petrus nomen habet, a qua si recesserit, merito exors est diuini mysterii. Verum si per soliditatē Petri intelligat iurisdictionē & potestatem Petri & Ro. pontificis quilibet facile capit, ꝙ uerbo euangelii abutitur & fallitur. Nonne omnes apostoli fuerunt in soliditate Petri, & tamen sub Romana ecclesia nō fuerūt? Sanctus Stephanus & alii a Paulo persecutionē passi, in soliditate Petri fuerunt, anteq̄ Romana ecclesia fieret. Matth. xvi.

Quid p Petri soliditatẽ itelligi dẽat

Leo in serm.


Vnc recte, ni fallar, beatissimi Leonis uerba intelligemus, ubi nonnullos eiusdem uiri locos cum hoc textu contulerimus, & ut id fiat necesse est. Audi itaq; quid in secundo sermone suæ pontificiæ assumptionis dicat: Soliditas inquit illius fidei, quæ in apostolorum principe est laudata, & sicut permanet q; in Christo Petrus credidit, ita permanet q; in Petro Christus instituit. Quum enim, sicut in euangelica lectione reseratum est, interrogasset dominus discipulos, quem ipsum diuersa opinantibus crederent, respondissetq; beatus Petrus dicens: Tu es Christus filius dei uiui: Dominus ait: Beatus es &c. Manet ergo dispositio ueritatis. Et beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseuerans, suscepta ecclesiæ gubernacula non reliquit. Sic enim præ cęteris est ordinatus, ut dum petra dicitur, dum fundamentum pronunciatur, dum regni cœlorum ianitor constituitur, dum ligandorum soluendorumq; arbiter mansura etiam in cœlis subditorum suorum defunctione pręficitur. qualis ipsi cum Christo esset societas, per ipsa appellationum eius mysteria nosceremus: qui nunc plenius & potentius ea, quæ sibi commissa sunt, peragit, & omnes partes officiorum atq; curarum in ipso, per quem est glorificatus, exequitur. Siquid itaq; a nobis recte agitur, recteq; discernitur: siquid a misericordia dei quottidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum atque meritorum, cuius in sede sua uiuit potestas, & excellit auctoritas. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa confessio, quæ a deo patre apostolico inspirata cordi, omnium humanarum opinionum incerta transcendit, & firmitatem petræ, quæ nullis impulsionibus quateretur, accepit. In uniuersa namq; ecclesia Tu es Christus filius dei uiui quottidie Petrus dicit. Et omnis lingua quæ confitetur dominum, magisterio huius uocis imbuitur. Et in alio loco sic ait: Omnes apostolos dominus quid de se opinentur interrogat. At ubi quid habeat discipulorum sensus exigitur. Ille primus est in domini confessione, qui primus est in apostolica dignitate. Qui quum dixisset: Tu es Christus filius dei uiui, respondit ei Iesus: Beatus es Simon Bariona, quia pater meus te docuit, nec opinio te terrena fefellit: sed inspiratio cœlestis instruxit, & non caro/ & sanguis, sed

Petrus petra/fundamẽtũ/regni cœlo᷑ ianitor/ligando᷑ soluẽdorũq; arbiter pronũtiat

Leo

ille metibi cuius sum unigenitus indicauit. Et ego, inquit, dico tibi hoc est, sicut pater meus tibi manifestauit diuinitatem meam, notam facio tibi excellentiam tuam. Quia tu es Petrus: idest quum ego sim immobilis petra, ego lapis angularis qui facio utraq; unũ Tamen tu quoq; petra es, quia mea uirtute solidaris. Vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hãc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi nõ ꝑualebunt aduersus eam. Super hanc, inquit, fortitudinem æternũ extruam templum: & ecclesiæ meæ cœlo inserenda sublimitas in huius fidei firmitate consurget. Hanc confessionem portæ inferi nõ tenebunt, mortis uincula non ligabunt. Vox enim ista uox uitę est. Et sicut confessores suos in cœlestia prouehit, ita negatores ad inferna demergit. Propter qđ dicit beatissimo Petro: Tibi dabo claues regni cœloꝶ: & quęcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueris super terram, erũt soluta & in cœlis. Transiuit quidem in alios apostolos uis potestatis istius, & ad oẽs ecclesię principes decreti huius cõstitutio cõmeauit. Sed nõ frustra uni cõmendat' quod omnibus intimat'. Petro .n. ideo hoc singl'iter credit': quia cũctis ecclesiæ rectoribus Petri forma ꝓponit'. Manet ergo Petri priuilegium ubicunq; ex ipsius fert' æquitate iudicium. Et idem epistola ad Flauianum Constantinopolitanum episcopũ: Petrus, inquit, non imerito beatus pronunciatus est a domino, & a principali petra soliditatem & uirtutis traxit & nominis: qui per reuelationem patris eundem & dei filium confessus est & Christum. Et Ambrosius, quem supra citauimus, clare testatur quid per Petri soliditatẽ possit intelligi. Nec id qđ Leo scribit aduersat' Ambrosio imo & illius aptationem et Hieronymus facit, quod & ipse testat' in pulcherrima epistola ad Damasum Romanæ urbis episcopum, quam ex Syria scripsit, quum habitaret prope Antiochiam. huius uerba sunt hæc: Mihi cathedrã Petri & fidẽ apostolico ore laudatã censui consulendam. Inde nunc meæ animæ postulans cibũ, unde olim Christi uestimenta suscepi. Neq; uero tanta uastitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terraꝶ, me a preciosæ margaritæ potuit inquisitione ꝓhibere. Vbicũq; fuerit corpus, illic cõgregant' aqlę. Profligato a sobole mala, pãtrimonio apud uos solos incorrupta patrũ seruat' hæreditas. Ibi cespite terra, fœcũdo dñici seminis puritatẽ cẽteno fructu refert. Hic obruta sulcis frumẽta, i loliũ auenasq;

Ambro.

Hierony.

degenerant. Nunc in occidẽte sol iustitiæ oritur. In oriente autem Lucifer ille qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum: Vos estis lux mundi, uos sal terræ, uos aurea uasa & argentea: hic testacea uasa uel lignea, uirgam ferream & æternũ operantur incendiũ. Quanq̃ igitur me tui terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas a sacerdote uictimã salutis, a pastore præsidium ouis flagito, facessat inuidia, Romani culminis recedat ambitio, cũ successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primũ nisi Christũ sequẽs, beatitudini tuæ idest cathedræ Petri cõmunione consocior. Super illam petrã ædificatam ecclesiam scio. Quicunq; extra hanc domũ agnum cõmederit, prophanus est. Siquis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. hæc Hieronymus.

Vides iam quid per soliditatem Petri possit intelligi iuxta mentem beati Leonis. Vides & .D. Hieronymum non parum tribuere sedi Romanæ. Forsan hoc propterea fecit non ignorans quanta fuerit ac sit soliditas Petri. Sicut ergo supra admisimus, hæc uerba Matth. 16. Tu es Petrus &c. in personam Petri ac confessionẽ ecclesię posse referri, ita iam etiam non negamus. Idem quoq; & facere nos docet Augustinus. Docuerunt Orig. Tertullianus/Hieronymus ac alii. Sed quod ad Romanam attinebat ecclesiam, supra ostendi. Vnde pergendum duxi, breuitati studere uolens.

LVTHERVS



Einde eadẽ humani affectus labilitate dicit in aplo Petro principaliter collocatum munus docẽdi, trahẽs ad singularẽ Petrum, quod propheta plurali & indiscreto numero dixit, Sonus eorum & uerba corũ. Sed & hoc manifeste falsum, q; Petrus caput sit toti9, a quo dona sua Christus in omne corpus diffundat, nisi intelligat partẽ ecclesiæ, quæ docẽte Petro erudita est, ut est latina & occidentalis ecclesia. Nam etiã per alios apostolos pręsertim Paulum dona sua diffudit in multo plures q̃ per Petrum: ut mihi miraculũ sit tam profunde huius pontificis mentem fuisse occupatam, ut hoc scribens non meminisse potuerit Pauli & alioꝝ apostoloꝝ. Si ergo dixisset per quem dona sua in corpus diffunderet, recte dixisset. Sed in omne corpus nimium dictum est.



Vod ad pluralium numerum attinet, tibi respondere dedignor, quum tam puerile sit argumētum, ut etiam uix primis ibutus literis diluere possit, & uerba Leonis nodum hunc apertissime soluunt. Quare ad alia trāseo supra ex Cyrillo/Chrysost. ac aliis iteꝝ atq; iteꝝ ostēdimus Petrum dici caput apostoloꝝ. Quicquid ex te negaueris, id firmissime credo quod Hier. affirmat Petrum esse caput constitutum. Vt schismatis tollatur occasio ita expresse in lib. i. aduersus Iouinianū. Consentit in hanc sententiam Cyprianus. Cur ergo mi Luthere contra totidē patrum scripta Petrum negas caput apostolorum? Non ergo dicere debebas manifestū esse falsum Petrū esse caput. Sed q̄ impugnas per Petrum non esse diffusa dona Christi in omnem ecclesiam: & q̄ per alios apl̄os, imo per Paulum in multo plures hæc dona fuerint diffusa. Scio ego Paulum uere dixisse, Creditum est mihi euāgeliū præputii, sicut Petro circūcisionis, Qui enim operatus est in me ad gentes &c. Tamen uerum est qđ illic dicit Ambro. Petrum solum nominat, inquit, & sibi comparat: quia primatum ipse accepit ad fundandam ecclesiam: se quoq; pari modo electum, ut primatum habeat in fundādis gentiū ecclesiis: ita tamen ut & Petrus gētibus prædicaret, si causa fuisset & Paulus Iudæis. Nam uterq; inuenit̄ utrūq; fecisse. Sed tñ plena auctoritas Petro in iudaismi p̄dicatione data dinoscitur, & Pauli perfecta auctoritas in p̄dicatione gentiū inuenitur: unde & magistrum se gentium uocat in fide & ueritate. Vnusquisq; enim pro uiribus suis & dispensationem sortitus est. Difficilius enim fuit eos qui longe a deo erant, ad fidem suam attrahere, & suadere quam proximos. hæc Ambrosius.

Et Hieronymus in eadem Pauli uerba scribens, sic ait: Occulta hic oritur quæstio. Quid igit̄ Petrus si inuenisset aliquos ex gentibus non eos adducebat ad fidem. Et Paulus, Si ex circūcisione aliquos reperisset, nō eos ad Christi baptismū prouocabat? Quod ita soluit̄ ut dicamus principale singulis in Iudæos & gētes fuisse mandatū, ut qui defendebant legem, haberent quem sequerentur. Qui legi gratiam præferebant, non deesset eis doctor, & primus. In cōmune uero hoc eos habuisse propositi, ut Christo ex cunctis gentibus ecclesiam cōgregarēt. Legimus. n. & a beato Petro gentilē baptizatū

Cyrillus

Hieron. aduersus Iouinianum

Ad Galatas. ii.

Ambro.

Qđ Petro sic circūcisiōis & paulo p̄putii euāgelium creditū sit: vt vterq; vtrūq; facer̄ nō sit prohibitus.

Hieronymus

Petrus gentilē baptizat. Paulus in synagoga docet. Quā singuli fere apl'i regionem in sortē receperint. Hier. in epistola ad Marcellam.

fuisse Corneliū, & a Paulo in synogoga Iudæoꝝ Christū sæpissime prædicatum. Et supra ostendimus Petrum in Iudæa prædicasse primum. Dein ꝗ Pontum/Galatiam/Cappadociam / Asiam/atq; Bithyniam legibus euangelicę prędicationis impleuerit. Et quanq; in India Thomas,in Illyrico Paulus,in Creta Titus,in Achaia Andreas,ut pulchre habet Hieronymus in epistola ad Marcellā, imo apostoli in toto orbe dispersi prędicarint euangelium, ita ut quidā Persas Indosq; penetrarint, & Ethiopia daret manus suas deo, & trans flumina Ethiopiæ inde Christo munera deferrentur,& ab in sulis maris,ut est apud eūdē Hier. in Esa. c. II. Tñ nō est res parua ꝗ Petrus uigintiquinq; annis Romæ p̄sedit, ibiq; Christū docuit. Quod & ex Ambrosio & Leone dicimus rē esse specialis mysterii. Qd' si Leonem suspectum habeas, sanctum Hilarium in prologo psalmoꝝ ita loquētem audi: Romana lingua(inquit) media inter Hebræos Græcosq; collecta, quia his maxime tribus linguis sacra mentum uoluntatis dei & beati regni expectatio p̄dicatur. Ex quo illud Pilati fuit, ut iis tribus linguis regem Iudæorum dñm Iesum Christum esse præscriberet. Nam quamuis multæ barbaræ gentes dei cognitione secundum apostoloꝝ prędicationem & manentium hodie illic ecclesiaꝝ fidē adeptæ sint. Tamen specialiter euangelica doctrina in Romani imperii(sub quo Hebræi & Græci cōtinent) sede cōsistit.hęc Hilarius. In Roma itaq;,quę totius orbis quondā dña fuit,quæ & ꝑpter eximiā uirtutē a scriptoribus urbs appellari solita fuit,Petrus uerbum dei prædicauit,ibiq;,Egesyppo teste,uitā sacro martyrio finiuit: quasi ipse apostoloꝝ.s. maior & honoratior illic uoluerit Christi fundare ecclesiam,quæ reliquarum esset principalis & domina, a qua tanquam matre aliqua per totam Europā multæ ecclesię quasi filiæ nascerentur. Et dein per totum terrarum orbē illius gratiæ dona atq; pręcepta diffundi possent atq; deberēt. Quod & factum,multis indicabo scripturis.

Hiero. in Esa. c. xi. Petrus annis. xxv. Romæ p̄sedit.

Hilarius ī ꝓlogo psalmorum.

Egesippus

LVTHERVS



Equitur idem Leo. Hunc(Petrum) enim in consortiū indiuiduę unitatis assumptū:id quod ipse erat, uoluit nominari dicendo: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. ut æterni templi ędificatio

mirabili munere gratiæ dei in Petri soliditate consisteret. Iterum per soliditatem Petri non fidem uniuersalis ecclesiæ, sed potestatē Romanæ ecclesiæ significat, & uerbū Christi sub persona propria non aūt ecclesiæ accipit dictum: ut clare ex sequentibus patet; ubi dicit: Verum hanc firmitatem Petri istius sanctissimam deo, ut diximus, ędificante constructā, unius uult impia pſumptione uiolare qsquis eius potestatē tentat infringere fauendo suis cupiditatibus, & id qd' accepit a ueteribus nō sequendo. Ecce seipsum exponit soliditatem Petri esse potestatē Romanæ ecclesiæ. Idem per secretissimam fidē spiritus & æternā iurisdictionis potestatē intelligēs, non sine uerbi euangelici iniuria. Non ergo infringit soliditatem Petri, qui sub legibus Romanæ ecclesiæ non uiuit, sed qui non id credit, quod Petrus confessus est.

FABER



Augustinus in libro de moribus ecclesiæ catholicæ .c. 1. tradit quis possit interpretari scripturas. Et inter cętera docet scripturarum expositionem ab iis petendam esse, qui eorum doctores se esse profitentur, fieriq; posse, imo id semper accidere posse, ut multa indoctis uideātur absurda. Quæ cū a doctoribus exponuntur, eo laudanda uideātur altius, quo abiectius aspernanda uidebantur: & eo accipiant' aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur. Et in eodem libro .c. 2. pulchre probat naturæ ordinem ita se habere, ut quū aliquid discimus, rationē præcedat auctoritas. Quum itaq; in hoc euangelii loco uerbo iam ex multorum patrum & nouissime beatissimi Leonis auctoritate ostendimus quomodo hęc euangelii uerba/ac demū soliditas Petri debeat intelligi, nolo tibi nisi usq; ad aram imo sacris credere doctoribus, quos iam a mille annis ac ultra sancta credidit ac seruauit ecclesia. Qd' si tua dogmata post totidem annos illibata subsititerint, forsan habebis qui tua probēt etiam usq; ad sanguinē. Nec moror etiam si pręsumpseris te secretioris scripturæ eū ac talem esse interpretem, cui sit merito credendum. Meminisse iuuabit neminē sibi oportere blandiri iuxta sententiam Hiero. aduersus Luciferianos: Si de scripturarum capitulis uideatur affirmare qd' dicit, cū & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in legendo

Auguſt. Personaȩ pariter & diuturnitatis rō seruanda

Vsq; ad aram

Hieronymus

consistant, sed intelligendo. Alioquin si literã sequimur, possumus & nos quoq; nouum dogma componere, ut asseramus in ecclesiam non recipiendos, qui calceati sunt, & duas tunicas habeant. Sed de iis alio in loco forsan cõmodius. Verba Leonis uera & clara sunt. Vnde cũ nodum in scyrpo quęsieris, te nõ syncerũ interp̃tẽ ostẽdis.

LVTHERVS


Rotestor autem ego q; decreta quidem eiusmodi non damno. Nihil enim nec saluti deperit, si tolero alicuius uiolentæ scripturæ interpretationem, modo uera & legitima intelligẽtia iuxta sit salua. Sed hoc adnitor, ut rẽ & fidem nostram constanti & solida intelligẽtia discamus firmare. Quamuis enim huiusmodi abusiones scripturæ ualeãt pro his, qui iam credunt, & tolerandæ sint, tamen oportet etiam, si cũ cõtẽtiosis oriatur bellum, habere simplicem & germanum sensum uerborum Christi, qui stare in acie uictor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus.

FABER


Ossem optimo iure tuã taxare inconstantiam, te quoq; ex ꝓprio ore iudicare. Siquidẽ displicuere tibi Behemi in disputatione lipsica, quãdo cum Ioanne Eccio olim in theologia meo præceptore super primatu Petri disserebas, sed modico post tempore eos christianissime uiuere constantissime affirmasti. Reprobabas eos q; auctoritate ꝓpria ab unitate nostra se separassent, etiam si ius diuinum pro illis staret: postea q; ita fecerint, maxime cõmendabas. Hic non uis damnare decreta, quæ tũ auctoritate propria Vulcano tradideras. Quis mi Luthere te rerum illarum iudicem cõstituit, dicito quæso? Nouimus anteq̃ Theognis nasceretur, in decretis quasdam esse paleas, quas ueluti zizania cũ tritico patienter toleramus. Non latebat nos quæ essent iuste abrogata, quę quoq; seruanda fuerint, erant nobis, quoꝝ certã sententiam intrepide sequi potuimus. Sunt in professione sacrarũ literarum Origenes / Cyprianus / Lactantius. Scimus quæ sint in Origene cauẽda docuit nos partim D. Hieronymus, maxime quæ

Satius fuisset com bustis paleis triticum ab incendio seruasse

Hierony.

libri περὶ ἀρχῶν habent. Docuit nos Augustinus quæ in Cypriano reprobāda sint. Docuerunt & alii Firmiani Lactantii errata q̄plurima. Sed nemo tam temerarius fuit, qui Lactantium etiā propter quinquaginta errata modo, si non excusationem ea merentur, obtulerit ad altare incensi. Qđ si Augustino permittitur, ut quædam in melius mutauerit, nonnulla retractarit, æqua ratione canonistis id permittendum erat. Sed forsan ea causa moueris, ut audio, quoniā & tua damnata sint omnia, quanq̄ non sint errore conspersa. Quid alii fecerint, meum non est referre iudicium. Nisi q̄ pie mihi persuadeo id non inconsulte & non sine causa urgentissima factum. Nouerunt illi Salustianū: Vbi mature consulueris, opus est facto. Tamen si Origenis sententia locum haberet, iustam forsan quærulandi causam accepisses. Siquidem Adamantius in homelia. 9. sup numeros sic scripsit. Si in bathyllis æreis quæ sunt figura scripturę diuinæ, hęretici alienum ignem imposuerint, hoc est sensum & intelligētiam alienam a deo, & ueritati contrariā, inducētes incēsum domino nō suaue, sed execrabile offerūt, quoties tale aliquid fuerit exortū. Ea quidē, quæ a ueritate aliena sunt, ab ecclesia dei penitus abstrudātur. Siqua autem etiā in ipsis hæreticoꝝ uerbis scripturæ diuinæ sensibus inueniuntur inserta, ne pariter cum illis, quę fidei & ueritati non sunt contraria, respuantur. Sanctificata enim sunt quę de scriptura diuina proferuntur, & deo oblata. Hæc tñ modo prętereo, ad alia sermonem uertens. Scis q̄ Hierony. in ecclesiast. c. 10. docuit ea tenenda, quę ab uno pastore sunt data, & a concilio atq; consensu prolata sapientium. In illis inquit Hier. nihil facias, nihil tibi uēdices, maiorum sequere uestigia, a maiorū auctoritate nō discrepes. Quare impiissimum duxerim tā religiosas antiquoꝝ patrum sanctiones damnare. Nec parum miror ubi de ieiunio ac eucharistia passim in tuis libris disseris, te uerborū Hieronymi ad Lucinium, adeo esse oblitum, ut plane cōtrarium & scripseris atq; præceperis. Scis autem Hieronymū ita scripsisse de sabatho, Quid quæris, utrū ieiunandū sit, & de Eucharistia, an accipienda quotidie. Qđ Romanæ ecclesiæ & Hispaniæ facere perhibētur. Scripsit quidam Hyppolitus uir disertissimus, & carptim diuersi auctores e uariis auctoribus edidere. Sed ego illud te breuiter admonendū puto traditiones ecclesiasticas præsertim quæ fidei nō officiant, ita obseruandas, ut a maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudi-

August.
Lactantius
Salustius
Origenes
Hieronymus
A maiorū aucte nō ēē exorbitañ.
Hieron.
Hyppolitus

nem aliorum contrario more subuerti. Atq; utinam omni tempore ieiunare possemus. Quod in actibus apostoloꝝ diebus pentecostes & die dominico apostolum Paulum & cum eo credentes fecisse legimus. Idem eucharistiam quoq; absq; condẽnatione nostri & pungente conscientia semper accipere, & psalmistam audire dicentem, Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. & cum eo canere, Eructauit cor meum uerbum bonum. Nec hoc dico q̃ dominicis diebus ieiunandũ putẽ, & contextas sexaginta dieb9 ferias auferã, sed unaquæq; prouincia abundet in sensu suo, & præcepta maiorũ leges apostolicas arbitretᷣ. hæc Hiero. Iam tu hic uide mi Luthere quo labaris, quando nihil in ecclesia seruandum putas q̃ qd' ex̃p̃ssa nouæ legis sanctione firmatũ ẽ. Ea ꝑpter in te etiã maxime miror, cur multa seruari præcipias, quæ tamen nonnisi antiqua obseruatione probare potes, quale est ritus celebrandi non solo uino sed & aqua mixta, & sexcẽta id genus sunt, quę nec tu reprobare uideris. Qd' si in hoc ab obseruatione totidẽ annis recepta non recedis, cur reliqua, quę tamen fidei nõ officiunt, sic uellicas, & quodã impetu tollis? Desine quæso per deum opt. max. miscere sacra prophanis. Qd' si omnino quiescere nolis, mensas numulariorũ, non mensam domini euertas. Qd' si contenderis canones aliquot pro tempore mutatos esse, proin reiiciẽdos cogitare debebas, & legem a deo traditam mutatam esse, quod & fractio tabularum per Mosem facta, pulchre signauit. Tamen in his nihil unq̃ inuenire potuisti, quod euangelii legem immutarit, aut articulis fidei contrarium esset. In ecclesia primitiua subortę fuere dissensiones, sicuti propter unũ & alterum uerbum orientalis & occidentalis ecclesię separatę fuerũt. Orta sunt schismata, subortæ sunt hęreses Arrianoꝝ, & eoꝝ, quoꝝ meminit Augustinus in lib. de hæresibus ad quod uult deum. Sed quo pacto, quibus mediis quali patrum consensu damnata sint ex pontificio iure, quod tu nobis sustulisti, discere potuimus. Erat illic ordo tabernaculi, quem imperturbatum habere oportet. Qd' si in his circa iudiciaria uel cerimonias forsan aliqua inter se cõtraria erant (ut asseris) certe propterea fides non periclitabatur, modo moralia salua essent, de quo al's tecũ. Sed demus. Fuerint hic quędã ubi & auctores humana passi fuerint, inter quos & Leonem hunc reponere uideris. Nunquid non uerum est quod August. habet in lib. de uera religione. c. 6. Ecclesia catholica per totum orbẽ ualide

August.

Augustin. de uera religione. c. vi.

lateq;

lateq; diffusa,omnibus erratibus utit' ad profectus suos,& ad corũ correctionem,quum euigilare uoluerint. Vtitur enim gentibus ad materiam operationis suæ, hæreticis ad probationem doctrinę suę, schismaticis ad documentum stabilitatis suæ, Iudæis ad comparationem pulchritudinis suæ. Alios ergo mutat,alios excludit, alios relinquit,alios antecedit. Omnibus tñ gratiæ dei participandæ dat potestatem,siue illi informandi sint adhuc,siue reformandi, siue recolligendi,siue admittendi. hæc August. Et certe consultius erat in unum congerere quæ cauenda fuerãt,sicut de Origene & Lactãtio factum esse sciebas,q̃ pium cum impio perdere, & innocentem cũ nocente damnare. Sed forte uerum est, quod dicitur, Facilius est dãnare q̃ imitari. de his satis. Ad tua redeo. Decretum Leonis sacrę scripturæ nullam uiolẽtiam facit. quod enim ad soliditatem Petri attinet,hoc quoq; alii fecisse uident',inter quos & Hier. unus est in Hiere. c. 16. Qd' si totidẽ sanctos patres sacrã uiolentasse scripturã, tuæ prudentiæ innixus ipse contenderis,tu uideto q̃ difficile fuerit contra totidem fortes Hercules in fide pugnare. Quũ tñ in protrito prouerbio sit: Ne Hercules quidem contra duos intrepide. Ego eos sequar,quos sancta probauit antiquitas.

Facili⁹ est dãnare q̃ imitari

Hierony.

LVTHERVS



Eque enim cũ illis sentio,qui Ro. pontifices nõ errasse putant, & apud eos solos esse ueram scripturæ intelligentiam,quũ longe cõtrarium hic & multis aliis locis uideatur,homines fuerunt sicut & cæteri episcopi.

FABER



Este Hieronymo, magister apostolorum fuit spiritus sanctus,& non sine grandi mysterio,secundum Augu. apostolis spiritum sanctum esse datum. Euangelium habet. Poterant tamen ii peccare, & labi, ut est apud Hiero. in. 1. c. ad Galatas. Potuerunt & errare, citra tñ iniuriam ueritatis,qd' ex multis locis probare possemus,quãq̃ & excusationem habeant maxime in citandis testimoniis non modo prophetarum,

Quis scripturas interpretari habeat

Hiero.

sed & apocryphorum. Qd' si hoc apostolis contingere potuit, quorum a Seraphim in omnem terram prædicatio porrecta est, & quorum sonus mūdi limites penetrauit. Vti Hieronymus ad Damasum scripsit. Et quorū doctrina fluxit, ut ros, ut est apud eundem Hieronymum in Micheæ. c. 5. Certe ni mirum si quandoq; Pontifices errarint. Illi forte non semper merentur, ut sint theodidacti, quales apostolos fuisse Hier. ad Paulinū scribit. Et certe scripturarum liber septem sigillis signatus est, quē non oēs aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet Dauid clauē, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Et eunuchi sunt multi Esaiam nō intelligentes, qui Philippi institutione egent, sed omnes excusationem merentur, si errauerint absq; incōmodo euangelii, & ipsi fatent se nihil posse, neq; debere contra articulos fidei, contra apostolū, cōtra quatuor concilia sc3 Nicenū/Constantinopolitanum/Ephesinum & Chalcedonen. Et expressum est papam posse simoniā cōmittere, hæreticum fieri, posse errare, quāquā etiā habeat omnia iura in scrinio pectoris sui, de qbus multa passim apd' Cācellariū Parrhisien. Sed hoc dono magnæ gratiæ Ro. sedi accessisse credo, quod, ut est apud Cyprianum & Hier. Romæ nulla primo cœpit hæresis pullulare. Nec minus id mirandum fuerit, q Cyprianus Hier. Aug. & alii scripturar ueră intelligentiam semper ad arbitriū pontificis Romani tanq̄ ad portum tutissimum destinarint, illucq; confugerint Athanasius/Hilarius/ac alii sanctissimi patres. Et iuste nemo negare poterit Romam semper uiros habuisse doctissimos, ex quorum iudicio sæpe fidei ueritatem didicimus. Sed quia canonistam ago, licet imeritum & meaz partium esse credo statuta canonū (tū usq; ad aram) tueri. Vnde ad causas, quas te mouisse dicis, ut decretorum libros igne combureres, mihi festinandum puto. Siquidem hæc dum scriberem, dono cuiusdam amici incidit in manus meas tuus iste libellus, ubi causas tuæ combustionis assignas. Certe grandia pollicebantur tui sectatores, gloriabantur se eo sæculo natos, quo tu uiueres, qui nequitiam pontificii iuris solus fueris assecutus. Sed certe parturiere montes, natus est ridiculus mus. Nempe si nihil in canonibus erat iusta repræhensione dignum, q̄. qd' a te dānatum uideo, nō erat tanta tragœdia mouenda, imo nec ad seditionē tumultuariā totus cōmouēdus orbis. Obiter itaq; percurram q̄ taxāda putasti. Nō erubescis frater in Iesu selecte rudi ac

Hier. ad Damasū
Hiero. in Mich. c.
Hiero. ad Paulinū
Actuum
Io. Gerson.
Cyprianus
Hiero.
August.
Talis cōgratulatio fuit Philippi Macedonum regis Alexādro nato tpibus Aristotelis: vt est apud Gellium in noctibus atticis

inerti popello re uera pusillo gregi suggerere scriptum in .c. solitæ de maior. & obe. papam ac suos ad dei præcepta non esse astrictos, nec oportere illos dei mandatis subdi uel obedire. Mi Luthere cur hoc dicere audes? Legi iterum legi, ac iterũ relegi. At qđ Innocẽtio tertio huius capituli solitæ auctori impingis, nullibi depræhendi. Qđ si nõ illic inueniat, tuaꝝ partiũ erit, ꝙ interim in te rediẽs, cogites, an nõ iniuriã maximã tãto pontifici feceris? Quid ad hæc laici olim dicent? ubi intellexerint te nõ uera dixisse, timeo in te reiectiri sint, qđ in Cleonẽ dictũ ẽ, Cõciliũ plenũ esse mẽdaci Atraphaxi. Male sonabat in laicoꝝ auribus, quũ audirẽt pontificem legi diuinæ non esse subiectum. Tu hanc sententiam inculcabas auribus illoꝝ. Fecere propterea tumultus. Et quem illoꝝ auctorẽ dicemus, alium q̃ te? qui uere rerum istaꝝ αὐτῶντης extas. Sed pergo. Dicis illic etiã cõtineri non esse pceptum, imo consilium sancti Petri christianos oẽs regibus subditos esse debere. Iteꝝ ad te sermonẽ uerto. Quid hic continetur aliud q̃ ꝙ Innocentius papa Constantino imperatori uerum illius Petri dicti tradit intellectum. Qđ si hanc interpretationem probare non uelis, ad Paulum tuum imo etiã meũ properemus. Quid putas hoc est ac sibi uult, quod idẽ ad Ephe. c. 5. scribit? Subiecti inuicẽ in timore Christi. Quid est, subiecti inuicẽ? Nũquid ita intelligis, ut imperator sit subdit⁹ seruo, eps psbytero, pater filio, dñs seruo, minime gentium. Nam mox in. c. 6. eiusdem epistolæ subditur. Serui obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore & simplicitate cordis uestri, sicut Christo. Et ad Titum. 2. Nunquid non seruos dominis suis subditos esse præcepit. Rectũ igitur ac uerum intelligentiæ spiritum optemus. Hunc non ex te (prohiberis. n. sub ti Codicis, ne quis in sua causa) sed patribus antiquis, ubi sunt decursus aquaꝝ imo ueritatis limpidissimi fontes mutuabim⁹. Ibi. n. cõmunis usus aquaꝝ est, & hoꝝ ẽ uera sentẽtia maxime ꝙ Paulus hic mutuam charitatem stabilire uoluit. Quod & in alio loco ad Gal. 5. exprimit. Per charitatẽ, inqt, seruite inuicẽ, hoc præstitit ipse. Vnde ait: Quum essem liber omnibus, meipsum seruum feci, ut omnes lucrifacerem. Et propterea Hieronymus in epistolam ad Galatas. c. 5. ait. Per dilectionem oportet minoribus seruire maiores. Quia qui uult esse maior, erit omnium seruus. Et Paulus licet plus omnibus laborarit, tamen se oibus sanctis infimum esse dicebat. Et ergo eos qui erant in Epheso/in Corintho/in

Ad Eph. v.

Ad Eph. vi.

Ad Titum. ii.

Ad Galatas. v.

Hiero.

Thessalonica, uel qui in toto orbe crediderant, iuxta uerbū Hier. in ep̄lam ad Galat. c. 5. de ap̄lica dignit. non cadebat, imo oībus, qui se ꝓpter Christū infimos esse cupiebāt, ap̄ls infimior erat, & idcirco maior. Omnibus. n. inquit illis plus laboraui. nō aūt ego sed gratia dei, quæ mecū est. Propter quā humilitatē dū omnium sanctoꝝ est infimus, data est ei gratia hæc in gētibus, ut euāgelizaret in inuesti gabiles diuitias Christi, & doceret dispensationē mysterii abscōditi a sæculis in deo, qui uniuersa creauit. Qđ si plus tibi euāgelica pla cuerint, nūquid non saluator quoq; formā serui accepit, ut seruiret discipulis suis, & pedes eoꝝ lauit, nec interim, ut infra clare ꝓbabi-
Ioannis. xiii. mus, ius magistratꝰ atq; dominii amisit. Vnde Ioañ. 13. Christus ad discipulos ait: Vos uocatis me magister & dñe, & benedicitis, sum
Hieronymus etenim &c. Sed ad Petrū & Paulū redeo. Hiero. sic ait Hoc interest inter gentium principes & christianoꝝ: ꝙ illi dominanť subditis: nos seruimus, & in eo maiores sumus, si minimi oīm fuerimus. Sed & hoc qđ ait in timore Christi sic accipiēdū ē, ut ipsa subiectio nō ꝓpter hominū gloriā, sed pp timorem Christi fiat, dū illū timemus offendere. hæc Hier. Vnde idē Hiero. in Ezechielem. c. 45. Verbū Ezechielis quo principes iniquitatē & rapinas intermittere iubeť, ēt nostris principibꝰ, inqt, poterit coaptari. Qui in morē Pharaonis & Aegyptioꝝ, opprimunt filios Israel per potentiā, nec meminerūt scriptū, Ducem te constituerūt, ne eleueris, sed unus inter eos quasi unus ex ipsis. Et illud qđ in euangelio κατὰ λούκαν dñs loquitur. Si dixerit seruus ille in corde suo, Morať dñs meus uenire, & cœpe rit peutere seruos & ancillas, comedere, & bibere, & inebriari, uenit dñs serui illius in die qua nō putat, & hora qua nescit, & diuidit eū & partē eius ponet cū infidelibꝰ. Discipulos quoq; suos in euāgelio s͞cdm Matth. his p̄ceptis erudit. Scitis ꝙ principes gētiū domināť eoꝝ: & qui maiores sunt, potestatē exercēt in eos. Non sic erit inter uos. Sed q uoluerit esse primus, sit omniū seruus, sicut filius hoīs nō uenit ministrari, sed ministrare, & dare animā suā redēptionem pro pluribus. Multa sunt, si uoluero de sacris scripturis reuoluere, ubi maiorū superbia coercetur, & ad humilitatem omnes domini uoce prouocantur, dicentis: Discite a me, quia mitis sum & humi lis corde. Ita ad uerbum Hieronymus, unde & sanum intellectum habes eorum omnium, quæ tibi commemoraui. & eo tendo, ꝙ pro pter hæc euangelii uerba nondum sit subditus liber a iugo prin-

cipis,nec deniq; mulier ab obediētia uiri. Quid ergo hic aliud praecipitur q̄ q arrogantia/ambitio/& uanae gloriolae titillatio in christiano pectore locum non haberet,& recte. Non .n. ignorabat dn̄s qui omnia nouit, quantum peccatum esset ambitio/principatusq; cupido,quam ut fulgur de coelo cecidisse uiderat.Siquidem ex hac multa mala oriūtur,Basilius,inquit, Sectae uidelicet/contentiones/obtrectationes/maledicta/inuidiae,unde,phibuit ambitionē potius q̄ magistratum.Quare & interea non est ille pulcherrimus iurisdictionum ordo turbandus.Conuenit quoq; mulieres uiris suis subditas esse,filios obedire parētibus, ac e contra iuxta mutuū officiū & ne patres prouocēt ad iracundiā, domini quoq; remittāt minas, ac necessaria ministrent, ita ut maiores etiā minoribus subiiciant. Suo tamen officio iuxta uerum intellectum Hieron. Nunquid nō is intellectus, quē in.c.solitae ita reiicis/explodis/atq; exibilas,pulchre cum Paulo quadrat,imo cū ipso euāgelio. Sed subodoro quo tendas,eo quidem ut demum ex testimonio Petri hanc millenariā ecclesiasticā libertatem a clericorū ordine ui quadā adimere uelis, ita ut nos in sortem domini receptos, in utraq; Germania / Gallia Hispania/Anglia/Vngaria/Portugalia/ac aliis regnis laicis subiectos esse oportere uelis, sicut miserrime sub Bohemoꝝ tyrannide clericoꝝ illa sanctissima cohors, auctoribus Io. Huss, & Hierony. Vicleff,conie cta est. Sed non sinit dominus perire christes suos. Pergo,ne e sinu modestiae Fabrū excidisse glorieris, dicas quid sibi Petrus (cuius uerba torquere uideris) hoc sibi uelit. in eodē capite mox addit,Serui subditi estote in omni timore dn̄is. Et in sequenti capite,Mulieres subditae sint uiris suis.Et in.c.5. Pascite qui in uobis est gregem dei. Nunquid nō seipsum declarat,quod & Paulus fecit.Sed dic mihi,quis nos fecit esse seruos laicoꝝ? & interrogare si liceat,quis te nobis constituit hunc iudicem, iudicem inq̄ inhumanum & inofficiosum, qui post totidē saecula sanctū hunc sacerdotalē ordinē in hoc pistrinum imo in hos cōpedes coniicere uelis, ut Pharaoni seruiamus in durissimis opibus lateris ac luti. Suspicantur certe de te plurimi. Ex animo gauderes, si nobis etiā paleae nō darent? Quis te talem quaeso creauit episcopum,ut sine delectu & absq; discrimine tales nobis ordinares presbyteros. Parce qua so parce Fabro tuo sacerdotum iniurias forte uehementius quam par sit, uindicanti. Incautus erupisti. Dixisti quae uolebas. Iam

Bohemorum seu Hussitaꝝ tyrānia

Petrus

audire oportet,quæ forte non uis • Sed demum quid te facere con/
ueniat,forsan ambigis & quæris • Audi ergo amicum non ollarem
sed necessarium • Monitus meliora sequaris,cane palinodiã,desine
torquere scripturas,maiorum sequere uestigia,ne hunc ordinem ta
bernaculi totidem annis nobis comparatum in posterum ita con/
Origenes
turbes • Nunq̃ ex animo tuo decidat hoc Origenis uerbũ in Lucã
homelia•20•cũ ait: Quid loquar de parẽtibus & filiis,si Iesus filius
dei subiicitur Ioseph & Mariæ,ego nõ subiiciar episcopoꝰ qui mihi
a deo ordinatus est pater•Non subiiciar p̃sbytero,qui mihi domini
dignatione præpositus est• Videat ergo unusquisq; q̃ sæpe melio/
ribus p̃positus sit inferior,& nonnunq̃ accidat,ut ille qui subiectus
est,melior sit eo,qui sibi prępositus esse uidetur•Qđ quum intelle/
xerit dignitate sublimior, non eleuabitur superbia ex eo q̃ maior
est,sed sciat ita sibi meliorem esse subiectũ, quõ & Iesus subiectus
sit Ioseph• Vides modo non iampridem in ueneratione magna ex/
titisse hũc sanctum sacerdotalem & episcopalem chorum• Nimirũ
si potestas ea soli cõparetur • Sed quia & illud ultimum cũ nausea
Tertius articulus ex•c• solitę rescin/ditur
suscipis•Vnde ad tertium uenio articulum,ubi tam indignum esse
iudicas in•c•solitæ pontificalem auctoritatẽ soli,& regalẽ potestatẽ
Lunæ comparatam esse • Dic quæso mi Luthere an non sit hæc sat
Chryso iii•lib• de digni•sacerd•c•i•
cõmoda cõparatio• Audi Chrysost•in•3•lib•de dignitate sacerdotali
•c•1•loquentem,qui sic ait: Nunc sacerdotio proposito quod tanto
spacio antecellit imperiũ, quãto inter se animæ natura & corporis
differt• Heus tu Martine quid dicis ad hæc? Non modo lex,ut est
•C• de sacrosanct•eccle•l•sancimus,non philosophia Aristotelis,sed
L•Sancimus•C•de sacrosan•eccl•
ipsissimum euangelium me docuit, quantum anima differat a cor
pore,utpote tanq̃ imortale a mortali, incorruptibile a corruptibili,
Ambrosius
& fere uelut infinitum a finito• Sed & Ambrosius quid dicat audi
in lib•de digni• sacer•c•2• Honor,inquit,fratres & sublimitas epis/
copalis nullis poterit comparationibus adequari, si regum fulgori
cõpares & principũ diademati,lõge erit inferius,q̃ si plũbi metallũ
ad auri fulgorem compares• Quippe cũ uideas regum colla & prin
cipum submitti genubus sacerdotum,& exosculatas eorũ dexteras,
orationibus eoꝝ credant se communiri•hæc Ambrosius• Vides hic
cõparationem de Sole & Luna ex Ambrosii sententia non esse suffi
Chryso in•iii• lib• de dig•sacerd•c•v•
cientem • Sed & iterum Chrysostemum audi in dicto•3• libro•c•5•
Habent quidem & mundi principes uinciendi aliquam potestatẽ,

sed qua in solis corporibus licet. Hoc autem uinculum, quod sacerdotibus cōmissum est, ipsam contingit animam, transitq; coelos, ut ea quae operati fuerint sacerdotes deorsum, deus cōfirmet in coelis, sententiāq; seruoꝝ dominus ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si oīs ei commissa est potestas coeloꝝ? Quorūcūq; enim dimiseritis peccata, dimittētur, & quorūcūq; tenueritis, tenebunt. Quae potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio. Ad hoc uideo a filio totū sacerdotibus esse cōmissum, ac sicuti iam translati in coelum, & humanam transcendentes naturam, atq; a nostris infirmitatibus liberati, in tantum euecti sunt principatum. Nam si imperator alicui subditoꝝ honorē impartiatur eiusmodi, ut quos uoluerit in uincula contrudat, laxetq; quos uoluerit. Dignus inuidia & conspicuus ab omnibus aestimat hic, qui a deo acceperit tāto maiorem iis quę diximus potestatē, quantū est coelū terra ꝓciosius: & quanto preciosior est anima q̄ corpus. Ita ne modico affectus honore credetur, ut aliqui etiam suspicentur posse hanc artem ab illis quibus fuerat cōmissa cōtemni. haec Chrysost. Vides iam celsitudinem ac eminentiam sacerdotalis dignitatis, & quantum sacerdos differt a laico. Nec mireris, cum & inter sacerdotes olim differētia fuerit. Audiamus in hac parte Hierony. ex lib. 2. aduersus Iouinia. ubi sic habet. Quare reliqui sacerdotes lineis tm̄ utuntur uestibus, & nō habēt indumētū auro/hiacinto/cocco/purpura/bissoq; cōtextū. inferioris gradus leuitę & sacerdotes plaustra & boues accipiūt, maioris ordinis gestāt archana dn̄i humeris suis. Sed d̄ his al's tecū In .c. significasti de electione quartum dicis dep̄hendi errorem, ac asseris illic contineri papā ac illius sedē non esse obstrictū christianis cōciliis atq; statutis. Vidi ipse caplm̄ illud a Paschale papa ante .700. annos editum, & re uera non spinosum aliquem sophistam, sed spiritum tanto pontifice dignum redolet. Eos enim haereticos reprobat, qui dicunt omne iusiurandum in euāgelio prohibitum a domino, contra quos pugnauit Hieronymus, pugnauit Augusti. Nec ea displicent, quae sunt apud Alanum in .2. lib. contra Haeresiarchas. Verū est qd' idē Paschalis per quandā parenthesim adiecit dicens: Aiunt in conciliis statutum nō inueniri, quasi Romanę ecclesiae legem concilia ulla praefixerint, cum omnia concilia per Romanae ecclesię auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eoꝝ statutis cōsensu concilioꝝ pontifex non sit astrictus. Poteris

Hieronymus

Respōsio ad quartam obiectionem ex. c. significasti de electio.

Paschalis

Alanus. ii. lib. contra Heresiarch.

Speculator | hæc uidere apud Speculatorem ti. de dispensationibus. Et partim supra docuimus, quibus & qualibus cõciliorum decretis pontifex

Quũ expediat de ele. lib. vi. | subiectus fuerit. Iura itaq; iuribus cõcordãdo, ueritas ipsa pateret, non ita simpliciter dicendum erat. Qd' si contra delicatum hunc stomachum tuũ iura pugnabant, aut fortasse nauseabas super cibo

Gerson | isto uilissimo, cur non consulebas Ioannem Gerson inter theologos non infimæ notæ de auferibilitate papæ ab ecclesia, de concilio generali, de potestate eccl'iastica, plerisq; aliis locis, & uidere potuisses quo pacto capitulum significasti foret intelligendum.

Ad quintam obiectionem | Sed quintum errorem eũ esse dicis, q; papa in suo pectore habeat potestatem plenariã super omnia iura. dicis hæc in proœmio sexti contineri. Certe sat diligẽter hoc proœmiũ ipse relegi, tñ ita scriptũ

.c.i. de constitut. | nõ reperio. At in.c.i. de constitutio. eodem libro sic scriptum esse legit. Quomodo Romanus pontifex omnia iura censeatur habere in scrinio pectoris sui. Hic nodum in scirpo quæris. Si hoc in pon

Honorius & Theodosius | tifice testimonium detestaris, cur non calamũ figis in Honoriũ & Theodosiũ imperatores? qui dudum eadem uerba scripserunt. At nõ licebat põtifici de canonibus hoc dicere, qd' dudũ imperatores

Bonifacius.viii. | dixere de legibus. Qd' si Bonifacium.viii. male dixisse contenderis, peccauerũt & imperatores. At quid opus est multis? Nemo est, qui utriusq; textus uerba iuste unq̃ damnarit. Et canonistæ, inter quos

Philippus Frãcus | Philippus Francus est unus post glos. in.c. præterea.23.dis. dicunt papam habere omnia iura in scrinio pectoris sui p̃sumptiue, seu p interpretationem. Nec mirum, cum iuxta uulgatissimas leges sub titulo.ff.&.C. de legibus, Eius est interpretari, cuius est condere. Sequitur ex eo iuxta tui animi sententiam papam hanc potestatẽ habere, ut omnia concilia destruat/mutet/ac statuat. Corruit antecedens igitur consequentia, subsistere nõ põt. Nec.n. laudamus eũ

Hiero. | qui ędificata destruit, & destructa ędificat, ut Hiero. uerbis utar in apolog. aduersus Iouin. q; si pontifex Romanus id fecerit, quod ex plenitudine potestatis consensu conciliorũ facere potest, nemo iuste

Math. | conqueritur. Et ad calumniatorem dicere potest quod Matthæi uigesimo scriptum legitur: Amice non facio tibi iniuriam.

Ad septimũ articulum responsio. | Septimum, quod ex canonibus tollendum esse putas, est capitulũ significasti, ubi credis papam ab episcopis nullum exigere debere iusiurandum. Miror quid hic tibi in mentem uenerit, si capita iuramẽti istius unq̃ recte uidisses, nunq̃ tam honestæ rei reclamares.

Tamē in alio loco plenius illa tractabimus. Sed qđ adiicis, Gratis accepistis, gratis date, huc nō pertinebat. Scimus quō pro spiritualibus carnalia metere possimus. Nec ignoramus Petrū nō refutasse sumptus, ut est apud Ambrosiū in priori epistola ad Corinth. c. 9. Et infra monstrabimus de oblationibus in ecclesia primitiua. De collectis apud Paulū, quæ fiebant una sabbati, ex multis epistolis Pauli. & de clericoꝝ possessionibus cessantibus collectis, ex Chrys. in Matth. homel. 86. Et iurare pont. res estquę a nostris maioribus ita longo tempore fuit obseruata horum, imo nostram frāgere fidē, omnia turbare euertere quoq;, non erit honestum. Quanquam nolim tueri ullam uel tyrannidem/uel executionem indebitam. Ambrosius

Pergis ad capitulū si papa dist. 40. Certe si damnare uolebas textū Bonifacii papæ & martyris, cur non glosam textus eiusdem adiiciebas, & labori parcere potueras? Nec id sanctus Bonifacius martyr ita affirmat, sicuti tu uulgo ꝓponis. Addo ꝙ nec in eo papā laudat, sed repræhēdit acerrime. Potuisses nisi ἀφιλόφιλος esses, ex glosa, ex Archidiacono, & cardinale Alexandrino uidere quid in hac re tibi sentiendum esset. Nemo est, qui dubitarit unq̄ papā iudicari posse ab eo, cui se subiecerit, imo si uel per confessionem de crimine simoniæ conuictus fuerit, si sit incorrigibilis, labat̄ in hæresim, aut oīno scādalizet ecclesiam. Certe non modo accusari, sed & iudicari pōt. Hoc ita factum esse testantur multa concilia. Et quid sub Eugenii quarti & alioꝝ pontificū tēporibus factum fuerit, uidere debebas. Sed forte maluisti Bonifacii papę & martyris textū imo & Anacleti papæ parem dānare sententiam, q̄ uerum intellectū a canonistis receptum populo proponere. Non hic contra canonistas, in quos tam dire sæuis, sed in sanctos martyres uirosq; doctissimos, utpote Bonifacium & Anacletum hanc te iniuriam coniecisse credas. Nec opus erat mi Luthere tam satyrica exclamatione populus ille christianus ad seditionem nescio quā excitandus. Ad septimū articulum responsio Cardinalis Alexandrinus

Appendicem addis ex eodem textu, ubi sic Bonifacius martyr ait, Pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tāto instantius orat, quanto suam salutē post deum ex illius incolumitate animaduertit perpensius pēdere. Quid si hic uniuersitatem fidelium pro perpetuo statu fidei orare dicerem. Sed ut tuis uotis obtemperem, uniuersalis ecclesiæ caput in terris est papa. Quanquam hic negare nolim Christū esse caput ecclesię, sicut & deus caput estChristi. Is & quū sit eiusdem Christi Ad nonum articulum

uicarius ac successor Petri pro illius statu, ut sit semper incolumis, oramus, & digne quidem, ne capite nostro languescente, reliqua membra torpescant. Et uerum est q magna salus ecclesiæ ex illius incolumitate pendet. An oblitus es q quum Petrus seruabatur in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Decimum articulũ iustissime dãnandũ credis in c. Cuncta. 9. q. 3. ubi Gelasius papa sic habet. Cuncta per mundum nouit ecclesia q sacrosancta Ro. ecclesia fas de omnibus habeat iudicãdi, neq; cuiq de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illã de qualibet mũdi parte appellandum est. ab illa aũt nemo appellare permissus. Hęc uerba nescio an potue. ũt tantum causare, ut iuste decreta dãnaris. In Niceno concilio consensu patrum admissum est, ut grauati sedẽ prouocarent Ro. cur hanc libertatem totidem annis præscriptam tu conaris euertere. Sed quomodo iudicare & iudicari possit pontifex Ro. partim supra ostendimus. Sed q hic iterum redis ad id quo papam non præsidentem, sed subiectũ facias, citans ex Petro Paulo/actis apostoloꝝ/& euangelio scripturas, quibus persuadere, imo tantum efficere conaris, ut papa sit cum tota sua cohorte sub potestate laicoꝝ, & in sũma, ut nos ex libertate in parem seruitutẽ, quam Bohemi habent, quasi ad breues Gyaros exportes/releges/ac dãnes. Oportet igitur ut excutiamus hos locos, quos pro te facere putas. Sumamus euangelium, cuius te alterũ post Paulũ p̃conem uulgus clamitat. Dixit Iesus ad discipulos, Scitis quia principes gentium dominantur eorum. & qui maiores sunt, potestatẽ exercẽt in eos. Nõ ita erit inter uos. Sed quicũq; uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Cur hæc dixit dñs? Certe ut est apud Orige. in Matth. homel. 12. Quoniam duo fratres super cæteros apostolos sibi gloriã præripere uoluerunt, indignãtibus cæteris, in occasionẽ accipiens Iesus regulam iustitiæ fidelibus ponit. Quomodo quis apud deum potest obtinere primatum, principes gẽtium nõ cõtẽti tantum regere suos subiectos, uiolenter eis dominari nitunt. Inter uos autem, qui estis mei, non erũt hæc. Ne forte qui uident habere aliquem in ecclesia principatum, dominent fratribus suis, uel potestatẽ exerceant. Quoniã sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in uoluntate. spiritualia autem non in necessitate sed uoluntate. Sic & qui principes spiritales principatus eoꝝ in subiectione dilectorum debet esse positus, non in timore corporali. Sed

Actuum. xii.

Nicenum Cõciliũ

Math. xx.

Orig. in Math.

Qualem p̃latione discipulos habere uoluerit Christus

& qui uoluerit apud patrem meum maior esse cõparatione fratrũ suorum cæterorum efficiatur minister eorum, quibus uult esse maior • hæc Orig• Vides hic a Christo tantum detestari tyrannidẽ/ambitionẽ & arrogantiam, sed non tolli primatum nec principatum ecclesiæ• Siquidẽ dominus noster uolebat esse uerus humilitatis magister• ut Hier•ad Antonium de modestia scribit• Quare non tantũ hanc uirtutem uerbo, sed & exemplo docuit• Eapropter & discipulorum pedes lauit, traditorem osculo excipit, Samaritanũ non despicit, Mariam ad pedes sedentem non dedignatur, & ab inferis resurgẽs primũ mulierculis apparuit, ne etiam discipuli quasi efflati, collũ erigerent, ipsis de dignitate disceptantibus• Vnum appræhendit e paruulis dicens: Quicunq; uestrũ non fuerit cõuersus sicut infans, non potest intrare in regnum cœlorum• Quicunq; autẽ humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorũ• Et Matth•20• Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister• Et qui uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus• Et Marci•10•pariter eadẽ inuenit̃ sñia• Et Lucæ•9• Qui minor est inter uos oẽs, hic maior est• Tñ hęc non ita intelligi debẽt, ut inter discipulos Christi nõ esset aliquis maior siue præpositus • Sed adhortari uolebat atq; docere præsidentes humilitatis uiam• Qđ & Hilari9 in explanatione psal•118• confirmat dicens • Quum inter se apostoli opinionibus ac studiis dissiderent, sibiq; singuli principatum humana cõtentione præsumerent, dum pstantiorem se cæteris unusquisq; esse aut optat aut poscit dominus meriti huius ac nominis præmium • Vnde petendum esset ostendens, ait, Qui uult esse ex uobis maior, fiat oim minimus • Omnis enim qui se humiliauerit, exaltabitur: & qui se exaltauerit, humiliabitur• In humilitate scʒ docuit omnia fidei nomina & præmia cõtineri• Vides ergo quid per hoc Christus docere uoluerit • humilitatem uidelicet, tollere etiam uoluit, ambitionẽ & arrogantiam• Nec absre id factum esse puto, quum & ciuiles leges quales sunt sub titulo ad•l• Iuliam de ambitu• Hoc uicium ambitionis exibilant• Gloriosos Ergo Thrasones ac gloriæ præcupidos noluit habere Christus • Prohibuit etiam hic arrogantiã, qđ expsse testatur Chrysost•in Matth•homel•66• Arrogans autem est is atq; superbus, qui maiorem se cęteris arbitratur, & neminẽ se esse dignũ affirmat • Quis autem sit ambitiosus, & qualis permittat̃ ambitio, pulchre nobis ostẽdit Guilielmus Budeus in annotationibus legis

Hieronymus
Matth•xviii•
Matth•xx•
Marci•x•
Hilarius
Ad•l•Iuliam de ambi•
Chrysost•
Quis arrogans
Quis ambitiosus
Guilielmus Bude•

Chrysost. si bene .ff. de usuris. Ad filios Zebedei redeuntes, inuenio Chryso qui hos duos fratres sup hac ambitione pulchre excusat, quomodo adhuc fuerint imperfecti, nescientes mysterium crucis. Et addit q tantum uoluerint primatum consessus impetrare, & praeponi se caeteris pterquā Petro. Huic enim dixerat. Ego dabo tibi claues regni coelorum &c. Iustam et habent ex Chrysost. excusationem super contentione inter eos facta. Nā postq̄ pro Petro soluta fuit didrachma,

Matthaei. xvii. moleste tulerunt discipuli duo aduersus decem. Primum enim eripere consessum nitebantur. & decem duobus inuidentes, indignabantur. Sed hoc erat ante aduētum spiritus sancti. Sed post resur-

Chrysost. rectionē, teste eodē Chrysost. ipse Ioānes primis honoribus Petro cedit tam concionanti, tam mirabilia facienti, ut actus apostolorum testat. Nec latere patitur Petri uirtutes, sed confessionem, quā silentibus caeteris magna edidit uoce Ioānes. Et ingressum eius in monumētū non tacet, caeterisq; in oibus sibi tunc anteponit. De Iacob pariter Chrysostomus ostēdit quomodo non longo tēpore postea uixerit. Et in summa quanq̄ humano more Ioannes & Iacobus de praefectura solliciti fuerint, tamen nec ante nec post resurrectionem id, quod antea Petro donatū erat, pripere uolebāt, imo nec id Christus facere uoluit, sed tyrannidem/ambitionem/arrogantiamq; damnauit, imo ad humilitatē illos promouit. Animo enim arroganti quid

Cyrillus aequabit, inquit Cyrillus in .9. libro super Ioannē. Sed q haec mea sit uera sententia, q.q plationem inter apostolos minime sustulerit, ex Orig. Chrysost. Hilario in lib. ad Constantinum imperatorem, Hierony. Cyrillo/ & Aug. certissime constat, imo hoc ipsum euangelium, cuius & supra meminimus, nobis ostēdit. Nam Ioānis. 13.

Ioannis. xiii. licet dixerit dominus, Si ego laui pedes uestros dñs & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes, exemplum dedi uobis &c. tamē antea dixerat, Vos uocatis me magister & dñe, & benedicitis, sum etenim, nō simpliciter dixit, Vt ego feci uobis, sic & uos facere

Cyrillus debetis. Sed ut Cyrillus inquit, Dignitatem & gloriam suam prius exposuit, ut hac re gloriae cupidos reprimeret. & hoc expressit, qd' natura erat. erat autem natura magister. Nempe omnis sapientia est a dño, & omnis intellectus per eum, & omni rationali creaturae tam coelesti q̄ terrestri uim inserit intelligēdi. Est & natura dñs, ob

Octauianus cuius praesentiam forsan Octauianus, ut est apud Tranquillum,

Matthaeus se dñm uocari non permisit. Qd' si filius hominis, qui Matth. 20.

Non mini-

non ministrari,sed ministrare uenit. magistratus atq; dñii non est oblitus,imo de se laudauit,ut est apud Aug.in euang.Ioan.trac.58. Nimirum si discipuli ad humilitatis exemplũ hortati fuerint,tñ & Petro plationis iura salua manerẽt.Quicqd ergo dicit de contẽtiõe inter discipulos facta referendũ est ad hoc humilitatis exemplũ.Et eã ob rem forsan pontifex Ro. seruũ seruorum dei se scribit & uocat, qd primo oĩum Gregoriũ Magnũ fecisse lego,& reliquos epõs fres uocat,ut Petro & Paulo,quos citas,iam prima facie satisfiat,ac tibi respõdeã. Et certe id facere cõgruẽtissime cõuenit,eo q uniuersitatis cõditorem legimus formã accepisse seruilẽ, ut nos sanguine suo liberos redderet. Et filius hominis uenit,nõ ut ministraret illi,sed ut ministraret,qđ ne doceret tm̃ uerbo uideret,monstrauit exẽplo, assumpto quippe lintheo accinxit se,& aqua peluim replens, discipulorum pedes lauit.Non est itaq; impiũ credere,inqt Hier.in eplam ad Titũ.c.1. eũ, qui formã serui assumpserat,hæc fecisse,quæ serui sunt,ut paternæ uolũtati seruisse dicat,cũ seruis suis ipse seruierit. Hęc aũt seruitus in Christo sicuti charitatis erat, p quã nobis inuicem seruire pcipimur.Ita & pontifex Ro.recte pascendo,nobis etiã quasi uermiculis humi serpẽtib9 seruire tenet.Proin uera est Tirii Maximi snia in serm.20.dicẽtis, Populi dux multorum dñorum seruus. Quare &Orig.i Matth.hom.13.Qui principatũ desyderat,ait,ecclesiæ, debet fieri omniũ seruus in humilitate seruili,ut obsequat omnibus in his,quæ pertinent ad salutẽ. Sed quid q scripturæ, quas citas,non solũ ad eos,qui sunt infimæ fecis,& quasi Sardi uenales, sed ad principes/reges/imo ipsum imperatorem totius mũdi dominum iuxta.l.deprecatio.ff.ad legem Rhodiam de iactu referendæ sunt,sicut & hoc,Alter alterius onera portate,quoniam estis inuicẽ membra. Per hoc tamen nunquã recte subinferes ut subsit uasallo dominus, seruo patronus, incolæ præfectus seu præses, agricolæ rex uel imperator, nisi nõ modo leges & imperiũ sed & oẽs titulos de iurisdictione sonãtes tollere, imo politias omneis euertere uelis. Sed qd opus est multis? aut oportebit te simul omnes imperatores reges/principes/ac pręsidentes dãnare,aut locos,quos citas,rectius exponere.Sed ualde periculosum fuerit tot principũ,quorum fauores ãxie qdẽ aucuparis, animas in tartareas undas post totidẽ bñfacta detrudere. Sed timeo mi Luthere satis superlucratum esse credas, modo iugulent pontifices,trucident epĩ,subiiciat clerus.Nescis ãt

Aug.
Hiero.
Tirius Maximus
Orig.
.l.deprecatio.ff.ad Rho.de iact.

Dauid psal. ii. q̄primū hæc prophetia cōpleta fuerit, Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerunt in unū aduersus dñm & aduersum Christū eius. Iam reges cœpisse seruire dño, & tūc reges sese cognouisse, imo professos se indignos esse, ut pontificū causas iudicarēt. Potuisses hoc

Conciliū Nicenū ex Niceno cōcilio, ex Hilario & Ambro. ac multis aliis dēphēdere,

Cōstātinus ipator sed audi añ Aug. quędā Cōstātini impatoris pconia. Lact. Firmian9

Lactantius in pœmio suaꝝ insti. primū Ro. principū fuisse Constan. testat, qui repudiatis erroribus, maiestatē dei singularis ac ueri & cognouerit & honorauerit. Sicuti quoq; erga pios pater fuit indulgētissimus, sic aduersus impios iudex fuerit rectissim9. Sed audi qd fecerit in cōcilio apud Niceā Bithynię urbē a sanctis patrib9 celebrato, qñ in eiusdē cōuentu epi se inuicem accusantes, libellos imperatori suū arbitriū exposcētes, obtulerunt. Cōstātinus se iudicās indignū, libellos cōbussit, ac iudicare renuit. Hic est ille princeps, sub cuius imperio iā Christū reges adorare cœperūt. Et pculdubio si uixisset is in ecclesia primitiua, nunq̄ a laicis de reb9 epoꝝ fuisset iudicatū. Habes itaq; nos non in cētenaria pscriptione, sed mille ac ducētos annos & ultra hanc gratiā adeptos. Quanq̄ & in hac re nostra conditio sit longe deterior ac inferior, q̄ eoꝝ, q sacerdotes ac leuitæ fuerunt in ueteri testamento. Ii etenim, ut in deutero. habet, nō paruā iudicādi potestatem habebāt. Sed iā satis superq; tuis obiectionib9 responsum esse putarim. Certe contra tuas interptationes oēs theologorum cunei pugnant tam uelites q̄ cataphracti. Contra te sunt historici/iureconsulti. Et solū tumultuariā plebē habes tibi adstipu

Responsio ad. xi. articulum lantem. Sed ad undecimū uenio, ubi ex. 25. q. 1. laicis inculcas scriptum esse Ro. sedē uim dare iuribus, ac q; nullis papa sit subditus iuribus. Miror mi Luthere, qui sanctulus diceris, & religiosulus haberi cupis, cur non uereris hic pontificibus tantā facere iniuriā?

.l. princeps. ff. de legibus. Nescis esse scriptum. Princeps legibus solutus est. l. princeps. ff. de legibus dixit hoc Vlpianus. Quid si & idē dixisset pontifex, sed nō dixit maxime q̄tū ad euāgelicā legē attinet, imo si undiq; pcurreris sacros hos canones, pculdubio inuenies pontifices hoc seruare qd' scriptū est in. l. digna uox. C. codē, ubi Theodosius & Valētin9 sic dicūt. Digna uox ē maiestate regnātis legibus alligatū se principē pfiteri. Sed hāc iniuriā tūc recte uindicauero, si ex eodē loco ondero

Vrbanus papa te nō uera dixisse. Audiat ergo pusill9 grex qd Vrban9, qd Zosim9 qd Marcell9, qd Hormisda pōtifices in eodē loco tradiderint. Dicit

illic Vrbanus. Sunt quidam dicentes Ro. pontifici semper licuisse nouas condere leges, quod & nos non solum non negamus, sed etiã ualde affirmamus. Sciẽdũ uero summopere est, & quia inde nouas leges condere oportet, unde euãgelistæ aliquid & prophetę nequaq̃ dixerũt. Vbi uero aperte dominus uel eius apostoli & eos sequẽtes sancti patres sentẽtionaliter aliquid diffinierunt ibi non nouã legẽ Romanus pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, usq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli & prophetæ destruere (quod absit) niteretur, non sententiã dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper domini ecclesiam cõtra lupoꝝ insidias optime custodierũt. Zosimus ita scribit. Contra statuta patrum cõdere aliquid uel mutare, nec huius quidẽ sedis potest auctoritas. apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiq̃tas, cui decreta patrũ sanxere reuerẽtiã. Marcellus sic habet. Omne qđ irrep̃hẽsibile est, catholica defendit ecclesia. & infra. Iniustum iudiciũ & diffinitio iniusta, regio metu uel iussu a iudicibus ordinata non ualet nequaq̃ contra euangelicã uel ꝓpheticã/uel aplicã doctrinã cõstitutionẽue coꝝ siue sanctoꝝ patrũ actũ fuerit, stabit. & qđ ab infidelib9 uel hęreticis factũ fuerit, oĩno cassabit̃. Et Hormisda sequit̃ ibidẽ dicẽs. Prima salus est recte fidei regulam custodire, & a constitutis patrũ nullatenus deuiare. Si hæc Luthere populo ꝑdicares, trãquillã pacẽ in ecclesia faceres, nõ ita turbares ac misceres sacra ꝓphanis. Quid olim dicẽt tui, ubi sese intellexerint a te pniciose seductos. clamabit unusquisq;: Erraui sicut ouis q̃ periit. quęre seruũ tuũ, quia mãdata tua nõ sum oblit9. Duodecimum erratũ esse dicis ubi Ro. sedem petrã hãc esse dicis. de qua Matth. 16. dictũ sit. Cũ tñ solus Christus sit petra, miror mi Luthere ubi id in dist. 19. hoc esse scriptũ inueneris. forsan citabis mihi textũ Leonis, illi supra responsum est. Ego nunq̃ dixi, nec inuenitur in iure sedem Ro. esse simpliciter petrã, qualẽ Christus appellare solemus. Sed hoc abnegare non potes ex Orig. petram esse oẽm, q̃ sit imitator Christi. Ex Ambro. petrã esse actũ nostrũ, petrã esse mẽtẽ nostrã. Ex Aug. petrã esse ecclesiã. Ex Orig. Hier. Ambr. Aug. Leo. ꝓbare possumus Petrũ dici petrã, & q̃ cũ Christo petræ nomen cõmune habeat. Tu ergo qũo dicis solũ Christũ dici petrã. Quãq̃ & ego cũ Paulo sentiam, ueram petram esse Christum. Sed ne tot sanctos patres Cretenses mendaces faciamus, placet & Petro

Vbi Papa nouas leges condere habeat

Zozimus.

Marcellus

Hormisda

Ad duodecimum articulũ responsio Matth. xvi.

nomen hoc petræ, qd & nec Paulus facere prohibuit. Et sicut lux

Ioannis.i. mundi dicuntur apostoli, quanq̃ Christus uera sit lux, quæ totum mundum illuminat, ita & de petra quo ad Christum & Petrum. Tredecimum errorem esse dicis, claues dumtaxat Petro traditas. ostẽsum est supra claues esse Christi, claues esse ecclesiæ, claues esse sacerdotũ. Sed Petro principaliter & primo datas ante cæteros apostolos non uno dumtaxat loco, sed sanctorum patrum sententiis ostendimus. Vide ad hoc Ambro. Hiero. & de hac re primo oĩum

Hilar. Pictauiẽsis Hilarium Pictauiensem in ps̃. 131. & ps̃. 57. & omnino in lib. 6. de trinit. cuius mentem tamen inferius plenius accipies. Certe si hæc tuæ catervæ proposuisses, pontificium ius non tanq̃ chrysippeam dialecticam iudicasses. Dein asseris in. c. translato de constitution.

Ad articulũ .xiiii. quẽdam errorem maximum cõtineri, quasi sacerdotium Christi sit translatum in Petrum. Certe textus est August. quem sumpsit ex

August. c. 7. ad Hebr. qd tu imaginaris, textus non habet, sed una glosella super uerbo translato. Possem eam tenere uel non, sicuti liberũ est mihi multas negare glosellas. Sed uide quo se retulerit ista glosella refert se ad textũ sanctissimi Anacleti in. c. nouo di. 21. ubi sic dicit, In nouo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo põtificatus in ecclesia Christi datus est domino dicente ad eum, Tu es Petrus & super hanc petram &c. Et

Anacletus in. c. in nouo dist. xxi. uerum est q̃ hic dixit Anacletus super trãslatione sacerdotii. Super sacerdotio Aaron pugnauerunt hic nonnulli cum tuis, sed satis indocte ac infeliciter. Cyrillo credẽdũ esse puto, qui pulcherrime probat tabernaculum Mosi fuisse figuram ecclesiæ, & q̃ sacerdotium Hebræorũ erat figura nostri sacerdotii, super qua re ab illo speciales sunt æditi libri. sed nos infra tangemus. Modo satis sit monstrare quomodo sacerdotiũ Christi sit in æternũ. Possem longo id exequi

Lactantius. ordine ex Lactantii. 4. li. inst. ca. 14. Sed hic dũtaxat ne longus sim,

Athanasius Alexãdrinus aut Theophilactus dum breuis esse laboro, quid in hac re sentiendum sit, ex Athanasio p̃triarcha Alexãdrino accipe, In æternum est, quia quottidie offert uel imperpetuum offert per dei ministros oblatio, Christum dñm & pontificem habens & sacrificium, qui seipsum ob gratiam sanctificat/frangit/& tribuit. Quotiensc̃uq; id fiet, mors dñi annũciabit. hęc Ath. Sed forte huic dicto nõ credes, cũ docere soleas eucharistię sacramẽtũ nõ esse sacrificiũ aut oblationẽ &c. uti tua captiuitas Babylonica habet. Vt igit ista firmemus, audi qd os uere aureũ dicat.

Chrysostomus inq̃ in.2.epistola ad Timoth.c.i. Sacra ista oblatio ait, siue illam Petrus, siue Paulus, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quãq; sacerdotes modo quoq; conficiunt. nihil habet ista q̃ illa minus. cur id? quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui illam antea sacrauerat. Quemadmodum enim uerba quæ locutus est Christus eadem sunt, quæ sacerdotes nunc quoq; pronunciant, ita & oblatio eadem est, eademq; baptismi ratio est, adeo omnia in fide consistũt. Cornelium spiritus repẽte repleuit, quia prius ipse alacritatem uoluntatis ostẽderat. Et hoc igitur Christi corpus & illud est. Qui aũt hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christũ esse, qui nũc etiam adest, atq; operatur. hæc Chrysost. Habet eandem sententiã D. Ambrosius in pluribus locis & maxime in.4.in.5. & in.6. libro de sacramentis. Habet hoc. D. Aurelius August. cuius cõmunis est usus eucharistiam dicere sacrificium seu oblationem. Et non parui momenti res est, quod habet Ambrosius in dicto libro.4.c.5.&.6. & sancta hoc tenet uniuersalis ecclesia, q̃ in sacro canone missæ sacerdos orat dicens: Hanc enim oblationem ascriptam. Et post consecrationem iterum dicit: Offerimus tibi hanc imaculatam hostiã rationabilem incruentam hostiam/hunc panem sanctũ/& calicem uitæ æternæ, & petimus & precamur ut hanc oblationem suscipias in sublime altare tuum. Ex quo quidem Ambrosio habes hæc sacri canonis uerba ante mille ac centum annos in usu ecclesiæ fuisse. Addo q̃ hæc eadem uerba in missa græce scripta reperiuntur, qua & iãdiu Græci utuntur ac usi fuerunt, testãtibus hæc uetustissimis codicibus. Sic enim illi a mille ac trecẽtis annis inter cętera sequẽtibus uerbis celebrarunt, ac sic in hanc horam celebrare solent. ὅθεν καὶ ἡμεῖς οἱ δοῦλοί σου κύριε καὶ ὁ λαός σου οὗτος ὁ ἅγιος μεμνημένοι αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ μακαρίου πάθους αὐτοῦ. ἔτι τῆς ἐκ τοῦ ᾅδου ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐνδόξου ἀναβάσεως προσφέρομεν τῇ μεγαλοσύνῃ ἐκ τῶν σῶν δώρων καὶ χαρίτων θυσίαν καθαρωτάτην, θυσίαν ἁγίαν, θυσίαν ἄχραντον, ἄρτον ἅγιον ζωῆς αἰωνίου καὶ ποτήριον σωτηρίου διηνεκοῦς. Hæc omnia cõtra te pugnant, tua reprobant ac inuertunt. Et ita inuertunt, ut tui nõ parum miserear, qui non modo cum tuo sæculo pugnas, qđ tamen Erasmus etiam periculosissimum esse scribit, imo fere ab omnium sanctorum patrũ scripturis/rationibus, & a millenario usu ecclesiæ

Chrysost.

Obtulit se Christ⁹ patri semel hostiã uiuam, offert̃ p sacerdotes quotidie eadem, nihilq; habet ista q̃ illa min⁹

Ambro.
August.

Erasmus

dissentis. Sed ut te fortius stringam, audi quid cõtra tuam assertio

Hireneus in libro contra haere.

nem Hireneus in.4.libro capite.32.scribit.ad uerbum hunc tibi in medium proferam: Eum, inquit, qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit dicens, Hoc est corpus meũ. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab aplis accipiens, in uniuerso mũdo offert deo. haec Hireneus, nõ Thomas non Ockam/Ricardus/aut Scotus, sed doctor uicinus temporum apostolorum. Et tu post totidem saecula ueniens, nouã & inauditã spargendo doctrinam non sine grandi animarum periculo toti usq mundi tumultu perturbas ac inuertis omnia. Sed uerbo scz testa-

Lutherus in uerbo testamẽti deceptus

menti forte deciperis, de quo longe aliud sentiendum erat, q̃ tu sen tire uideris. Eges hic non modo perptore iurecõsulto, qui ex titulis .C.de testa.ff. de inoff.testa. te doceat, sed & theologo hic opus est. Nam & si testamentum dicat, quo defertur bonorum haereditas,

Ambro.

iuxta ea quae sunt apud Ambrosium de Cain & Abel lib.1.c.7.quo & diuinum dicitur testamentum, quoniam sanguine dedicatũ est uetus in typo nouum in ueritate, quo & diuinae gratiae pignus te- nemus, Quia sic deus dilexit mundum, ut unigenitum filium suũ pro omnibus daret. Sed & hoc notandum est, inquit Hieronymus

Hierony.

in Hiere.c.11.q uerbum בְּרִית aquila & symachus semper pactũ septuaginta & Theodotion testamentum interpretati sunt. Vnde idem Hiero.in Malachiam.c.2.sic habet. Per Leui Aaron & uobis sacerdotii gloriam cõdonaui, ut esset pactũ meum siue testamentũ cũ Leui, & aeterno mihi sacerdotio ministraret. Vbi בְּרִית uerbũ hebraicum aquila, συνθήκην pactũ interptatur. Septuaginta semp διαθήκην testamentum. Et in plerisq scripturae locis testamentum non uoluntatem defunctorum sonare, sed pactum uiuentium, com pertissimum est. Et de ea re iterũ idẽ Hiero.in Zachariam.c.9.sic

Hierony.

habet. Tu quoq in sanguine testamenti siue pacti tui emisisti uin ctos tuos de lacu in quo non est aqua. quod ita intelligitur. In san- guine passionis tuae eos, qui in carcere tenebant inferni, in quo nõ est ulla misericordia, tua clementia liberasti. Deniq postq̃ resurre- xisti, his, qui peccatis Adam, siue, ut quidam uolunt, erroris inoliti, ac mortis uinculo tenebantur, resurrexerũt cum eo, & apparuerũt in sancta ciuitate. De hoc sanguine testamenti & ipse indicans fu- turam passionem, ad discipulos loquebat, Accipite & bibite ex hoc

oēs. hic est enim calix noui testamenti in sanguine meo. hęc Hier. Qđ' si epistolā Pauli ad Hebręos de testamento loquentē obieceris, audi Hieron. in Hieremiam. c. 31. ita loquentem. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & feriam siue disponā domui Israel & domui Iuda pactum siue testamētum nouum &c. Hoc testimonio Paulus siue quis alius scripsit epistolā, usus est ad Hebræos. omnesq; deinceps ecclesiastici uiri in primo saluatoris aduentu dicunt uniuersa com pleta, & nouum testamentum hoc est euangelium successisse ueteri testamento, a quo legem literæ lege spiritus cōmutatam, ut omnia quoq; sacrificia & circūcisio spiritualiter complerentur. Qđ' autem pro testamēto ponimus, hebraicæ ueritatis est. Vides adhuc pactū dici testamentū posse, & esse, qđ' cum ita sit, nō scio an iustā causam habueris hoc sacramentum ita testamentum uocare, ut non esset ēt sacrificium, quum tamen dudum ante tempora Ambro. quottidie dixerit ecclesia & Græca & Latina imo Asiana, Offerimus tibi hāc inuiolatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem, & calicem uitæ æternæ, & petimus ac precamur, ut hanc oblationem suscipias in sublime altare tuum &c. Et Cypria. in. 2. libro epistolaꝝ. 2. epistola. Quotienscunq; calicem in cōmemo rationem domini & passionis eius offerimus, id quod constat dñm fecisse, facimus. Et Hierony. in Sopho. c. 3. id asseuerare uidetur. Origenes quoq; super leui. homel. 5. expresse habet Christum eam esse hostiā, quæ pro peccatis offeratur, quæ & dici mereatur sancta sanctorum. Ea propter obsecro imposterum sic hanc eucharistiam tractes ac uenerare, ne nomen a primitiua ecclesia usq; in ætatem nostram religiose celebratū, perdidisse uideatur. Non solus sapias, sed maiorum imitare prudētiam. In fine disceptationis nostræ hęc & his similia contra captiuitatem tuā uere babylonicam adducere statui. Iam ad Athanasium rediens, Christi sacerdotium in æternū esse dicere possumus, qđ' sub hoc sacramento sit nobiscum perman surus usq; in consumationem sæculi sacerdos quidem & sacrificiū. Aut ut Augustinus habet in. 17. de ciuita. dei. c. 17. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ex eo ꝙ nusq̄ iā est sacerdotium & sacrificium secundum ordinem Aaron. Et ubiq; offertur sub sa cerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraam. de quo sacerdotio plura idem August. in lib. quęstionum uet. & noui test. q. c. 14. Illud sacerdotium quantum ad executionē

Ambro.

Cypria.

Hiero.
Orig.

Athanasius

August.

pertinet, post Christum imo a Christo uenit ad Petrum tanquam
Ad.xv. articulum responsio archierea, quicquid tu uel dicas uel imagineris. Taxas dein in.15.
tuo articulo in.c. ideo permittẽte.25.q.1. quod scriptum inueneris.
Et hic scriptum esse dicis papam posse condere leges in catholica
ecclesia, cui sentẽtiæ Paulus aduersetur ad Galat.5. dicens, Libertate
Ad Galat.v. nos Christus liberauit. Scripsisti nonnihil de libertate christiana,
sed re uera nec dictum Pauli/nec tua christiana libertas huc perti-
Ioannis.viii. nebat, qua pontifici potestatẽ condendi leges p̃riperes. Scio scriptũ
Ioannis.8. Veritas liberabit uos. & iterum. Si filius uos liberabit,
tunc uere liberi eritis. Sed quid proprie est liberare aliud q̃ saluum
August. facere? hoc secundum August. in euangelio Ioannis tractatu.41.
Planius q̃dem in greco q̃ latino cognoscitur. nẽpe sic græcũ habet
Psal.lxxxvii. καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Et re uera hic nos liberauit, qui est
August. inter mortuos liber. Sed quomodo dicit August. Nos serui eramus
Paulus cupiditatis, liberati serui erimus charitatis, quod & Paulus docet
ad Galat.5. sic dicens, Vos in libertatem uocati estis fratres tantum
Origenes ne libertatem in occasionem carni. Et Origenes de hac libertate ser
Qualem sumus p monem faciens in epistolam ad Ro.c.7. dicit, Vbi Christus nobis
Christu libertatem mortuus est, & nos cũ ipso mortui sumus. peccato liberi sumus per
adepti ipsum a lege peccati, in qua detinebamur, ut possumus iam seruire
legi dei. seruire autem in nouitate spiritus, non in uetustate literæ.
Nõ enim iccirco nos Christus abstraxit a lege peccati, ut uetustati
legis seruiamus. i. ut circũcisionẽ recipiamus, & sabbata uel cætera
quæ uetustas legis literę continet, sed ut legem dei in spiritus noui
.II. Corinth. iii. tate seruemus. i. ex omnibus, quæ in ea scripta sunt, spiritalem sen-
sum spiritu donante capiamus. Sicut & idẽ apostolus in aliis dicit
quia uelamen positum est in facie Moysi. Quum autem conuersus
fuerit, quis ad dominũ auferetur uelamen. dñs deus enim spiritus
Origenes. est. ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Et idẽ in Matth. homel.
.7. Filii terræ liberi non sunt. quoniam omnis qui facit peccatum,
seruus est peccati. Liberi autem sunt, qui manent in uerbis Iesu, &
propter hoc cognouerũt ueritatẽ, & ueritas liberauit eos a seruitute
August. peccati. Hanc libertatem Augustinus in Ioan. tract.112. dicit per sa
nationem auriculę ipsius Malchi figuratam, ubi & seruitus erat, &
est secũ libertas. Sed propterea non dicat christianus, inquit Aug.
Liber sum, in libertatẽ uocatus sum, non sum seruus, sed redẽptus
sum, & ipsa redẽptione liber effectus sum, faciam quod uolo, nemo

prohibeat me a uoluntate mea, si liber sum. Sed si ista uoluntate peccatũ facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed utere ad non peccandum. Erit enim uoluntas tua libera, si fuerit pia. eris liber, si seruus fueris, liber peccati, seruus iustitiæ, dicente apostolo. Cũ serui essetis peccati, liberi eratis iustitię, nunc autẽ liberati a peccato, serui facti deo. Habetis fructũ uestrũ in sanctificationem, finem uero ad uitam æternam. Qd' si cupias antiquiorem de hac re loquentem audire, en quid Hireneus in. 4. lib. contra hæreticos. c. 31. scribit. Præcepta, quæ in seruitutem & in signum data sunt illis, circũcinxit nouo libertatis testamento. quæ autem naturalia & liberalia & cõmunia omniũ, auxit & dilatauit, sine inuidia largiter donans hominibus, per adoptionẽ patrẽ scire deum, & diligere eum ex toto corde, & sine aduersatione sequi eius uerbum, non tantum abstinentes a malis operationibus, sed & iam a concupiscentiis eorũ. Auxit & iam timorẽ. filios enim plus timere q̃ seruos & maiorem dilectionem habere in patrem. Et propter hoc ait dominns. Omnem sermonem ociosum, quem locuti fuerint homines, reddẽt pro eo rationem in die iudicii. Et qui uiderit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, ut sciamus non solum factorũ reddendam rationẽ deo, ut serui, sed etiam sermonũ & cogitationum, tanquam qui & libertatis potestatẽ accepetimus, in qua magis probatur homo, si reuertatur, ut timeat & diligat eũ. Et propter hoc Petrus ait, non uelamentum malitiæ habere nos libertatem, sed ad propitiationem & manifestationẽ fidei. hęc Hire. A quibus nõ longe absunt, quæ scripsit sanctus Antiochus Grecus in lib. de pceptis dñi nostri Iesu Christi, quæ iam præterire uolo, ad Vulgarium ueniẽs. En Vulgarius in epistolam ad Gala. sic habet. Nõ ut legi deseruiamus, a Christo sumus uocati, sed ut a legalibus seruitutis iugo liberi simus. Dein ne quis existimet, quia libertate utimur, licere nobis omnia ad nutum facere, castigat id dictum, & inquit. Nequaquam sumus huiusmodi libertatem adepti, perinde ac occasionem nacti ad carnis concupiscentias. Quippe qui non eã ob causam sumus a legis iugo soluti, ut in præceps feramur, sed ut seruitute summota, recti & gradu composito, tamq̃ bene formati & instructi nos incedamus. Non enim ut legem pręuaricemur, licẽter iam & libere agimus, sed ut ultra quã lege cautum sit, pbemur.

Libertatẽ abutens seruus efficitur

Paulus da Ro. vi.

Hireneus

Antiochus Grec.

Vulgarius eps

Hiero.
Origenes

Et Hiero. cum huius dicti uerum nobis daret intellectum ex .10. stromatum Orig. cũ sancto conuenit, Athanasio in summa prohibemur facere qđ placuerit & uolũtas suggesserit. Eapropter Orig. in homelia .n. super numeros recte locutus uisus est mihi dicens. Christus nos redemit dẽ maledicto legis, non nos redemit de maledicto mãdati, nec de maledicto testimonii, nec de maledicto iudiciorum, sed de maledicto legis, ne subiecti essemus circũcisioni carnis, nec obseruationi sabbatoꝝ, aliisq; horum similibus. Neq; per hanc libertatem, quã tu citas ex Paulo, principes illi christiani prohibentur facere leges, cõdere statuta reipub. christianæ cõgruẽtia. Ad quid enim dixisset dñs; Qui uos audit, me audit. Et cur toties Paulus pcepisset filios obedire parentibus, seruos obedire dominis, subditos obedire prępositis. sicut est ad Ephe. Collocẽñ. & Hebręos, imo ad Titũ scribẽs, ait. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. Quid qđ apostoli pceperũt aliqua, uelut acta illoꝝ per Lucam Prochorum ac alios descripta testantur. Præcepta dedit & Paulus. Nunquid arguendi sunt treceti decem & octo episcopi in Nicena synodo congregati, qui multa statuta dedere. aut dãnabis centũ & quinquaginta patres sub Constantinopolitano, & ducẽtos patres sub Ephesino, ẽt sexcẽtos & triginta patres sub Calcedonẽsi concilio, qui certe nobis post hanc liberationem, quam consecuti sumus in Christo, multa statuta fecerunt, re uera impiũ hoc esset. Ne ergo apostolos, ne tot sanctos patres, imo ne infinitos christianos principes damnemus, alium intellectum & uerũ illius paulinę sententiæ quærere oportet. Et eũ quidẽ, quẽ post reliquos Erasmus in annotationibus in Matth. c. 11. habet. Quum igitur tuus corruerit intellectus, certe dabis uicarium Christi condere posse statuta. Sed mi Luthere de te multi multa loquunť. & aliquãdo uiri boni rationẽ tui nominis dare conati sunt. Credidere quidã te Lutherũ λουτρον quod est lauacrũ, esse uocatum. Fuere nonnulli, qui te Lutherũ alytron, qđ Erasmus in annotationibus in Matth. c. 20. ptiũ significaṙ dicit, quo redimunť captiui aut serui appellatũ esse dixerũt. Et ego in principio causę tuę sępe asserui te Lutherũ esse dictũ alytrosi, quam Athanasius aut Vulgariæ episcopus perfectam liberationẽ significare docuit. Sperabamus. n. ex te redẽptionem Israel, sed certe spe bona frustrati, nisi mutaueris animum, conicies nos in libertatem, ne dicam licentiã peccandi. Tibi non parũ cõdoleo,

In Nicena synodo cccxviii. epi, i Cõstãtinopolitão. cl. in Ephesina. cc. in Calcedoñ. ccccccxxx. patres cõgregati fuerunt.

Erasmus

qui non paruam peccandi populo christiano indulgentiam præbes. Sed qui te iudicat ac iudicabit, dominus est. Vide quot bona opera ieiuniorum & orationũ te auctore neglecta sint. Sed hoc pœnitendum est, quod tot monachi religionis habitum abiiciunt. Nũquid non memores esse conueniebat. Vouete & reddite deo uota uestra. Sed de his alias tecum.

Circa sedecimum errorem contendis, nescio qua tyrannide pontificem abuti uerbo Quodcunq; ligaueris. Nullum hic citas locum. Vnde cum illis sentio, quos super hæc uerba scripsisse supra monstraui. Qđ si textum expresseris, & tibi respondere non grauabor. Decimumseptimũ errorem hunc esse dicis, quo papa mandauerit sub excõmunicationis pœna certis diebus abstinẽdum a carnibus ouis/atq; butyro, cum huiusce rei potestatem nullã habeat. Cuius errati nullum textum assignas, forsan eam ob rem, quia nullũ inuenire poteras. Scio scriptum esse de carniũ esu subti. de consec. dist. 5. & in eodẽ. c. deniq; dist. 4. sed excõmunicationem nullã inuenio. Id sane deprehenditur, quod Leo papa. 4. cui recte simplicem illã & a Christo laudatam prudentiam adscribimus super esu carnium uetustissimam & nõ improbandã traditionem cõmemorat. Hanc ante septingẽtos annos obseruauit ecclesia. Ab hac diuturna obseruatione non tam facile recedendũ puto. Scis quid Hiero. ad Pamachium & Octa. scribit. Illã senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Habemus hanc abstinentiam non tam ex præcepto pontificis q̃ ex diutissima cõsuetudine sanctæ matris ecclesiæ. Ecclesiam igit. hic non pontificem dãnas. Et in te miror, qui carnis castigationem ac mortificationem non indiligẽter doces, & tam propense laudas, quam & ego tecum laudo & probo, imo cũ Paulo id facio. Qđ non es memor q̃ recte conducat & a carnibus qñq; abstinere christianũ hominem. Docuere nos Galenus uir doctissimus Diogenes Epicurus quantum petulantiæ carniũ esus promoueat. Scis carnẽ facere nitidum & pinguem, & bene curata cute, imo Epicuri de grege porcum. Nec mirũ fuerit, si christiani a carnibus abstineant. Sub Saturno enim in aureo sæculo, sicut Dicearchus habet, nemo carnes comedit. Sicut & in primis post diluuium a Noe carnes comestas esse legimus. Nisi forte uelis cum Strabone e sedecimo libro dicere ex superstitione ortam esse carnium abstinẽtiam. Carnibus Cyrus Persarum rex abstinuit, & mira fuit Lacedæmoniorum frugalitas.

Ad articulũ. xvi. responsio

Responsio ad articulum. xvii.

A carnibus abstinere consilium est non præceptum

Hiero.

Lutherus ecclesiã nõ põtificẽ dãnat

Galenus

Dicearchus

Strabo

Cyrus

Lacedæmonii

Aegyptiorum sacerdotes Esseni Iosephus Magi Gymnosophistae Hieronymus Hilarion Hieronymus Ambrosius Hierony. Innocentius Hieronymus	Nolo hic dicere de sacerdotibus Aegyptiorũ, qui etiam ouum pro carnibus uitauere. Et scis Essenos Iudaeos, teste Iosepho, semper carnibus abstinuisse. Ea etiã aetate, qua Pigmalion in oriẽte regnabat, carniũ esus non erat. Fuerunt & apud Persas magi doctissimi, qui excepta farina & olere nihil amplius in cibũ sumebant. Et possem tibi recẽsere multa de Gymnosophistis/Samaneis/Iouis prophetis, qui a carnibus abstinuere. Et scis in templo Eleusinae tertiũ p̄ceptũ esse carnibus non uescendũ. Cur ita factum esse putas, quia carniũ esus/& potus uini/uentrisq; saturitas seminarium libidinis est, ut Hiero. inquit in. 2. li. aduersus Iouinianũ. Vnde sanctus Hilarion eremita cõtra libidinem carnis ad corpus ait. Ego aselle faciam, ut nõ calcitres, nec te ordeo alam sed paleis. fame te conficiã & siti &c. Illam etiam obseruãtiam ante tẽpora Hieron. diu fuisse firmissime credo, qd' & partim ex cõmẽtariis in epistolam ad Gala. dep̄rehendere possumus. Qd' si ieiunium qd' ab apostolis praesumimus institutum, seruare iubemur, ni mirum si iuxta consilium Ambrosii a carnibus & quibusdam aliis abstineamus. Non q̄ creator & dñs intestinorum nostrorũ rugitu & inanitate uentris pulmonisq; delectetur ardore. Sed q̄ aliter pudicitia tuta non est, ut scribit Hiero. ad Eustochium. Quid q̄ bonum est huiusmodi uinum nõ bibere, & carnem nõ manducare, ita ut sit caro sicut uter in pruina. Hanc igitur constitutionem si alicubi inuenisses, non eam facile dãnare, sed probare debebas. Sed non tam fortis est illa consuetudo, quin etiam tẽpore quadragesimali propter inopiam annonae carnes comedere possumus, imo infirmis, qui quocunq; tempore aegrotant, non ex nundinatione quadã, ut tu alibi dicis, sed iuris permissione conceditur. Ita Innocentius tertius scriptum reliquit in. c. consiliũ de obseru. ieiu. Immerito igitur hoc papae impingis, qd' scriptũ esse non inuenit', imo indigne id reprobari puto, qd' totidem annorum obseruatiõe fulcit'. Nec tibi persuadeas sicuti uelle uideris, ieiunia & uota res esse iampridem a Romanis pontificibus excogitatas. Nam & Hiero. ad Sabinã scribit moris fuisse in Aegypti & Siriae monasteriis, ut tam uirgo q̃ uidua, quae se deo uouerint, & saeculo renunciantes omnes delicias saeculi, conculcarint crinem monasteriorum matribus offerant desecãdum, & multa id genus sunt alia, quę tu pontifici Romano putas impingenda. Sed forte habes, quo tua defendas. q̄ nolis ullum hominem super caeterum aliquid statuere

tuerę

tuere posse, quod & constantissime dicis ac asseris, super quo paucis tibi respondeo. Si homo supra hominem nihil statuere potest, cur in primo apostolorum concilio decretũ factum est, ut qui sunt in Antiochia / Syria/& Cilicia, contaminationibus simulacrorum & sanguine & suffocato abstineãt? Cur tot leges ponit apostolus de constituendis epis, de uiduis, & uelandis fœminarũ capitibus? Cur ordinauit ne fidelis coniux ab infideli discedat, nisi deseratur? Cur dicere non ueretur cæterum, ego dico, non dominus? Cur fornicantem Corinthium Sathanæ tradit? An non apostoli homines fuerunt? & Paulus homo fuit, dicens cum Barnaba ad eos, qui erant in Licaonia. Nos mortales sumus similes uobis homines. Voluit tamen uas electionis sua custodiri mãdata. Sed quia serenissimus atq; inuictissimus princeps & dominus Henricus Angliæ & Franciæ huius nominis rex octauus sup ea re non modo sancte ac docte scripsit atq; feliciter, imo hanc tuam erroris mõstrosissimam hydrã gladio sacræ scripturę quasi aliqua claua Herculis prostrauit, & ita ut me legentem non modo maiestas illa dicendi, quę illi peculiaris est, sed & grauissimæ sententiæ reddiderint plane stupidũ ac attonitum. Et re uera ista si non contemptim legeris, fieri non potest si tibi superstit aliqua scintilla religionis, in hac re sententiam mutabis, immo oues alioquin erroneas, tua recantatione ad caules ueræ pascuæ reduces. Discas itaq; illũ imitari, qui iã in toto terrarũ orbe inter serenissimos doctissimus, & iter doctissimos serenissimus perpetua laude cãtatur. de quo & olim id qd' de Aenea Maro cecinit, Anglia illa, cui soli philosophantem regẽ cõtigisse uidemus cãtabit

Actuum.xviii.

Laus serenissimi ac inuictissimi Regis Angliæ

Virg.i. Aeneidos

Rex erat Henricus nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

Nec id imerito fiet. Siquidem altera manu uirgam pastoris, altera uero sceptrum regium gestat. At quid opus est uerbis, ubi res ipsa loquitur? Sed q͞p iniustissime pontificem facere contendis, qui sacerdotibus ne ducãt uxores, phibuerit. hoc opus hic labor est. Mallem hic aliorum audire iudiciũ, q̃ mea imprudẽter in mediũ afferre. Sed cũ ita fieri cõueniat, ac tuæ scripturæ exigat ordo, hãc rẽ pterire nõ possũ. Scis mi Luthere diu dubitatũ a Theophrasto, ut est apd. A. Gelliũ an ne sapienti sit uxor ducẽda. Sat ualide in utrãq; partẽ pugnatũ est. Nẽpe Bias rogatus a quodã deberet ne uxorẽ ducere, an uitã uiuere cęlibẽ, ingt, aut pulchrã duces, aut deformẽ. si pulchrã habebis

Ad.xviii. articulũ

Theophrastus
A. Gellius
Bias
An sapienti sit ducenda uxor

Q

communem,sin turpem,habebis poenam • neutrum autem benū• Est igitur non ducenda uxor• Inuenti sunt,qui responsum hoc con uerterint,ac ἀντιστρέφον idest reciprocū esse uoluerūt,dicentes•Si formosam duxeris, non habebis poenam , sin deformem , non habebis communem•Ducenda est igitur uxor• Credit A•Gellius lib• quinto cap•6•hic sese medium inuenisse,dum formam , quam ipse uocat statam,excogitarit• Sed Theophrastus homo gentilis in lib• de nuptiis prudentissime discussit per coniugium impediri studia philosophiæ, nec posse quenquam libris & uxori pariter inseruire• Multa esse,quæ matronarum usibus necessaria sint,preciosę uestes aurum/gemmæ/sumptus/ancillę/suppellex uaria/lecticæ/& esseda deaurata•Dein per noctes totas garrulæ quęstiones•Illa ornata procedit in publicum•illa honoratur ab omnibus• ego in conuentu foeminarum misella despicior • Cur aspiciebas uicinam ? quid cum ancillula loquebaris? de foro ueniens,quid attulisti? Non amicum habere possumus,non sodalem•alterius amorem suum odium suspicatur• Si doctissimus præceptor in qualibet urbe fuerit,non uxorem relinquere,nec cum sarcina ire possumus•Pauperem alere difficile est,diuitem ferre tormentum • Adde quoniam nulla est uxoris electio,sed qualiscunq; obuenerit,habenda • Si iracunda,si fatua,si deformis,si superba,si fœtida • Quocunq; uicio est, post nuptias discimus•Equus/asinus/bos/canis/& uilissima mācipia/uestes quoq; & lebetes/sedile ligneum/calix/& urceolus fictilis probantur prius & emuntur• sola uxor non ostenditur,ne ante displiceat,quam ducatur•Attendenda est semper illius facies & pulchritudo laudāda, ne si alteram aspexeris , se existimet displicere • Vocanda domina, celebrandus natalis eius,iurandum per salutem ipsius,ut sit superstes optandum , honoranda nutrix eius & gerula/seruus/patrinus & alumnus / & formosus assecla / & procurator calamistratus / & longam securamq; libidinem exactus spado • sub quibus nominibus adulteri delitescunt quoscunq; illa dilexerit • Ingratis amandi si totam domum commiseris,seruiendum est • Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris , fidem sibi haberi non putabit, sed in odium uertetur , ac iurgia , & nisi cito consulueris , parabit uenena• Anus & aruspices / hariolos / & institores gemmarum/sericarumq; uestium si intromiseris , periculum pudicitiæ est • si prohibueris , suspitionis iniuria• Verum quid prodest etiam diligens custodia?

A. Gellius in noctibus atticis

Theophrastus

quum uxor impudica ſeruari nõ poſſit, pudica non debeat. Inuida
enim custos caſtitatis neceſſitas. & illa uere pudica cẽſenda eſt, cui
licuit peccare, ſi uoluit. Pulchra cito adamatur. fœda facile concu-
piſcit. Difficile cuſtoditur quod plures amant. Moleſtum eſt poſſi-
dere quod nemo habere dignatur. Minore tamen miſeria deformis
habetur q̃ formoſa ſeruatur. Nihil tutum eſt, in quod totius populi
uota ſuſpirant. Alius forma, alius ingenio, alius facetiis, alius liber-
tate ſolicitat. Aliquo modo uel aliquãdo expugnatur quod undiq;
inceſſitur. Plutarchus multa ad rem in libro de præceptis connu- Plutarchus
bialib9, quę omitto, ne laſciuis gaudere uidear. Hypponactes duos Hypponactes
dixit uxoris dulciſſimos dies, nuptiarum uidelicet & mortis. Hoc
Iudæi pulchra inuentione exprimũt geneſis. 23. ubi Abraam defle-
bat uxorem Saram mortuam. Verbum autem ſcilicet וְלִבְכֹּתָהּ qđ
fletum illum ſignificat per כ quaſi literam minuſculam exprimũt
dicentes hanc כ eſſe literam de minimo alphabeto, quod nonniſi
ſemel per totam bibliam inuenitur. Et hinc tradũt uxoris mortem
non nimium ſed mediocriter eſſe dolendam, ſicuti fecerit Abraam
uxore Sara defuncta. Et de uxore loquens Philemon, immortale Philemon
malum uxorem dixit. Theodectes coniugium ſimile ſenectuti. Theodectes
utrumq; enim aſſequi cupimus. aſſecuti tandem dolemus atq; an- Heſiodus
gimur. Heſiodus. Quiſquis confidit mulieri, frondibus hæret. Li- Libanius
banius ſophiſta nobiliſſimus quendam effingit, qui ſeſe aliquando
coram iudicibus accuſauit. & cur ſupplicio dignus extremo foret, Cicero
cauſam ſubiunxit, qui ſibi permiſerit uxorem dare. Et Cicero
rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ ſororem eius duce-
ret uxorem, omnino facere ſuperſedit dicens non poſſe ſe uxori &
philoſophiæ pariter operã dare. De Xantippe Socratis uxore nota Vxorum in viros
eſt iurgiorum hiſtoria, & hæc quomodo philoſophum pientiſſimũ moleſtiæ
ĩmunda pfuderit aqua. Omitto q uiris ſtrennuis quãdoq; impudi
ciſſimæ contingere ſolent uxores. Nolo hic dicere de Lelio Scylla
Gneo Pompeio/Marco Catone cẽſorio. Et matrimonii non eſt par-
ua moleſtia. q, ut eſt apud Terentium, omnes ſocrus oderunt nu- Terentius
rus. Herodotus ſcribit q mulier cum ueſte deponat & uerecundiã. Herodotus
hoc in impudẽtibus non honeſtis matronis uerũ eſſe credo. Noſter
comicus fortunatum putat, qui nunquã uxorem duxerit. Epicu- Epicurus
rus uoluptatis aſſertor raro dicit ſapienti ineunda coniugia, quia
multa incommoda admixta ſunt nuptiis. Ridicule Chryſippus Chryſippus

Valerius ducendam uxorem sapienti praecipit ne Iouem Gamelium & Genethlium uiolet. Et fertur Valerium Ruffino scripsisse. Optima foemina, quae rarior est phoenice, amari nō potest sine amaritudine metus & solicitudinis/& frequentis infortunii. Credit & fere nullā esse Lucretiam, nullam esse Penelopen, nullam Sabinam. Et legit

Iupiter Iouem post Europam mugire coactum. Nolo hic de Phoebi amore Leucothoes infatuato narrare. Et

Phoroneus Phoroneus Graecorum rex iam moriturus ait Licētio fratri suo. Ad summā felicitatem nihil mihi deesset, si uxor mihi semp defuisset.

Sulpitius Cato Vticensis Sensit Sulpitius ubi se calceus premebat, qui uxore nobili & casta diuertit. Et Cato Vticensis. Si absq̃ foemina posset esse mundus, conuersatio nostra non posset absq̃ diis esse. Nouit is q̄ flos Veneris rosa, quia sub eius purpura multi latent aculei.

Metellus Metellus Mario respondit, quum eius filiam dote diuitem, forma nobilem, genere claram, fama felicem ducere noluit, malo meus esse q̄ suus. Cui Marius. imo ipsa tua erit. Ait ille Immo uirum oportet uxoris esse. Logicum est enim. Talia erunt subiecta, qualia permiserint predicata.

Aristoteles Et Aristoteles peripateticorum facile princeps alienissimum modum habendi dixit habere uxorē. Quum enim quis habet, habetur.

Demosthenes Vulgatissima est Demosthenis cū Layde historia, qua magno precio emere poenitere prohibemur. Non parua sunt illius iugi pericula.

Liuia Lucilia Docet hoc Liuia. hoc Lucilia. Liuia uirum suum interfecit, quem nimis oderat. Lucilia, quem nimis amauit. illa sponte miscuit aconitum. haec decepta furorem pro amoris poculo.

Hercules Itidem Herculi contigisse fabulae tradūt. Haec recitare pudor prohiberet, nisi diuū Hieronymum ac alios similia imo maiorem partem scripsisse uiderem. Nec tamen propterea narro, quasi matrimonii encomion ignorem.

Ioannis. ii. Scio nuptiis interfuisse Christum, imo rerum opifex omnium illud instituit, & post diluuium ut crescerent & multiplicarentur, imperauit.

Matthaei. xix. Marci. x. In euangelica lege patrem & matrem relinqui iussit, modo quisquam adhaereat uxori. Et ipse licet e uirgine nasci uoluerit, placuit tamen etiam ut

Lucae. i. haec esset desponsata uiro cui nomen Ioseph. Nemo ergo putet q̄ cōiugia damnem. Scio enim hanc opinionem tanq̄ haereticam in cōcilio Gangrensi reprobatā. Et uetus lex hoc honoris matrimonio dedit, ut qui spōsam duxisset, eodē anno nō cogeretur in bellū exire.

Iustinus Et Licurgus, ut est apud Iustinū, hāc legē post se reliqt, ut qui uxorem non ducerent, ii aestate arcerentur a ludis & spectaculis, hyeme

uero nudi forū circuirent, prospicientes se iusta pati, φ legibus nō obtemperassent, Hęc pleraq; alia in laudem matrimonii sonant. Ea propter & matrimoniū maxime laudo. At sicut inter philosophos quaesitum ac acerrime disputatum est an sapienti ducēda sit uxor, ita hic non absre discutiendum est an sacerdoti liceat habere uxorem. Optarim audire hic quendam Salomonem, qui longa didicit experientia quid uxor, quid mulier. Breuis est quaestio, solutio tñ difficillima. Nolim hic aliud dicere q̃ sancta seruat eccl̃ia. Auribus lupum tenere is recte dicetur, quisquis hic certū decideri. O quot uespas, quot uespertiliones, quot cyniphes brucos, scarabeos atq; crabrones is excitauerit, qui sacerdotibus uxores non esse permittēdas asseueraueri. Tota fornicatorum familia cōmoue bit. Et ingenue fateor facilius quis deos expugnauerit q̃ hoc genus hominum dicaculum persuaserit atq; conuicerit. Scio mi Luthere hac re una te multorum hominum fauores & aucupatum & lucratū esse. Vnde camarinam non mediocrem is mouerit quotusquisq; in aduersum pugnarit. Nec me latet φ habes tuae blandulae sententiae propugnatores acerrimos. Panormitanus enim, cui tota canonistarum turba non parum tribuit, in. c. cū olim de clericis coniugatis, dudū consuluit sacerdotibus dandas uxores, forte quia Siculus erat, placuit illi mos eorum, qui in Calabria uicini sibi fuerunt. Fuerunt & alii, quorum nomina tacere non sine ratione uolo, qui & illud idem affirmant. Eapropter certi aliquid hic diffinire periculosum est. Id unum tueri uolo φ tibi non licet licentiam dare presbyteris ut ducant uxores, & φ tam inuidiose hic omnem culpam, siqua hic fuerit, in Ro. pontificem reiicis. Hoc itaq; mihi uindicādum puto. Id aūt recte fecero, si quid concilia, quid sancti patres, quid demū pontifices in hac re sanxerint/statuerint/ac ordinarint, ex ordine recenseam. In canonibus, quos ferunt esse apostolorū, ita scriptum inuenio canone. 17. Siquis post baptisma secūdis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse nec episcopus nec presbyter / aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

An sacerdoti liceat habere vxorem

In Ancirano cōcilio pr̃es ita statuerūt. Diaconi quoq; cū ordinant̃, si in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerunt uelle se coniugio copulari, quia sic manere non possint, hi si postmodum uxores duxerint, in ministerio manent, propterea φ ep̃us licentiā dederit.

Conciliū Ancyranum canone. ix.

Quicūq; sane tacuerūt,& susceperunt manus impositionē, professi cōtinētiā,& postea nuptiis obligati sūt,a ministerio cessarē debebūt

Conciliū Carthaginēse canone.vii.

In concilio Carthaginensi Faustinus episcopus ecclesiæ Potētianæ prouinciæ Picini legatus Ro.ecclesiæ dixit. Placet ut episcopi/presbyteri/& diaconi,uel qui sacramēta cōtrectant, pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineāt.Ab uniuersis episcopis dictum est,Placet, ut in omnibus & ab oībus pudicitia custodiatē, q altari inseruiunt.

Aliud cōciliū Carthagiñ cano. xx v.

In alio concilio Carthaginensi Aurelius episcopus dixit. Addimus fratres charissimi præterea quū de quorundam clericorū: lectorum erga uxores proprias in continentia referē,placuit quod in diuersis conciliis firmatum est. Subdiaconi qui sacra mysteria cōtrectant, & diaconi & presbyteri,sed & episcopi scdm priora statuta etiam se ab uxoribus abstineant,ut tanq̄ non habentes uideantur esse. Qd̄ nisi fecerint,ab ecclesiastico remoueantē officio.Cęteros aūt clericos ad hoc nō cogi,nisi maturiori ętate,ab uniuerso cōcilio dictū ē.Quę ura sctitas sāxit,& iuste moderata & sctā & deo placita cōfirmam9.

Ahpricanū conciliū canone.xxxvii

In sancto Aphricano concilio ita scriptum inuenio. Præterea quū de quorundam clericorum,q̄uis erga uxores proprias in continētia referē,placuit episcopos & presbyteros & diaconos secundū priora etiam ab uxoribus continere,qd̄ nisi fecerint,ab ecclesiestico remoueantur officio.Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

Synod. Cæsarieñ canone primo

In synodo Cęsariensi.Presbyter,qui uxorem duxerit,ab ordine suo illum deponi debere statuimus. Qd̄ si fornicarius fuerit,uel adulterium cōmiserit,extra ecclesiam abiiciatur, & pœnitentiam agat.

Conciliū Valeñ.

In Valētiniano cōcilio celebrato apud ecclesiā Valētinā sub tpibus Gratiani & Valentiniani dr̄ digamos ordinari clericos non posse.

Cōciliū Agatheñ. canone nono

In concilio Agathensi celebrato sub Alarico rege sic legiē. Placuit si diaconi aut presbyteri coniugati ad thorum uxorum suarū redire uoluerint,papę Innocentii uel Siricii episcopi auctoritas cōseruetē. Qd̄ si ad aliquos formula illa ecclesiastica uitę pariter & disciplinę a Siricio epō ad prouincias probabitur nō peruenisse his ignoratio nis uenia remittetur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere. & ita gradus suos,in quibus inuenti fuerant,sic retineant &c.

Cōciliū Gerūdeñ canone septimo

In concilio Gerundensi celebrato tempore Theodorici sic pcipiē. De his,qui sine uxoribus ordinantur, & familias ac domos habēt, habito secum pro uitæ conseruatione fratrum testimonio, non per

quamcunq; foeminei sexus personam eius substantiae gubernent, nō per puerum aut amicum suam domū debeāt ordinare. Si uero matrem in domo habuerint aut sororem, secūdum priorū canonū statuta per eorum personas eius debent contrectari substantiae.

In concilio Valentino sic legitur. Placuit diaconos uel integri uel casti sint, & continentes uitae, etiam si uxores habeāt, in ministerio constituantur, ita tamen ut siqui etiam ante interdictum, qd' per per plures nostros episcopos constitutum est, incontinenter cū uxoribus suis uixerint, presbyteri honore non cumulētur. Siquis uero ex presbyteris ante interdictum filios suscipiat, de presbyterio ad episcopatum non admittatur. Valentinum Concilium

In Meldensi concilio constitutum est neminem ad sacrum ordinē admittendum, nisi aut sit uirgo aut probatae castitatis, & qui usq; ad subdiaconatum unicam & uirginem uxorem habuerit. Cōciliū Meldēse

In Toletano cōcilio quinto statuit. Quando presbyteri & diaconi per parrochias constituunt, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste & pure uiuant sub timore dei. Concilium Toletanum.v.

In cōcilio Toletano scdo ad diaconatū accessuri, cōtinētiā pfiteāt. Toletanum concilium.ii.

In concilio Arelatensi tertio sancitū est non oportere assumi aliquē ad sacerdotium in coniugii uinculo cōstitutum, nisi fuerit cōmissa conuersio. Et in eodem concilio quarto prohibentur diaconi coniugati ordinari, nisi prius conuersionis proposito professi fuerint. Dein et in eodem concilio quarto prohibentur diaconi coniugati ordinari, nisi prius conuersionis proposito cōfessi fuerint castitatē. Arelatēse cōciliū

Et fere idem cōstitutū est in Anchiritana synodo, in concilio Neocaesariensi. Presbyter si uxorē duxerit, ab ordine deponitur. Ex his & aliis habes mi frater Martine hic nō esse solius pōtificis negotiū atq; decretum. Non ergo in solū Romanū pontificem, sed haec sanctissima concilia clamandum erat. Nec tu unius sed multorū pontificum sententiam damnas, non centum annorum etiam, sed multorum saeculorū consuetudinē reprobas. Ego inter pontifices primū fuisse reperio Calixtum papam decimumseptimum, qui ita statuit Presbyteris/diaconis/& subdiaconis/& monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus. Contracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad poenitentiam redigi debere iuxta sacrorum canonum diffinitionē iudicamus. haec Calixtus papa & martyr. Super hac re & Siricius Anchiritana synodus Cōcilium Neocaesariense Calixt9 statuit circiter annū a Christo nato.ccxviii. Siricius

anno Christi trecentesimo nono parem fecit ordinationem •

Triptita historia

Qđ si mihi obieceris Pasnutiũ confessorem, qui, ut est in tripartita historia, licet nuptiaꝝ esset inexpertus, in Nicena synodo his contradixit, qui statuere uoluerunt ut episcopi/presbyteri/diaconi/subdiaconi cum coniugibus, quas ante cõsecrationem duxerunt, non dormirent, hanc quoq; sententiam synodus ipsa laudarit, facile respondere possem • Nam in hoc cõcilio noluerunt, imo nec potuerũt patres omnia necessaria ordinare, satis erat eo tẽpore contra Arriũ eos præualuisse • Tamen omissa per Osium Cordubeñ & alios, in aliis fuerũt ordinata cõciliis• Et licet oriẽtalis & occidẽtalis ecclesiæ in hac re sicut in plerisq; aliis dissenserint, tñ ita uerissimę scripturæ testanť obseruatũ esse, ut licet in oriẽtali ecclesia qui prius uirgines in uxores habebant, in sacerdotes ordinari potuerint• tñ quotquot ad sacros superiores ordines promoti fuerũt, etiã in oriẽtali ecclesia de nouo contrahere non potuerunt • Ita Græci sacerdotes adhuc in Creta/Rhodo/Corcyra/Chio/Cypro/Peloponesso/insulis Cycladibus/Athenis/Lacedæmone/Thebis/Corintho/Constantinopoli/Adrianopoli/Calabria, imo tota Græcia, etiam sub Turca degentes seruant, ut quisquis fuerit in sacerdotem ordinatus, nõ audeat nec possit ducere uxorem • tamen antea uxorem habens, non tenetur eam dimittere, siquidem canonem habent ita sonantem

Etiam oriẽtalis ecclesiæ sacerdotes vxores ducere prohibiti sunt

ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος. ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἀφιέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω·

Ex canonib⁹ apostolorũ a Clemente collectis

Episcopus/aut presbyter/aut diaconus suam uxorem non dimittat causa deuotionis• Si autem dimiserit, excõmunicetur • perseuerans autem priuetur • Sed heus tu mi Martine qua auctoritate scribere ac in totum orbem diuulgare ausus es, ut monachi & sacerdotes in tuam conscientiam etiam proprias concubinas in uxores ducant, contra canones ac constitutiones ueteres, ac tam orientalem q̃ occidentalem ecclesiã, quũ tamen sic sonet canon. ὁ χήραν λαμβάνων, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ •

Ex canonib⁹ apostolorum

Viduam ducens, aut expulsam, aut meretricẽ, aut seruã uel histrionem, non potest esse episcopus, aut p̃sbyter, aut diaconus, uel omnino de numero sacerdotali • Quot centena millia hũc canonem & in hanc horam Græci seruant, & hi, qui in Asia uiuunt Chaldæi strictissime obseruant • Siquidem in Asia ultra circulum æquino-

ctialem,& non longe a fluuiis, quos populi illic degentes appellāt [illegible] : Geon & Nilo christiani sunt maximæ multitudinis olim a sancto Thoma apostolo ad fidem cōuersi, qui & patriarchā habent,cuius nomen semper [illegible] Berotozivvan,secundum nostram prolationem prete Iohan,qui & ንጉሥ Nogus dicitur,sub se multos archiepiscopos & episcopos habet. Quorum regia ac primaria ciuitas est አክሱም : Achosum. Hi circa presbyterorum coniugia hoc habent,q ordinari uolens in presbyterum,quem ipsi appellant ቀሲስ : kaiosi,necesse est,ut non habuerit nec habeat uiduā, aut scortum,sed uirginem in uxorem.quanq etiam sine uxore ordinari possit.id quoq; maxime laudant. In subdiaconum ordinatus nunquam poterit amplius contrahere. Qđ si in sacerdotio manens uxorem mori contingat,necesse est hunc abstinere perpetuo,& appellatur [illegible] Falasi. Qđ si sacerdos moritur,mox in arctum monasterium fœmina recludit, ibiq; cum reliquis uirginibus deo dicatis,quaꝝ in uno monasterio multa centena degere dicunt, caste uiuit.& ex illo in mūdum redire nunquam permittitur, & linguā coꝝ tunc dicitur [illegible] Maomeno. Ita retulere mihi fratres illi, qui Romam uenerūt de prouinciis istis Asiaticis amore principis apostolorum Petri,quem & maiorum suoꝝ & in primis patriarchę Ioannis testimonio reliquis præfuisse apostolis constātissime dicūt atq; fatentur. Illi quoq;,dum me referente audirent quid in hac re noui statuisses, tuam sententiam tanquam cōstitutionibus aplicis omnino contrariā satis mirari non potuerunt, Te quoq; propterea magnum [illegible] falasa, hoc est hæreticum esse dixerunt. Et iuxta patriæ morem ነደደ nadada idest flamma dignum asseruerunt. En iam orientales. Audi nunc quid septētrionales in ea re seruent. Moscouitæ illi, qui toti paulini sunt, sacerdoti nonnisi unam & uirginē uxorem habere permittunt.Ea si moritur,non licet illi aliā quamdiu uiuit, in uxorem habere unquam. Hi licet quasi efferi sint,& homines admodum siluestres, tamen hūc ordinem a Paulo se accepisse, imo quasdā epistolas manu Pauli scriptas sese habere gloriātur. Et re uera uerbum apostoli de unius uxoris epo sic debet intelligi. Tu uero concubinas & passim prostitutas admittis cōtra Gręcos/barbaros/& Latinos. Hunc etiam morem inter Gręcos nō iampridem cœptum esse testatur liber Nicetæ monachi Græci de nuptiis sacerdotum. Hebræi quoq; contra te pugnare solēt ex lege.

Latine gene..ii.dr Geon, hebraice גיחון

De Moscouitis

Nicetas monach.

Leui.x. siquidē non ignorant Leui.21.scriptum de sacerdote magno, quem כהן גדול appellant, scortum & uile prostibulum non ducet uxorem, nec eam, quæ repudiata est a marito, quia consecratus est deo suo, panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctꝰ sum dn̄s, qui sanctifico uos. hæc de magno sacerdote. De minori

Ezechiel uero en Ezechie.44.sic dicit. Vinum non bibat omnis sacerdos qn̄ ingressurus est atrium interius. & uiduam & repudiatam non accipient uxores, sed uirgines de semine domus Israel. sed & uiduam, quæ fuerit uidua a sacerdote accipient. Et tu Luthere uide quid dicas quādo menianum & triobolare scortum admittis etiam illi, qui antea in sacerdotem fuerit ordinatus. Non es memor ꝙ etiam

Thalmudistæ ut Hebræi thalmudistæ habent, Noe ac Sem/Ham/& Iaphet in arca non cum uxoribus, sed seorsum habitabant. Ita enim textus expresse innuere uidetur, bis ibi dicens. Ingressus est Noe & Sem & Ham & Iaphet filii eius & uxor illius & uxores filiorum eius. & quare? quia noluit illos dominus in archa cohabitare, per quos tn̄ iterum uoluit multiplicare terrā. Nimirum si is seorsum habitare debet, qui manna de cœlo cottidie suis cōtrectat manibus. Et nolo hic dicere de maledictione Ham canis & colūbæ, de quibus sapien

Numeri.xii. tes illoꝝ, sed & ad duodenū caput numeroꝝ te prouoco, ubi scriptū inuenies. Locuta est Maria & Aaron contra Mosem propter uxorē eius Ethiopissam, & dixerunt. Num per solum Mosem locutus est dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Dic mihi cur Maria & Aaron locuti fuerint contra Mosen propter Ethiopissam? Nōne erat filia Iethro, qui septem nomina habuit, & ex qua genuit duos filios Gerson & Helcazar. Sed quid fecerat Moses ꝙ frater & soror contra eum locuti fuerunt? Certe id fecit, ꝙ hanc ad tempus repudiauerat. & quare, quia uolebat loqui cum domino. Et loquebatur illi deus. eapropter ut digne audiret dominū, uxorem a se ad tēpus amouit. Et quia causa iusta erat, quæ & placebat domino, submurmurante Maria cum fratre, iratus est dominns ualde. Et statim locutus est dn̄s ad eum & ad Aaron & Mariam dicens. Egredimini uos tantum tres ad tabernaculū fœderis &c. Qd' si hoc fecit Moses sub uelamine patribus loquens, nimirum si sacerdos abstineat, qui

ii.Regum.xxi. dominū lucis cottidie consecrat. Et notissima est historia regum.2. de sacerdote Achimelech, qui Dauidi & pueris eius noluit dare panem sanctificatum seu panem propositionum, nisi cōtinuissent ab

heri & nudiustertius a mulieribus. Ea omnia iccirco recēsere uolui ut ex umbra ueritatem agnosceres. Dein nō parum in te miror, cur in quodam tuo libello ad principes Germaniæ ac aliis per te libris editis liberam facultatem contrahendi matrimoniū etiam in concubinatu stertentibus admittis. Quū hæc tua indulgentia, ne dicā licentia, non tam sit contra Romanos pontifices ante mille annos, nec solum contra concilia & occidentalem ecclesiam, imo & contra decreta, consensum quoq & approbationē orientalis ecclesię, ueluti paulo ante intellexisti. Addo q contra canones apostolorum, quos a beato Clemente collectos uetustissimi libri & græce / & latine scripti testantur. Vides quo te ducat irreligiosa pietas. Et credo si unquam tu mahumeticam legem alioquin impudentissimam legisses, hāc opinionē nunq imbuisses. In Alchorano etenim circiter annū dñi nři Iesu Christi sexcētesimū facto, in capitulo de muliere inuenisses per plura de castis mulieribus atq pudicis, de uirginib9 etiam continere uolentibus. Et q solis castis & honeste uiuentibus non impudicis nec raptis pręmia debeātur. Taceo de saracenitate, quæ lingua illorum animi puritas dicitur, sicut est in eodē Alchorano. c. y. Et nisi te insigni quadā iniuria afficerem, ingenue dicere possem in hac & multis rebus te mahumeticis sectatoribus esse impuriorem, ne dicam peiorem. Siquidem illi purgatoriū esse credūt, tu uero tollere uideris. uiros mulieribus præesse dicunt, tu æquales reddis. In capitibus eiusdē Alchorani decimas solui iubent, tu uero tollis. De iuramentis ac uotis ita statuit Mahumethus, ut illa omnino seruare uelit, tu uero periuros & sacerdotes & monachos etiam impune causas. Et mille sunt illius genera, ut de beata uirgine ac aliis tibi ac tuis assertionibus contraria, quæ si uelim tibi recensere possem, in quibus Sergius monachus ac Nestorianus excōmunicatus Mahumethi pręceptores honestiora suo discipulo suggesserūt, quam tu nobis in ecclesia sancta quandoq tradideris. Et sic uelim nolim, fateri cogor, q in multis maior est Alchorani puritas/religio ac pietas, q̄ noua tua ac tuorum doceat christiana libertas. Sed ad sacerdotum nuptias redeo. Qđ si tua sentētia firma censeri deberet, in cōmunem nostrum Paulum peccare oportet. Paulus bigamum omnino prohibet, tu incaute illum admittis. Huius rationem deo auspicante nos infra dabimus. Fuere nonnulli, qui obiecere mihi scriptum in genesi, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &

Lex Mahumetica Alchoranus

Genesis

maledicta sterilis, quę non parit semen in Israel. Nubebant omnes & nubebantur: & derelictis parentibus, fiebant una caro, quibus laconismo illo respondeo, matrimonio repleri terrā, cęlibatu cœlū. Inde forte factum est, ut fuerit Abraam trigamus, & Iacob quadrigamus scilicet Lyæ/Rachel/Bale/& Selphe. Tunc.n. erat replēda terra, nunc cœlum. Vnde Hierony. aduersus Heluidium. Quando uox illa pertonuit, Tempus breuiatum est. Reliquum est, ut qui habent uxores, sic sint, quasi non habeant, adhærentes dn̄o, unus cum eo efficimur spiritus. Et quare? quia qui sine uxore est, cogitat ea, quæ dei sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Et diuisa est mulier & uirgo, quæ non est nupta, cogitat quę sunt dei, ut sit sancta spiritu & corpore. Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat uiro. Quid oblatras? quid oppugnas? uas electionis hæc loquitur. hæc Hierony. Non sentis hic, aut subodoras, cur deo dicatis non liceat habere uxores. Qd' si proposuerint mihi nonnulli Salomonem, quibus ante respondi, q̄ obiicere potuerint. licet enim multas habuerit, uxores/multas concubinas. & adulescentularum nō erat numerus, ex eo qd' de illo dicitur in cāticis canticorum. Sexaginta sunt reginæ & octoginta concubinę/& adolescentulæ, quarum non est numerus. Et regum libro. 3. scribitur quod septingentas habuerit uxores/& trecentas concubinas, & alias innumerabiles. Sed finem audiant, si uitam adeo impense probant. Deprauatū est cor illius a domino, & in idololatrā abiit. Attamen anteq̄ plures haberet uxores, & carnis uiciis laberetur, in principio regni & adolescentiæ extruit domino templum. Et in prouerbiis testat. Sicut in ligno uermis, ita perdit uirum suū uxor malefica. Et iterum. Melius est, inquit, uiuere in terra deserta, q̄ cum uxore litigiosa & iracunda. Et alibi. Stillicidia eiiciunt hominem in die hyemali d̄ domo sua. Similiter & mulier maledica de ꝓpria domo. Et protrita est parabola Salomonis per tria, moueri terram, quartū aūt sufferre non posse, utpote si seruus regnet, & stultus si saturetur panibus, odiosa uxor si habeat bonū uirū, & ancilla si eiiciat dominam suam. Sed & fuere nonnulli, qui mihi obiecerunt apostolos, quod & illi uxores habuerint, quas & circumduxerint. Super qua re ego inuenio diuersas diuersorum opiniones. Scribit Ambrosius in epistolam ad Corinthios .2. c. 11. omnes apostolos exceptis Ioāne & Paulo

Hiero.
Paulus.i. Cor.vii.
Salomon
Cantica canticorum
Regum.iii.c.xi.
Prouerbiorum
An apostoli uxores habuerint
Ambrosius

Paulo uxores habuisse. Sed Hiero.in.i.li.aduersus Iouinia. scribit Hiero.
pterq̃ de aplo Petro nõ esse manifeste relatũ de aliis aplis q̧ uxores
habuerint. Et cũ de uno scriptum sit, & de cæteris tacitũ, intelligere
debeamus sine uxoribus eos fuisse. Dionysium ẽt Areopagitã legi-
mus, ut pulchre recitat Chrys. in. 5. li. dialogoꝝ de dign. sacer. uxorẽ Chrysost.
habuisse, de quo & sunt acta aploꝝ. Sed apli etiam, si recepta fuerit
Ambrosii snia, nõ inueniunť alias duxisse uxores q̃ ante habuerint.
Quid q̧ fideli scripturaꝝ testimonio habemus, & cõcilia & pontifi-
ces, imo doctores ecclesię ex aplicis canonibus, quos in quatuor grę
cis & qnq; latinis exẽplaribus iueni hoc recepisse, ut in sacris maio-
ribus ordinibus cõstituti, nõ dũcant uxores. Possem hic tibi multa
recẽsere, quę sunt in libello de singularitate clericoꝝ, quẽ Cypriani
esse aliqui dixerũt. Sed & diui Aurelii Augu. iã uerba accipe. Is in
li. q̃st. ue. & no. test. q. 127. sic ait. Sed forte dicať, si licet, & bonũ est August.
nubere, cur sacerdotibus uxores non licet habere. i. ut ordinatis iã
non licet cõuenire? Quis nesciat unumquodq; suam legem habere?
Est enim qď omnino generaliter omnibus non liceat. Est item qď
aliis licet, & aliis non licet. & est q̧ aliquando licet, aliquando non
licet. fornicari omnibus semper non licet. negotiari aliquãdo licet,
aliquando non licet. Anteq̃ ecclesiasticus sit, licet ei iam negotiari,
facto iam non licet. Et christiano cũ uxore sua conuenire aliquãdo
licet, aliquando uero nõ licet. Propter dies enim processionis aliqñ
nõ licet cõuenire, quia etiã a laicis abstinendũ est, ut facilius impe-
trari possit, qď postulať. Vnde aplus ex cõsensu ait. Abstinẽdũ ad
tps, ut uaceť oroni. Nã scdm legẽ in ieiunio cedi & iurgari nõ licet,
postea licet, qa reuerẽtia debeť dei cãis. nũqd oẽ qd ãte cęteros licet,
ante impatorem licet, quãto magis in dei causis. ac per hoc antistitẽ
eius puriorẽ cæteris esse oportet. Ipsius. n. personã habere uideť. est
enim uicarius eius, ut qď cęteris licet, illi nõ liceat, qa necesse habet
cottidie Christi uicẽ agere, aut orare ꝓ pplo, aut offerre, aut tingere.
Et solũ huic cõcubitus nõ licet, uerũetiã ministro eius, qa ipe mun-
dior debet esse, qa sancta sunt, quæ ministrat. Nã sicut ad cõpara-
tionem lucernæ tenebræ non tm̃ obscuræ sed etiã sordidæ sunt. ad
cõparationem aũt stellaꝝ lucerna caligo est, ad solis cõparationem
stellæ nebulosæ sunt. Ad dei aũt claritatẽ sol nox est, ita quæ ad nos
licita & munda sunt, ad dei aũt dignitatẽ illicita, & quasi imunda
sunt. Quamq̃ enim bona sunt dei, tamen personæ non competunt.

Nunquid tunica mediocris hominis quamuis munda, imperatori tñ sordida & illicita est. similiter & saxonicia senatori. Ac per hoc antistites dei puriores esse debent, q̃ cæteri, quia & Christi habent personã, & ministros dei mũdiores oportet esse. Nemo enim imperatori ministrat, nisi uestimẽtis claris & mundis indut9. Deus aũt quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis q̃ uestib9 mundos oportet esse. hæc Aug. Sed dicis, ut audio, cur me grauat homo, quo nõ grauor a dño. En in euãgelio nihil de his habes, quæ sunt in actis apostolo℞ ab aplis decreta. Tamẽ uoluit etiã dñs illos audiri, dicens. Qui uos audit, me audit. Et spiritus sanctus docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia. Putas autẽ q̃primum mortui fuerũt apli, successores illo℞ nihil unq̃ statuere potuerũt. Faceres presbyteros, qui etiã bene ꝑsunt. Demum q̃uis mirica humiliores, imo Iudæis deteriores. id breuius ostendã. Ecce in sabbato Iudæis
Exodi non licebat accendere ignẽ. ita exo. 35. סְיָגִין uero ꝑcipientibus
Neemiæ ne quis candelam attingat, nõ est qui transgredi mandatũ audeat. Neemiæ. 2. prohibet̃, ne quis sabbato emat, aut uendat. סְיָגִין Visum fuit nõ indignũ fore, ne & in sabbato quis pecunias manu cõtrectet. Id in hanc horã & Hebræi obseruãt. Leui. 18. prohibent̃ uarii in contrahendo matrimonio casus, tñ ultra illos & ab eisdem
Leui סְיָגִין alii prohibiti fuerant, qualis est prohibitio inter auum & proneptem. Et multa sunt illius generis præcepta, quæ Iudæorum sapientes (etiam post sexcenta & tredecim mandata a dño tradita) statuerũt, quæ & populus humiliter suscepit. Nimirum si a tantis patribus in totidem cõciliis tam salubriter & honeste instituta seruemus, & maxime ut se iuxta uerbum Pauli probet homo. & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hic tu, qui paulinum te esse gloriaris, uide quando omnem ordinem ita conturbas, an non adhuc fiet Pauli uerbum. Quicunq; manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi & infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Sed de his alias tecum. Vbi ex Græcis etiam primitiuæ ecclesiæ, quorum nec nomina in hãc horã, & si polihystorem agere uidearis, audisti, tibi monstrabimus, q̃ toto cœlo erraris circa materiã sacrosanctę cõmunionis. Ad tua redeo. Vides & audis ꝙ Græci Paulũ ita intelligãt. Siqs uirginẽ ante habuerit q̃ sacerdos fiat, i sacerdotẽ ordinari põt. Ea mortua etiã apud Calabros/Chaldæos/Græcos / Moscouitas in

perpetuum nō licet illi aliam ducere uxorem. Considerans autem occidētalis ecclesia inter cætera q fieri possit in breui hāc imatura morte perire, uoluit domino reddi uotum omnino sanctū atq; perfectum, imo uoluit uirginem sanctam exhiberi Christo. Et hodie quū statutum sit, semel omnibus mori, & pallida mors æquo pede pulsat pauper; tabernas/regūq; turres, ut uersibus utar horatianis. Si etiam tibi uel alteri liceret unam & uirginem ducere uxorem, nunquid non fieri posset, ut moreretur anteq̄ esset caro mortificata. & sic nō minus post q̄ ante cōnubia urereris & ausa nondū ablata esset. te uero alteri copulare nō posses, neq; auderes, nisi cōtra Paulū & omnes illius interpretes tam Græcos q̄ Latinos / orientalem / & occidentalem ecclesiam, imo contra canones apostolorum/& totidē sancta concilia facere uelis. Sanctius est ergo te, quum uita breuis sit, hoc quantulumcūq; temporis, quod breue & momētaneum est, cum Paulo stimulum carnis cū gratia dn̄i sufferre, q̄ in tot sanctos patres/tam religiosa concilia temere peccare. Quid q; meo iudicio alioquin, ut uerum fatear, tenui ecclesia prudētissime instituit neminem in sacerdotē admitti, nisi qui sponte & libere castitatis uotū emittat. Qd' si continere non possit, anteq̄ se Nazareum faciat, coniugio copuletur, & cogitet ea, quę sunt uxoris, & expectet prophetā sibi dicentē. Vxor tua sicut uitis abundans, & filii tui sicut nouellæ oliuar; in circuitu mensæ tuæ. Sinat autem patrū decreta illibata. Et quia ad sacerdotium prouehunt non pueri/non adolescētes, nō ii, qbus lacte Pauli adhuc opus est, sed illi, qui sunt ętatis pfectæ, & qui cū Paulo dicere possunt. Dum eram paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando aūt factus sum uir, euacuaui quę paruuli erant, qui iā sciant reprobare malū, & eligere bonum. Vnde nulla fiet eis iniuria, si ad id arctent quod dum sacerdotio, fungi uolebāt, libere ac sponte promiserunt. Vulgatissima quidem regula est. Volenti non fit iniuria. Et hi non paruuli sunt, sed uiri perfecti. Sunt & illi eunuchi, de quibus dn̄s Matthæi. 19. Qui se castrauerunt propter regnum cœlor;, hos licet pbet & laudet dn̄s, tñ tu, qui te magistrum insipientium & ducem cœcor; esse confidis, hos gloriosos eunuchos ab ecclesia tollis. Vide quo pacto & quantū aberres. Satius ergo fuisset, & rem deo gratiorē forte fecisses, si uel monitis uel scripturis a concubinario sacerdote cōcubinā abegisses, quo dignius & sanctius potuisset ingredi sacta

sanctorum,& hic orare pro populo,ac laudē dño dicere labiis puris ac corde perfecto. Sed te natū ad id uideo, ut popularia dicas,quo multos tibi brucos in patronos uēdices. Nec tibi curæ est,quę odia, quas dissensiones, quos tumultus moueas,ita etiā ut iā te auctore sit nec hospes ab hospite tutus,nec socer a genero,nurus a socru,fra

Ouidius

trum q; gratia rara est. Qđ quantum lex christiana abhorreat,ac de testetur,in alio loco tibi monstrare statui. Id unū iam dicere cogor, Pulchre hic ponis ceruicalia sub capita eorum,qui stertunt utrisq; naribus, & dormiunt in utrāq; aurem,sciens quamdifficile sit imo periculosum mihi ac mei similibus contra blādientem hanc tuam scribere opinionē. Nec uelim ut credas adeo thracēsis ingenii sim, q; cogitare non ualeam,q; hic si in tua uerba iurarem,possem ego si uelim mihi ꝑuenire rancores. Sed malo incidere in manus hominū q̄ transgredi fines,quos statuerūt patres nostri,ne olim finiū regū dorū aut de terminis motis contra me agere possent,imo ne uidear ꝓpriæ inniti prudētię. Sed si dices. Quid ad illud Pauli,qui scribēs ad Titū,iubet eū in ꝑsbyterū esse cōstituendū,qui sit unius uxoris

Paulus

uir. Et priori epistola ad Timo. Oportere episcopum esse irrepræhēsibilem unius uxoris uirum. Hunc nodū Gordii,si tibi soluero, rem iam in tuto esse firmissime credam. Occurrit ergo Athanasius

Theophilactus

aut Theophilactus,qui super epistolā ad Timoth. sic ait. Si is,qui uxorem duxerit, quæ mundi sunt, meditatur. episcopum uero nil deceat mūdanis rebus intentū. quo pacto dicit hunc unius uxoris uirū esse oportere. Nōnulli asserūt a muliere abesse epm iniūxisse. quod fieri si nequeat,habere hūc unicam sic præcepisse, perindeac si nullam haberet, hoc est nihil illi addictum esse ob uenereas uolu ptates,cum aliter sentiat, nec necessarium ducat, ut uxori copulet episcopus. Quo enim pacto hoc interdixisset,qui ita inquit. Volo autem oēs esse atq; ego sum? Sed quia illud tēpus huiusmodi rem exigebat ꝓpterea,si duxerit uxorem eps,unius sit, nō multaꝝ mari tus,uel unius uxoris uirū dici, ut qui ad eam epatus ꝓuehendi,sit dignitatem,non multas habuerit uxores,sed unam. Qđ eo dicit,ne Iudæos ea in re sectarentur,quibus ut plurimos filios procrearēt,& ut plures haberēt uxores permittebatur. Pleriq; inconsideratius tū affirmant de ecclesia hoc dixisse aplm tanq̄ enixe ꝓhibeat ab ecclia ad ecclesiā transeundū,qđ esse adulterium dictitant. hęc Theoph.

Chrysost.

Et in hanc sententiā alludit Chrysost. addens quosdā sic intelligere

ut scilicet ad episcopatum is assumat, qui unius uxoris fuerit uir. Quanquam hic credant aliqui Chrysost. esse periclitatum. Ego tñ uidens Græcos Theodoritum/Cyrillum/magnum Eusebium/Isidorum/Photium/Sebastianum/Apollinarium/Diodorũ/Eutimiũ monachum/ac uetustissima Grçcorꝫ cõmentaria in epistolas Pauli inuenio, ꝙ a tuo & tuorum intellectu in hoc & aliis locis omnino dissideant. Id etiam (ut spero) totus intelliget orbis, nisi resipiscas. Nec solum hic Grçci, sed & Latini, ut uides, tuæ opinioni contrarii sunt, qualis Augustinus/Hieron. ac alii, & forte Paulus in ecclesia primitiua hoc ideo diffiniuit. non quasi non liceat absqꝫ uxore epm fieri, sed eius rei modum constituens. Iudæis quippe licitum erat ẽt secundo matrimonio iungi, & itidẽ duas simul habere uxores. De hac re lõge profusius ac doctius scribit Hieronymus in epla ad Oceanum, ubi discussit. Num repetens matrimonium a baptismo possit fieri sacerdos? Cur aũt id factum sit, & cur hodie fieri nõ per mittatur, sanctũ audi Ambro. in epistolã ad Timoth. ita scribentẽ. Veteribus iccirco hoc concessum est leuitis & sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum tempus otio uacabant a ministerio aut sacerdotio. Multitudo enim erat sacerdotum, & magna copia leuitarum. Et unusquisqꝫ certo tẽpore seruiebat diuinis cerimoniis secundũ institutum Dauid. Hic enim uigintiquatuor classes constituit sacerdotum, ut uicibus deseruirent. Vnde Abia octauam classem habuit, cuius uice Zacharias fungebatur sacerdotio. sicut continetur in paralipomenon. Ita ut tempore, quo non illos contingebat deseruire altari, domorum suarum agerent curam. Vbi autẽ tempus iminebat ministerii, purificati aliquantis diebus accedebãt ad tẽplũ offerre deo. Nunc aũt septẽ diaconos esse optet, aliquãtos ꝑsbyteros, ut bini sint per ecclesias, & unus in ciuitate episcopus, ac ꝑ hoc oẽs a cõuẽtu fœminç abstinere debere. Quia necesse est eos cottidie in ecclesia ꝑsto esse, nec habere dilationẽ, ut post cõuentum purificent, sicut ueteres. Omni. n. hebdomada offerẽdũ est, ẽt si nõ cottidie peregrinis incolis tñ uel bis in hebdomada. Et non desunt qui ꝓpe cottidie baptizent ægri. Nam ueteribus ideo cõcessum est qa multo tpe in tẽplo nõ uidebant, sed erãt priuati. Si. n. plebis hominib9 orõnis cã ad tps se abstinere ꝑcipit, ut uacẽt orõni, q̃tomagis leuitis aut sacerdotib9, quos die noctuqꝫ ꝓ plebe sibi cõmissa optet orare. Mũdiores ergo debẽt esse cęteris, qa actores dei sũt. hęc Am.

Chrysost.
Theodoritus
Cyrillus
Eusebius
Photius
Sebastianus
Apollinarius
Diodorus
Eutimius

Hieronymus

Ambrosius

Sed & Hieron. in epistolam ad Titum sic habet. Si laicis imperat ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu, quid de ipso sentiendum est, qui cottidie pro suis populiq; peccatis illibatas deo oblaturus est uictimas? Relegamus regum libros, & inueniemus

.ii.Regum.i. sacerdotē Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius, nisi prius interrogaret utrum mundi essent pueri a muliere, non utiq; aliena sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius uacasse ab opere coniugali, nequaquā panes, quos prius negauerat, cōcessisset. Tantum interest inter propositionis panes & corpus Christi, quātū inter umbram & corpora, inter imaginem & ueritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quę per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaq; mansuetudo/patientia/sobrietas/moderatio/abstinentia lucri/hospitalitas quoq; & benignitas pręcipue debent esse in episcopo, & inter cunctos laicos eminētia. Sic & castitas propria, & (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam a iactu oculi & cogitationis errore mens Christi corpus effectura sit libera. hæc Hieron. Et idem Hieronymus in alio loco dicit. Quid

Hieron. est magis, orare, an corpus Christi accipere? Utiq; accipere corpus Christi, si per coitum, quod minus est, impeditur, multo magis qd' maius est. Diximus in eodē uolumine panes propositionis ex lege nō potuisse comedere, nisi se triduo mūdos a mulierib9 respōdisset. Non utiq; a meretricibus, qd' damnabatur a lege, sed ab uxoribus, quibus legitime iungebantur. Populus quoq; quando accepturus erat legem in monte Sina, tribus diebus iussus est ab uxoribus abstinere. Scio Romæ hāc cōsuetudinē esse, ut fideles semper Christi corpus accipiāt. nec rephendo, nec probo. unusquisq; secum in suo sensu abundat. sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die

Persius post coitum cōmunicant. & iuxta Persium uentrem flumine purgant. hæc Hiero. Vides quid in hac re uisum sit barbato illi nostro Hieronymo ante mille & centum ac plures annos. Et tu iam nescio

Laicis ante cōmunionem quoq; abstinendum Elibertanū concilium quam legem nouam instituis. Et quia laicos cōmunicare uolentes, ab uxoribus abstinere dico, forte dubitabis id ubi scriptum inuenerim. Dico itaq; hoc de laicis præceptum seu concilium ex concilio Elibertano desumptum, ubi dicitur. Omnis homo ante sacram cōmunionem a propria uxore abstinere debet tribus aut quatuor aut octo diebus. Nec hoc castitatis pceptum ab Ethnicorū obseruatione

est alienū. Quippe, ut est apud Hier. ad Gerōtiam de monogamia Hierophāta. Apud Athenas euiratur, & æterna debilitate fit cast9. Flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur. Flaminea quoq; unius mariti eligitur uxor. Ad Tauri Aegyptii sacra semel marit9 assumit. Vt omittā uirgines Vestæ & Apollinis Iunonisq; Achiuę & Dianæ ac Mineruæ, quæ perpetua uirginitate sacerdotii marcescunt. Stringam breuiter reginam Carthaginis, quæ magis ardere uoluit, q̄ Hiarbæ regi nubere. & Hasdrubalis uxorem, quæ appræhensis utraq; manu liberis, in subiectum se, præcipitauit incendiū, ne pudicitiæ damna sentiret. Et Lucretiam, quæ amissa gloria castitatis, noluit pollutæ conscientiæ superuiuere. Et sexcēta sunt illius genera de uestalibus illis uirginibus apud Gētiles, de Nonnis apd' Aegyptios. Quæ omnia, si recensere uelim, dies me deficeret. Ad apostolorum uxores redeo. Licet Petrus uxorē habuerit, habuerint forsan & alii, tamen successu tēporis in ecclesia dei multa iustissime fuerunt imutata, quod in alio loco ex Ambro. probabimus ex epl'a ad Eph. c. 4. Et id satis pulchre nobis ostendit Erasmus in epistola præfatoria secundi tomi operum Hieronymi. Nec unq̄ crediderim hanc ordinationem, quæ tanto tempore durauit, reiiciendam fore. Leo nempe confidenter Siciliæ scribit episcopis dicens. Spiritus sapientiæ & intellectus ita ap'los & totius ecclesiæ ita erudiuit magistros, ut in christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateret esse confusum. Et re uera si onera matrimonii dumtaxat ex Paulo dein officium sacerdotale hinc inde contulerimus, iustissimam ordinationem sanctoꝝ patrum dicere oportet. Scripsit in hæc uerba Paulus. De uirginibus præceptum domini non habeo consilium, aūt do tanquā misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis. Existimo autem hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonū est homini sic esse. Alligatus es uxori, noli quęrere solutionem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, nō peccauit. tribulationem tñ carnis habebunt huiusmodi. Ego aūt uobis parco. hoc itaq; dico fratres tempus breue. Reliquū est, ut qui habent uxores, tanq̄ non habentes sint. Et qui flent, tanq̄ non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emūt, tanq̄ non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanq̄ non utant. Præterit enim figura huius mundi. uolo aūt uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo

Hiero.

placeat deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est in his quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ aũt nupta est, cogitat quæ sunt mũdi, quomodo placeat uiro. Porro hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueũ uobis iniiciã, sed ad id, qđ honestum est, & q̃ facultatẽ prębeat sine impedimẽto dominum obsecrandi. Et quis est, qui sic uti pręscribit Paulus cum uxore uersetur. Des nobis hominẽ & laudabimus eũ. Nec mireris iterum si nõ quiuis passim & sine delectu in sacerdotem admittit. Siquidem si apostolus eam dũtaxat uiduam eligi iubet, quę fuerit
I. Ad Timoth. v. unius uiri uxor, in operibus bonis testimoniũ habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctoꝝ pedes lauit, si tribulationem patienti subministrauit, si omne opus bonũ subsecuta est, & quid eã facere conueniat, expressit magister gentiũ dicens. Quę uere uidua est & desolata, speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. nimirum si ecclesia ordinarit sacerdotẽ cœlibem debere ducere uitam. Tu enim uides hic eã dũtaxat ẽt deligẽdam esse, quæ unius uiri uxor fuerit. Cur id exigit in muliere, quam
I. Cor. xiiii. tamen in ecclesia (loquẽte sacerdote uel ꝓpheta) tacere iussit. Vnde sic per eundem scriptum legimus. Mulieres in ecclesiis taceant. nõ enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Siqd autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe enim est
I. ad Timoth. ii. mulieri in ecclesia loqui. Et iterum ad Timoth. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in uirũ, sed esse in silentio. Qđ si p̃dicare nõ potest, neq; debet, imo sacrosancta corporis & sanguinis domini mysteria tractare non solet. nisi tu, quum in euangelio non prohibeatur etiã ex mulieribus sacerdotes facere uelis, & tñ dumtaxat propter orationes unius tantum debet esse uiri uxor. quid in sacerdote celebrante fiet? An putas propterea bigama prohibeatur, q̃ secũdo matrimonio
Theophilactus coniuncti peccarit minime? Sed ut Theophilactus ait, ut in ea castitatis & continentiæ argumentum habeat apostolus. Sic & idem Theophilactus in epistolã ad Titum ait. Propterea unius uxoris uirum episcopum eligit Paulus, ut hæreticis matrimonium & coniugium criminãtibus, os obduraret, admittit ad episcopale munus etiam uxoratum. Vt aũt incontinẽtes & luxuriosos castiget, uelim unius, inquit, sit uir uxoris episcopus, & iure quidẽ. Nam qui erga

primam & unicam nulla sit charitate affectus, quo pacto poterit ecclesiæ pfici. Et quũ necesse sit, ut culpa uacet episcopus: Bigamus sane binis uxoribus usus, nequaq̃ erit non criminandus. Tametsi ex humanis legibus nil forsan crimini uideatur obnoxius. Et uetustissima cõmẽtaria Græcorum siue sint Theodori/Theodoriti/Photii, siue alterius sic habent. Non hac lege sanxit q̃ cœlibẽ & sine uxore esse oporteat epũm. Verum si, inquit, e uiuis excedat uxor, secũdã ne ducat. Vtq; unius consuetudinem habeat, nempe legitime & ad pontificatum uocatus ita se gerat, ut habens uxorẽ, perinde sit atq; nõ habens. Quamuis sint qui de ecclesia hoc aplũm dixisse uelint, ne uidelicet de alia ad aliam quisq̃ transferatur, q̃ adulterium sit talis translatio. Et eadem cõmentaria in Titum sic habent. Ipsam inquit, legitimã solã norit. & subdit. Hæreticos coniugiũ detestantes/criminantesq; confutat. ea re ipsis os obstruendo, q̃ possint etiã uxorati episcopi officio fungi, & illi præesse. Secundam tñ uxorem qui duxit eum tanq̃ minime repræhẽsione carentẽ, ab epatu arcet. Vides iam cur de uidua/de episcopo quoq; prohibuerit etiã secũdã matrimonia, ut uidelicet castitatis testimonium habeant. Et ut ad priora redeam, si uidua propter mundas obsecrationes unius uiri dumtaxat uxor fuisse debet, nimirũ si omnino debet abstinere eps, q ad offerẽda munera & hostias constituit, teste Paulo ad Hebræos .8. Illius quoq; labia custodiunt scientiam, & angeli nomen habere meretur, cui soli urna aurea cõmissa est, ut manna cõtrectet. Mosis legem interpretetur, ac uirgam Aaron in manu florentẽ ac fructus germinantẽ gestat. Qd si iratus est dominus contra Osan indignatione maxima eo q̃ extendit manum suam ad arcam, & eapropter mortuus est. Nimirum si probet se sacerdos, dum uerã arcam imo ipsum manna de cœlo contrectet, ne sibi iudiciũ manducet, & fiat reus corporis & sanguinis dñi. Et non abs re Petrus ait. Viri cohabitantes secundũ scientiã, quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorem, tanq̃ cohæredibus gratiæ, ut non impediant orationes uestræ. Et Paulus huius rei rationẽ habens, post uirginitatis doctrinam ait. Hoc ad uestram utilitatẽ dico, non ut laqueũ uobis iniiciam, sed ad id, quod honestum est, & q̃ facultatem pbeat sine impedimento dñum obsecrandi, impedimentum orationis sanctæ sæpe mulier est, quod nemo ignorat. Nec frustra dicit Paulus de coniugibus. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tps

Cõmentaria græca sup Pauli uerbũ

ut uacetis orationi.i. ad Cor.7. Vt itaq; sacerdos sine impedimēto
oret,ac offerat dona & sacrificia pro peccatis,ac ut cum Mose puras
manus extendere seu leuare possit ad dominū, iussit hunc ecclesia
uitā ducere cœlibem. Nec indigna res est. Nam etiā in lib. Deute.
c.23.dicitur. Si fuerit inter uos homo,qui nocturno fuerit pollutus
semine,egrediatur extra castra,& non reuertetur priusq̄ ad uesperā
lauetur aqua,& post solis occasum regredietur in castra. Hic colle-
gerunt Hebræi,ut quisquis noctis tempore pollutionem, quod cū
uenia dixerim,habuerit,mane non audebat orare, uel ingredi tem
plum, nisi se lauisset aqua. nec deniq; usq; ad uesperam illi redire
licuit. Qd' si hoc subueteri lege erat,& sic in figura qdē & in umbra
Ioannis.vi. quando manducauerunt patres manna,& mortui sunt. Nimirum
spuritas maior exigit̄ in luce & ueritate, ubi iam manna de cœlo
suscepimus uerum panem quidem uitæ,quem siquis acceperit, nō
morieť in æternū. Et qa ipse etiā est ea aqua,de quamet dñs apud
fontem Iacob mulieri Samaritanæ dicit. Qui biberit ex aqua, quā
Ioannis.iiii. dabo,nō sitiet in æternum. Et aqua,quam ego dabo,fiet in eo fons
aquæ salientis in uitam æternā. Hanc aūt aquam non de Marath,
sed dulcissimā,non per cannale putridū sed limpidissimū & plane
aureū ducere decet. Sed forte mihi sacerdotū concubinatus obiicis,
ad id ego respondeo. Non ignoro concubinatum seu fornicationē
esse graue peccatum,& tale ut Hebræi concubinatum non parum
detestati fuerint. Nam dicitur deuteronomii uigesimotertio
לֹא תִהְיֶה קְדֵשָׁה בִּבְנוֹת יִשְׂרָאֵל וְלֹא יִהְיֶה קָדֵשׁ מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל
Non erit meretrix de filiab9 Israel, nec scortator de filiis Israel,ubi
קְדֵשָׁה meretrix dicitur,alias uero פִּילֶגֶשׁ concubina.nam פְּלַג .i.
media,& אִשָּׁה mulier dicit̄, quasi cōcubina sit scortatoris media
mulier. Tamen in tam sacrosancti mysterii honorē atq; reuerentiā
credo melius esse ut non ducāt uxores p̄sbyteri. Deum enim ipsum
cottidie manducamus non cibum quemcūq;. Qd' si Iudæi stantes
& calciamenta in manibus gestantes & baculos, cum festinatione
comedebant. Et nos multo magis debemus esse solertes,ne propter
coniugii angores & calamitates non possimus intueri faciem dñi.
Et Socrates cum sua Xantippe nos docuit quam graue sit seruire
duobus dominis. Ego quoq; uix uideo semper temporalia curās, ac
desyderia carnis perficiens, quomodo digne possit ministrare mēsę
domini. Sed horrendum est illud,qd' non parua pœna proponitur

indigne sumentibus. Considera, inquit, Chrisost. quantũ aduersus proditorem indignaris contra eos qui crucifixerũt. Itaq; considera ne tu quoq; sis reus corporis & sanguinis Christi. Cogitandum est ergo quali mensa fruimur, quod angeli uidentes horrescunt. Hoc nos pascimur, huic unimur, & facti sumus unum Christi corpus & una caro. Non igitur simus lupi agnum manducantes. Hic est, qui cœlum ut pellem expandit, terrã super stabilitatem suã posuit, finibus suis mare conclusit, qui stellaꝝ solus numerat multitudinẽ illius sunt cœli cœlorum, qui prophetas misit, & angelos, cui nihil æquale, qui est agnus sine macula, speculũ sine ruga. Et hic memoriam fecit mirabiliũ suorum misericors & miserator dominus escã dedit timentibus se. Escam quidẽ inquã angeloꝝ panẽ. Et sicut de cœlo panẽ psalmista concinnat, quem nullus Iudas/nullus Simon potest digne accipere, sed solus illo conuiuio dignus est, qui uenit indutus ueste nuptiali. alioquin proiiciẽd9 in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Quare non quæ circa nos sed sursum sunt, quærere oportet. Vnde iteꝝ Chrys. Cogita qui sacrificii participes ueteris erant, quanta utebantur continentia. Quid non faciebant? quid non agebant? semper expiabantur. Tu uero petẽs sacrificiũ, quod horrent angeli. temporum circulis rem diffinis. Et quomodo Christi assistes tribunali scelestis manibus & labiis ipm corpus impetens. Et fætẽte quidẽ ore tuo regẽ osculari ne eligeres, regem uero cœloꝝ fætenti anima deoscularis. Quare hoc factũ est cõtumelia. Dic mihi imundis ne manibus ad sacrificiũ ne eligeres accedere? Non ipse puto, sed nec oĩno malles accedere, q̃ manibus illotis. Ita in paruo quidem es tam reuerẽs sordidam autem habẽs animam, accedis & audes tangere. Qđ si rex Babylonius ex captiuitate deligẽs adolescẽtes pulchros specie & decoros aspectu sũpsit, multomagis & nos sanctæ mensæ assistẽtes, regiæ speciei pulchros esse decet, aureum animæ mundum habentes, uestem puram, calceamenta regia, decorum animæ uultum, aureum ipsius ornatum esse indutos cingulum ueritatis. Siquis uero pannis indutus sordidus squallens, regalem uelit mensam petere, uideat quanta patiet. Eunuchos itaq; regi decet assistere eunuchos dico mente candidos nullam habentes maculam, mente sublimes, hilarẽ habẽtes animę oculum & acute uidentem/uolubilem/& uelocem, non autem somnolentum non supinum, multa plenum libertate, ab impudentia

Chrysost.

remotum, & preconia uigilãtem sanum & austerũ nimis & tristẽ, neq̧ diffusum & lubricũ. Exigere uidet̃ ex castimonia uitæ sancta ecclesia non solũ eunuchos, sed & Hessenos, de quibus tres grauissi-

Plinius. v. lib. rerũ naturalium

mi auctores scripserũt, scilicet Solinus/ Plinius/ & Iosephus. Plini9 sic habet. Hesseni gẽs sola & in toto orbe præ cæteris mira, sine ulla foemina, omni Venere abdicata, ita per sæculoꝝ millia incredibile dictu gens æterna est, in qua nemo nascitur. Infra hos Engadda oppidum fuit. Solinus de mirabilibus mundi. Hesseni qui præditi

Solinus. c. lxiiii.

memorabili disciplina recesserunt a ritu gentium uniuersaꝝ, maiestatis, ut reor, prouidentia ad hũc morẽ destinati, nullæ ibi foeminę Venere se penitus abdicauerunt, pecuniã nesciunt, palmis uictitãt. Nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo. locus ipse addictus pudicitiæ est, ad quem plurimi licet undiq̧ gentium properent, nullus admittit̃, nisi quem castitatis fides & innocentię meritũ prosequat̃. Nam qui reus est uel leuis culpæ, q̃uis summa ope adipisci ingressum uelit, diuinitus submouet̃. Ita per imensum spaciũ sæculoꝝ incredibile dictu æterna gens est cessantibus puerperiis. Iosephus autem in libro de bello iudaico secundo sic habet.

Iosephus in. ii. li. ꝺ bello iudai. c. ii.

Hesseni gente Iudæi, inter se mutuo amore coniunctissimi, & qui præter cæteros uoluptatem quidem solent quasi maleficia uitare, continentiam uero seruare, neq̧ cupiditati succumbere, uirtutẽ maximam ducere. Itaq̧ nuptias quidem fastidiunt, alienos uero filios dum adhuc molles sunt, erudiunt traditos procognatis habentes, suis moribus diligẽter instituunt. Vocẽ cibum sacerdos anteuenit, neq̧ quemq̃ gustare fas est, nisi prius deo celebret̃ oratio. Post finẽ quoq̧ prandii uota repetunt. summum studium ueterum scriptis adhibent. Sectæ suæ studiosis nõ statim cum eis una collectio per annũ integrũ extrinsecus cõmoranti cuiq̧ eundem uictus ordinẽ tribuunt. Cum uero processu tempoꝝ experimentum continentiæ dedit. Accedit etiam ad cõmunem cibum & purioribus ob castificationem scilicet aquis participant, neq̧ tamen in cõiuictum assumitur. Post ostensionẽ quippe continẽtię duobus annis aliis mores eius probantur. Quumq̧ dignus apparuerit, tunc demum in consortium assumitur. Prius uero q̃ incipiat cõmunem habere cibum, magnis execratiõibus abiurat se primũ quidem colere deum, neq̧ aliquid de mysteriis publicare, nihil se de dogmatibus q̃ ipsi susceperunt, tradere. Et ueneratio quoq̧, inquit Iosephus, apud eos

post deũ

post deū magna legiferi est, ut siqs blasphemauerit, morte damnet̄.
Et idem Iosephus in libro antiquitatū Iudęis philosophię tres erāt etiam inde ab initio in institutis patriis derelictæ, Essenoꝝ/Saduceorum, tertia, qua philosophantur, qui dicebanť Pharisæi. Esseni sunt super quatuor milia hominum numero, uxores non ducunt. Vides iam ꝙ etiam Hesseni illi, qui sancta religione cæteros p̄stare conati sunt, non lubricū, sed uitæ continentis uirū in suam uiuēdi consuetudinē receperunt. Et tū satis incaute nescio quos & quales nobis uelis ordinare sacerdotes. Nonne legisti leuitici. 21. dicentem dn̄m. Loquere ad Aaron Homo de semine tuo paterfamilias q habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si paruo/uel grandi/uel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habēs in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, uel herniosus, omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias domino, nec panes deo suo. uescetur tamen panib9, qui offeruntur in sanctuario, ita dumtaxat, ut intra uelum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet & contaminare non debet sanctuarium meum, ego dominus, qui sanctificio eos. Hæc tu nec ad literam, nec allegoriam curas, qui recipis unumquēq; sine discrimine. Proh pudor & nephas, qui docere audes ꝙ uiginti rurales ex se unū eligere possint, qui absq; omnī ordinatiōe, absq; omni sacra unctiōe cōficerē possit. Docuit ne Paulus illa? Nunquid nō Timotheus anteq̄ admitteretť ordinare presbyteros prius gratiam obtinuit per manuum impositionem? Nunquid nō id de Tito credes? Nō itaq; in Creta alter alteꝝ, sed Titus ibi relictus constituit p̄sbyteros p ciuitates, sicut illi disposuerat Paulus? Dic si ita agere cōueniat, ubi manebūt ea, quę in ep̄o, quę in pb̄ro, q̄ in diacono exigit ap̄ls? Sed tu sacerdotes non alios eligis, q̄ quos & & q̄les elegit Hieroboā, d quo in regn. i. sic scribiť. Fecit Hieroboā duos uitulos aureos, & dixit pp̄lo. Nolite ultra ascēdere in Hierusalē, ecce dii tui Israel q te eduxerūt de terra Aegypti, posuitq; unū in Bethel, & alteꝝ in Dan. & ut dignū haberet uas illud opculū seqť. Et fecit phana in excelsis, & sacerdotes de extremis ppli, q nō erant de filiis Leui. Sed finē audi. Post hęc uerba nō est reuersus Hieroboā de uia sua pessima, sed ecōtrario fecit. De nouissimis pplis sacerdotes excelsoꝝ, quicūq; uolebat, implebat manū suā, & fiebat sacer

Antiqtatum libro .xviii. c. v.

.i. Timoth. iiii.

Ad Titum. i.

.iii. reg. xii.

.iii. reg. xiii.

dos excelsoꝝ. Et pp hãc cãm peccauit domus Hieroboã,& euersa,& deleta de superficie terrę. Tales tu nobis dare uelles sacerdotes. Sed

.i.reg.ii.

nõ sic impii,nõ sic. Ad priora redeo. Paulus ad Timotheũ & Titũ scribẽs,exigit epm filios habentẽ subditos cũ omni castitate. Vidẽs aũt eccl'ia multis epis,licet non oibus,contingere filios Heli, qui & nescirẽt officiũ sacerdotũ, & dormirẽt cũ mulieribus ad ostiũ taber naculi. Vnde iudicio meo iteꝝ sanctissime ac religiose præuidit,ne oporteret toties trãsgredi mandatũ Pauli, & maxime cũ essent filii forte nõ casti,& nõ contingeret oibus tales filię,quales habuit Phi lippus Euãgelista quatuor.s. uirgines ,pphetantes,actuũ.21. Proin & ut quietiores ac mũdiores essent p̄sbyteri,pręcepit/ac ordinauit, ne cõiugali thoro essent alligati. Et forte nõ ignorauit eccl'ia Paulũ matrimonii angores & curas tribulationem appellasse. Et certũ est cõnubia pro uinculis esse.& qui illis subduntur,nullã sui potestatẽ habẽt. Eapropter,ut liber esset sacerdos,ac libere posset seruire deo, coniugiũ illi prohibeť. Testãtur & oẽs quotquot triduano cõiugio alligati fuere,Iuuenalem uere cecinisse, qui ait in septima satyra.

Nulla fere causa est,in qua non fœmina litem
Mouerit. Et iterum
Semper habet lites,alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet,minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa uiro,tunc orba tygride peior,
Tunc simulat gemitus occulti conscia facti.
Aut odit pueros,aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lacrimis,semperq; paratis
In statione sua. Et in exodo docemur uxoribus tria deberi,

Exodi. xxi. iuxta hebraicã ueritatẽ vide de hora, vbi nos nuptias habemus

cibũ scilicet/uestes/& horam. Quid per horam iuxta linguę sanctæ puritatẽ debeat intelligi,ac quoad ociosos operarios/nautas studiosos/& muliones, hora uxoria quo modo diuidi possit / ac debeat,a Talmutistis ipse perquiras. Nolo.n.recẽsere tibi,ne forte obscænis uidear gaudere sermonibus. Nec etiã hic te credere uelim hac opi nione, ꝙ pertinaciter asseuerẽ p̄sbyteroꝝ filios nil boni unq̃ ecclæ

Basilius senior

fecisse, quandoquidẽ nõ ignoro Basiliũ seniorẽ epm inter reliquos tres habuisse filios Basiliũ/Gregoriũ/& Petrũ, quot & quãta bona

Basilius minor
Petr. Sebastę eps
Gregorius Nissæ eps

ab his ecclesia susceperit,nõ est loci p̄sentis lõge lateq; referre, tñ no tissimũ est Basiliũ fuisse Cęsarcę,Petrũ,Sebastę, & Gregoriũ Nissę epos,qui bene salubriterq; rexerint Christi ecclias. Et forte si super-

uixisset Adeodatus Augustini filius, quum anno quintodecimo alios multos graues & doctos uiros præueniebat, non modicum fructum ab eo suscepisset ecclesia. Sed & Græcorius Naxianzenus in monodia ita scribit Basilium seniorem in matrimonio ita uixisse ut nihil propterea ad perfectam uirtutem/ac philosophiam consequendam per eum impeditum fuerit, & in statu cõiugali uitam ac ritum seruauit sacerdotalem. Ex quo tria hæc castitas/sacerdotium & matrimonium, quæ diuersa solẽt uitæ genera cõstituere, nequaq̃ in hoc pugnãtia fuere, aut ullo modo uirtuti offecerũt, eamq; pene solus est felicitatem assecutus, quã patres optare solẽt. Vides quale fuit Basilii senioris coniugiũ. Sed iã quãdo multorũ corda friguere ueluti cristallus, putas tanta gratia uiuãt, aut uiuere possint oẽs, ut ita uxores habeant. Qui habet aures audiendi, audiat, & qui põt capere, capiat. Melius itaq; fuerit abstinere, modo deuotio augeatur. Nec moueor, si tu ueneris ad euangelium, & proposueris mihi Zachariam Elisabeth/Petrum & socrum eius. Nam isti inter eos, qui ab initio legi seruierunt, numerandi sunt. Neq; enim euangelium est ante crucem, quod sanguine & passione ipsius dedicatur. Vnde Petrus ac cæteri apostoli, etiam si uxores habuerint. Tamen, ut est apud Hieronymum .i. libro aduersus Iouinianum, eas dumtaxat, quas eo tẽpore acceperant, quo euangeliũ nesciebant. qui assumpti postea in apostolatum, relinquunt officium coniugale. Sic & temporibus nostris recte fit, ut ad sacerdotium uocatus, ex institutione ecclesiæ sponte cœlibatum uoueat, ac coniugio renunciet. Nec propterea ecclesiam calumniari oportet, quasi iam hoc iam aliud instituerit, siue id factum sit pro temporum ratione/ac prouintiarum uarietate. Scis genesis primo dixisse dominum. Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementẽ generis sui, ut sint uobis in escã, & cunctis animãtibus terræ &c. Hic de carne nihil habes. Tamen genesis .8. dicit. Omnes pisces maris manui uestræ traditi sunt, & omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Quasi olera uirentia tradidi uobis omnia, excepto q; carnem cum sanguine non comedetis. Ex eo etiã uidetur dominus admisisse carnes porcinas. Sub Mose tamen leui. undecimo legis. Quicquid ruminat, & habet ungulam, sed non diuidit eam sicut camelus &c. non comedetis illud, & inter immunda reputabitur. Et sus cum ungulã diuidat,

Aug. li. ix. cõfess. cap. vi.

Greg. Naziãzen.

Hiero.

Genesis. i.

Leui. ii.

nō ruminat,hoȝ carnibus nec uesce mini, nec cadauera cōtingetis
Geñ.xxviii. quia immunda sunt uobis. Vis aliud? En quando genesis.28.Iacob uiderat in somnis scalam,& angelos dei ascēdētes per eam. Surgēs mane tulit lapidem,quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulū, fundens oleū desuper,appellauitq; nomen illius urbis Bethel. In eo nō peccauit Iacob erigendo lapidem,tñ hoc in Deutero.postea fieri
Deutero. prohibetur a dño. Vides ergo pro temporum ratione quædā etiā ab eo mutata,qui solus stabilis est,dans cuncta moueri, qui solus etiā dicit. Ego sum deus,& non mutor. Nec id est contra eū,cuius uerbum permanet in æternū,uti pulchre declarat August.22.lib.cōtra Faustum.c.77. Nimirum si circa sacerdotū nuptias aliqua uariata fuerunt. Qd',ut magis probem. En circūcisus est dominus,neq; circumcisionem effugere uolebat. Vnde euāgelium postq̄ consumati sunt dies octo,ut circūcideretur puer,uocatū est nomen eius Iesus. Post resurectionē tamen legimus ad Gala.5. Ecce ego Paulus dico
Ad Galat. uobis, quoniam si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Quod igitur hic mutatum est, hoc & de matrimonio sacerdotum mutari potuit. Sed forte pontificibus & conciliis sanctis in hac re nihil putas tribuendū,cū & ipsi sint homines. En tanta fuit semper prophetaȝ ac sacerdotū potestas, ut legē dñi interp̄tari potuerint. Et quędam etiam de lege prohibita fecerunt sine peccato. Sed forte qui Thomam Dydimum in Thesēū habes,ista non credes. Probo
Deute.xii. itaq; Deutero.12.prohibet dominus, ne erigatur altare, nisi ubi sit
.iii.Regum.xviii. arca fœderis. Tamen Helias.3.regum.18.legitur erexisse in monte Carmelo. Et Samuel licet templum esset in Sylo.1.regū.7.tñ erexit lapidem,dum essent in Masphat. Et scis quid potuerint in lege,qui Sanhedrim dicti fuerūt. Sed & Deuter.17.legitur. Venies ad sacerdotes leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit illo tēpore, quæresq; ab eis,qui iudicabunt tibi dici ueritatem,& facies quodcunq; dixerint,qui pręsunt loco,quem elegerit dominus,& docuerint te iuxta legem eius. sequerisq; sententiam eorum,nec declinabis ad dexteram,neq; ad sinistram. Quid est nec declinare ad dextram, neq; ad sinistram, dicito quæso? Certe secundum Hebræos hoc est Si sacerdos præceperit aliqua,quæ etiam sinistra uideantur,tamen ab illorum statuto cedere non licet. Sed forte hæc abolita esse di-
Ma.xxv. ces. En hoc reuocatur a domino dicente. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ / & Pharisæi, quæ dicunt,facite &c. Et alibi. Si

ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus / & publicanus. Et iterũ. Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, & cũ qui me misit. Sicut ergo aplis aliqua statuere licuit, quæ nec a dño pcepta fuerũt, sicut est actuũ.15. Et passim id in eplis Pauli legitur. Ita ecclesia aliqua statuere & ordinare potuit, quæ aplorũ tẽporibus minime fuerunt. ea confundere, ac auctoritate propria infringere, nec tibi nec similibus tibi unq̃ licuit, in perpetuumq; nunq̃ licebit. Ordinauit aũt ecclesia cælibatum hunc, uti uides non in uno loco dumtaxat. & reuera quod Calistus / qđ Syricius / Alexander .3. Innocentius.3. Honorius.3. Super hac re statuerunt proculdubio nõ nisi urgẽtissimis ex causis. Et ut sancta ac illibata essent ministeria sacerdotum, statuerunt / ac ordinarunt. Cogites si deberent in beneficiis, quæ collectarũ loco successerunt, uel uxores / uel filii / siue nepotes ex testamẽto uel ab intestato succedere, q̃ confusum chaos olim experiri oporteret. Sed si iterum replicaueris te potestatem habere mulierem circumducendi, sicut & cæteri apostoli & fratres dñi, & Cephas. Respõdeo q; fœminæ utiq; locupletiores sequebãtur apostolos, illisq; necessaria subministrabant, sicut & dño fecisse ueritas euangelica testat. & uacuos cuiusuis curis reddebant, ut pdicationi dumtaxat intenderent. An aũt uxores fuerint, consule Græcos, qui tibi monstrabunt an hic dum quærit apostolus, μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου καὶ κηφᾶς. per γυναῖκα possis intelligere uxorem. Et licet apud Sophoclem γύναι quandoq; pro uxore, plurimum tñ pro muliere accipitur. hic uero loquitur Paulus de sorore muliere, non uxore. Noli itaq; mi Luthere nobis toties uarias ac peregrinas afferre uiuendi formas, nec contra totidem sæculorũ obseruationes solus pugnes. Admitte quæso & in alios non te solum peruenisse spiritum dei. Qđ si olim patres christiani orbis synodum, quam œcomenicam uocamus, celebrarint, forte Pafnutii illius ex Niceno concilio repeteř historia. Interim tu religiosos tuos ad monasteria reducas. Et tu iugum, quod in adolescentia subieras, quod & auctoritatis tuę inter populares causa maxima fuit, deserereř noli. Scis enim Lucæ.9. dominum dixisse. Nemo mittens manum suã ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Memento quoq; quomodo religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc sit, immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Calixtus
Syricius
Alexander
Athanasius

.i.Corinth.ix.

Ex cãonica Iac.

Ad.xix.responsio Subdis decimumnonum errorem eum esse, q̃ papa Nicolaus uel tertius uel quart9 in antichristico, ut dicis decreto, dixerit Christũ beato Petro æternæ uitę clauigero terreni simul ac cœlestis imperii iura cõmisisse. Cum tamen omnes norunt Christum fugisse regnũ terrestre. Quanquam Luthere hic locum non assignes, credo tamẽ hunc textũ esse in.c.omnes.22.distin.ubi de hac re Nicolaus papa

Nicolaus Mediolanensibus scribit. Is quoq; textus absq; ullius hæreseos incursu, quam recte defendi potest. Quid si quispiam hæc ex Matth. 16. capite defenderet. Tñ hic non morabimur. Nempe necesse est, ut quæ alibi ad hæc Nicolai scripta leguntur, silentio non transea mus. Sunt qui hoc uerbum Lucæ.22. Ecce gladii duo, hic ad Petri potestatem referant. Ego autem nõ ignoro iuxta sẽtẽtiã Ambrosii

Ambrosius gladios hic esse testimonia ueteris & noui testamenti. Sunt qui hoc uerbum. Matth.25. Conuerte gladiũ tuum in uaginam &c. pariter huc referre uelint, quasi non sine mysterio dictũ sit. Conuerte, nõ piice. Ego aũt ita Ro. pontificem terreni imperii potestatẽ habere dico, quoniam Carolus a Leone tertio pontifice Romanum cœpit imperium. Quanq̃ nostra tempestate id multis modis tentaueris,

Leo.iii.Carolũ imperatorem fecit ut Carolus ille noster imperator a Leone pontificatũ tolleret. Imperator iurat papę, & causæ subsunt de iure, ppter quas papa deponit imperatorem. Sunt & causæ, in quibus a sæculari iudice prouocatᷓ ad papã. Accedit etenim in subsidium ecclesiastica iurisdictio. Et hæc omnia ab octingentis annis citraq; obseruata fuerunt. Seruauerunt hoc Ludouici/Othones/ac alii principes Germaniæ. Quæ

Vtrãq; iurisdictionẽ apud sacerdotes olim pstitisse docet cum ita sint, imperii iura papa habere dicitur. Quanquã imperator uero usu Romanum habet imperium. Nec mirum si papa quasdã pleno iure prouincias habeat. Samuel enim rexit populum Israel.

Genesis.ix. Exodi.xxxii. Numeri.xxv. Melchisedech sacerdos in ęternũ rex fuit in Salem. Moses & Aaron in sacerdotibus eius principatum habebant in Israel. Et qd' longe m ii9 est, mãdauit Moses interficere fratres suos idololatras. Et Phinees filius Eleazari sacerdotis, & ipse sacerdos arrepto gladio ingressus est post uirum Israelitam, qui intrauerat ad scortum Madianitem, uidente Mose & omniũ turba filiorũ, & perfodit Madianitem hunc Zambri dictum, & mulierem in locis genitalibus. Et dedit illi dominus pactum sacerdotii sempiterni. Samuel etiã minister

.i.regũ.xv. dei Agag regẽ pinguissimũ in frusta concidit. Et Helias propheta

.iii.regum.xxviii. occidit pphetas Baal & duos quinquagenarios Ezechię. Mathatias

etiam filius Ioannis sacerdos dei occidit Iudæum super aram san-ctificantem. Et Petrus auriculam Malcho amputauit, imo, ut est actuum. 5. Petrus geminum fecit homicidium Ananię & Saphirę. Paulus obcæcauit Elymam magū, actuū. 14. Vides itaq; sacerdotes utriusq; legis supremam iurisdictionis speciem exercuisse. neq; peccasse. Quod eapropter dictum esse uelim, ut quæ de gladio scripta sunt, etiā alio sensu posse intelligi cogites. nec semper gladii usum damnasse homines. alioqui, ut infra monstrabimus, damnabimus multos. Sed q̄ Christū adducis, qui, ut est Ioannis. 6. cū uidissent quia uenerant ut raperēt eum, & facerent regem, fugit in montem. Scis ex Chrysost. Cyril. ac August. quid hic dicendum fuerit. Qui enim rex erat, non oportuit, ut rex fieret. Regnum dabat aliis, rex regum erat, ac dominus dominātium. In primo natiuitatis tēpore quærebant eum magi sciscitātes. Vbi est qui natus est rex Iudęorum? Tribus linguis rex fuit inscriptus. Docuit nos orare, Adueniat regnum tuū. Dicit. Venite benedicti patris mei, percipite regnū &c. Et ad Pilatum. Regnum meum non est de hoc mundo. Non ergo fugit regnum, ut propterea reges terrenos ad imitationem sui esse noluerit. alioqui christianos reges quæso quomodo saluabis? Fugit ergo, quia secundum August. tempus præuenire uolebant. Fugit quia regnum suum non erat de hoc mundo. Venit enim nō formā regis sed serui accipiens. Vnde ad Philippenses secūdo. Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Non tamen per id maiestatem regiam spreuit, neq; damnauit. Siquidem in die palmarum rex ille uenit, uxta prophetiā sedens super pullū asinæ. Et uerus Salomon ille erat, cum regio diademate, quo corona uit eum mater sua in die desponsationis. Per hanc itaq; auctoritatē, quā ex euangelio citasti, nihil aliud probare poteris q̄ ambitionem & arrogantiā, & reliqua id genus uitia detestatū fuisse dūm. Alioq dānabis regē Romanorum utriusq; Hispanię/utriusq; Britāniæ/Galliæ/Portugalliæ/Vngarię, qui reges uel nascunt, uel eligunt. nec fugiunt, uel abdicant regna Christi exemplo, neq; id facere tenētur. Sed iam cur pontifex Ro. cur episcopi/& reliquus clericorum ordo possessiones habere possint, & cur discessum sit a primo usu apostolorum, tu qui theologus es, uidere poteras in Chrysostomo super Matth. homel. 86. cuius sentētiam infra trademus. De clauibus autem, ut multa dicam, non erit necessarium. Siquidem supra declaratum est quomodo claues sint

iiii. regū. i.
i. Macha. ii.
Actuū. v.
Actuū. xiiii.
Apoca. xix.
Matth. ii.
Matth. vi.
Matth.
August.
Volentes Christū regē facere Iudæi, cur fugerit
Chrysost.

Christi/Petri/ecclesiæ/ac sacerdotū, credo iā satis superq; defensam Nicolai sententiam. Infra tamen tibi ex Hilario, diuina fauēte clementia, plenius ostendam Petro datam cœlestis ac terreni imperii potestatem. Interim patientiam habe. Per omnia tamen hic nollē talis uel esse, uel haberi, qui principatum uelim tueri tyranni, cum hunc qdem a deo exosum haberi certo certius habeā. Iam ad Constantini donationem pergo. Hic quisquis uerbum dixerit, uel scripserit, inter saxum & sacrum hærere optimo iure dicetur. Quando quidem inter se iurisperiti, multis iam retroactis sæculis acerrime pugnarunt, non sine maiestate quærentes an donatio facta ecclesię Romanæ per Constantinum ualuerit. Super qua re Dinus/Innocētius/Bartolus/Baldus/Speculator Io. Andreę / Paulus de Castro Panormitanus/Alexander de Imola multa hinc inde scripserunt, quorū pars quædam reperitur apud Bartolum & Baldum in prima constitutione digestorū. Horū sententias recensere longissimū foret, hi cū ea de re locuti fuerūt. Non eo cōtendūt, quasi donatio facta nō sit, sed modo an ualuerit, nec ne, quęrūt. Fuere nōnulli dicentes impatori Cōstātino hoc nō licuisse, cū augere deberet, nō iminuere. Argumento. l. cum de indebito. ff. de probationibus, & actus illius successori præiudicare non debeat, nec possit argumento. l. digna uox. C. de legibus. Sed sunt qui illis & aliis argumentis pulchre respondeant. Tu uero cum dicis hanc donationem ementitam ac fictam esse, forsan Laurentium Vallam imitaris. Cuius sententiam iurisprudētum potissima pars nunq̄ probauit, neq; recepit. Habuit is cōiecturas, qbus sua firmaret, & forsan tu putas esse uerissimas. Vallæ uiro elegantissimo respondere difficile est, tua eluere periculosum. tñ tacere non possum, si quid hic paribus coniecturis possim afferre, quod tuam opinionem eluerit. Sed anteq̄ tecū/aut cū Valla manum conseram, id præmittere lubet, qd' super hac & aliis rebus Pugnauere nonnulli contra Laurentium Vallam, & tunc se triumphasse crediderunt, quando hūc uirum alioquin elegantem acrem censorem/mordaculum/superciliosum/procacem/rephensorem/rabulam/& quendam cornupetam/uirulentum/maledicum & petulantem calamo auctorem fuisse clamarunt atq; reclamarunt. Cum his in hoc loco nolim quicquam habere cōmune. Siquidem horū uestigiis inhærere nō uidetur admodum esse in christiano homine probandum. Scio eum hominē utriusq; linguæ fuisse doctissimū,

Donatio ecclesiæ per Constantinū facta

Bartolus
Baldus

.l. Quū indebito
.l. Digna vox

Laurentius Valla

qui & studiosis omnibus non parum in meliori dicẽdi genere profuerit, Hunc ergo uirulentia aliqua taxare uel suggillare non est in animo. Tantũ aliis inter ueteres historicos uersantibus ansam cogitandi præbere uolo. Et ne diutius hæream, en donationẽ ea propter nisi male memorem, Valla ementitam esse putat, ꝙ de Constantini baptismo non nisi fictitia quædam habeantur. Illi diuũ Ambrosiũ obiiciendum puto, qui, ut est de obitu Theodosii imperatoris, præsente Honorio asserit Constantino baptismatis gratiam in ultimis constituto contigisse. Et ꝙ primus imperatoꝝ crediderit & post se hæreditatem fidei principibus dereliquit. Magni meriti locum reperit, cuius temporib9 completũ est illud propheticum. In illo die erit, quod super frenum est, sanctum domino omnipotẽti. Et idem Ambrosius hic non parum de Helena matre narrauit. Huic uero episcopo certe plurimũ tribuendum puto, siquidem is cum imperatoribus conuersatus est, horũ negotia tractauit, hoꝝ legatus ipse fuit, & non longe post Constantinum uixit. A Constantino etenim usq; ad Theodosii tẽpus imperatores forsan nõnisi septem uel octo fuerunt. A tempore uero Constantini usq; ad id tempus, quo Valla uixit, sexaginta uel septuaginta interuenerunt. Quare non dubitarim notiorem historiam Ambrosio fuisse, ꝗ Vallæ. Ruit itaq; totũ quod hic Valla de baptismo proponit. Sed ꝙ eam donationẽ etiã propterea ementitam esse contendit, ꝙ Eutropius illius nec uerbo meminerit, quasi dum Eutropius ea de re nihil scripserit, mera sit fabula. Cui respondendum ita credo. Christus uisus est plus quam quingentis fratribus, ut est in epl̃a priori ad Corynth. 15. tamen id apud euangelistas non legitur. Ergo mentitur Paulus, aut historia euangelii non erit sufficiẽs. absit utrũq;. Sed quia hic de Romanis rebus agimus, unde ad historias Romanas uenio. Certissimum est Romam orbis reginam captam ab Alarico Gothorum rege, anno post eam conditam millesimo centesimo sexagesimoquarto. seriem tamen huius rei nec ueteres nec recentes historici tradiderunt, solo excepto Procopio, ita apud Ioãnem baptistam Egnatium Venetũ, ea propter alios non reiiciemus. Et multa sunt ab aliis scripta, quæ certe non scripsit Eutropius. Quid qđ apud Põponiũ Lætũ scriptũ inuenitur, ꝙ postꝗ Constantinus urbem nouam condiderat, ac immortali deo rite sacra persoluit, post conditã urbem Mariæ uirgini quæ sola est deipara, consecrauit. Meminit idem Lætus superasse

Ambrosius

Paulus

Roma a Gothoꝝ rege capta

Ioannes Baptista Egnatius Venet9

Maxentiũ auspitio fulgidæ crucis eademq; felicitate sæpius Licinium superauit. Scribit & idem Lætus Constantinum noluisse decernere de causis episcoporum, quoꝝ etiam, quãtum ego recordor, non meminit Eutropius. Sed nunquid Pomponio Læto nihil credemus? quum tamen in ueterum historiis perquirendis uir fuerit non admodum indiligens. Is quoq; Pomponius de baptismo Constantini sic ait. Constantinus fidei christianæ plurimum fauerat, mirumq; est, cũ deuotissimus fuerit, lauacrum renascentis uitæ in extremũ uitæ suæ tempus distulerit, ut existimo, uolens id in Iordane contra Persas efficere. Nescio an referat a quo sit ille baptizatus. Vetustissima monumenta Romæ, quæ traditione maiorum testantur Constantinum a Siluestro pontifice Ro. lepra mũdatũ, ab eo quoq; sacri baptismatis intinctionem accepisse. Sed ꝙ Valla hoc argumentum sat efficax esse uult, quo post Constantini tempora pontifices urbem Ro. minime gubernasse testantur historię. Hic ego malitiam tempoꝝ considerandam puto. Siquidẽ Arriana hæresis tẽpore Iulii papæ ac ante inualuit. A Constante quoq; Constantini filio papa Iulius multa tulit incommoda, imo decennali exilio damnatus est. Venit inde Liberius papa, qui & cum multis catholicis episcopis urbe pulsus est, & ab Arrianis in exilium triennale actus. Et Constantius uehemẽtissimam persecutionem in catholicos commouit, adeo ut etiam in ecclesiis presbyteri & clerici passim trucidarentur. Successit inde Felix papa, & is persuasione Vrsacii & Valentis a sede deiicitur, imo interficitur, martyrioq; coronatur. De hoc rerum tumultu multa apud Hilariũ, & nõ pauca apud Hiero. Et quis pontifex sub tãta Arrianæ factionis tyrãnide subsistere potuit? Quid nõ Arriana hæresis interturbauit? Nunqd non eiecit Athanasium, expulit Hilarium? imo totum commouit orbem. Non mirum si Constantini donationem interturbauit. Sed ad Eutropium redeamus. Testatur is inter Constantinum & Constantium fratres bellũ fuisse, & ꝙ apud Aquileiam Constantinus ille iunior succubuerit. De Constãtio legitur ꝙ multis uitiis fuerit irretitus. Et eodẽ Eutropio teste, Romæ tumultus fuit Nepotiano Constantini sororis filio per gladiatoriam manum imperium uindicante, qui sæuis exordiis exitium dignum nactus est. Vigesimo enim atq; octauo die a Maxẽtianis ducibus oppssus, pœnas dedit. Caput eius pilo per urbem circumlatum est, grauissimæ proscrip-

A Constãte papa Iulius multas passus est insidias

Liberius papa ab Arrianis in exiliũ actus

Constãtius imperator sæuus in sacerdotes

Felix papa martyrio coronatur

Hilarius libro de synodis

Eutropius

Constãtius a Maxentianis occidit

tiones/& nobiliũ cędes fuerunt. Et nõ multopost Maxentius apud Mursam profligatus, acie est, ac pene captus. Ingentes Ro. imperii uires ea dimicatione consumptę sunt. Et scribit idẽ Eutropius Romanum imperium dubia calamitate nutasse eo tempore, quo Constantius Iulianũ misit ad Gallias. De Iuliano scribit idẽ Eutropius quomodo & ipse expeditioni aduersus Parthos interfuerit, & ꝙ is Iulianus nimius religionis christianæ insectator fuerit. Sub Iouiano pter consuetudinem imperii Ro. mutati sunt fines. & nonnulla illi9 pars tradita est, modo pacẽ haberet. Et Sextus Aurelius Victor testatur in nullo fere bello nunq̃ adeo Ro. uires esse consumptas, totiusq̧ imperii fortunas pessundatas, sicuti sub cõflictu Constãtii atq̧ Maxentii. Et Paulus diaconus de Valente scribit quomodo ab Eudoxo Arrianę hæreseos epõ sit baptizatus. & ꝙ is Valens legem dederit, ut monachi militarent. nolentes, per tribunos & milites fustibus iussit interfici, quoꝝ innumeram multitudinem per uastas Aegypti solitudines diffusam constat, præcipue quæ apud Nitriã martyrii cõsecuta est palmã, ac per singulas ubiq̧ prouintias aduersus catholicas ecclesias, & recte fidei populos diuersa sunt illata incommoda. & ꝙ is Valens demũ sera peccati pœnitẽtia stimulatus, episcopos cęterosq̧ sanctos reuocari de exiliis imperauit. Vide qualis fuerit cõmotio mundi. Taceo hic de incursu Gothoꝝ, de Arrianorum dogmatibus. Sed & hoc forte ptereundum non est, ꝙ Gratianus fret9 Christi potẽtia, nostroꝝ antecessoꝝ utpote Alemanoꝝ triginta milia apud Argentariam (qđ alii Argentoracum uocant) interfecit. Vbi & idẽ Paulus diaconus testať in. ii. reꝝ Romanarũ libro, ꝙ usq̧ ad idem tempus tota Italia Arrianæ perfidiæ morbo turbata sit. Hanc Ambrosius, hanc Martinus Turonẽn episcopus paululum sedare cœperunt. Sed & hic de Alanis/Hunnis multa dicere possemus. Sub Theodosio fere pax nulla fuit. quãq̃ is diuo Ambro. pulchre fuit obsecutus, ut est apud Paulum. 12. libro. Sed sub Archadio, qui rexit in oriente, & Honorio, qui rexit in occidẽte Radagasus Gothorum rex totam repẽtino impetu inuadit Italiã. Et cõstat in eius populo plusquam ducenta millia Gothoꝝ fuisse. Hic barbarus erat & Scyta, qui omnem humani generis sanguinẽ diis suis propinare deuouerat, inuadit ilico Romã, pauor infinitus fit, paganorum in urbe concursus, declamať a cunctis. Se hæc ideo ppeti, qđ neglecta fuerint, magnoꝝ sacra deorum magnis quęrelis

Iulianus
Iouianus
Sextus Aurelius Victor
Paulus diaconus
Monachi vt militent per Valentẽ compulsi
Gratianus
Paulus diaconus
Theodosius
Paulus
Archadius
Honorius
Radagasus Gotorum rex

oo3

ubiq; egere. Et continuo de repetendis sacris celebrandisq; tractat. Fere in tota urbe blasphemiæ ad nomen Christi tanq̃ lues aliqua probris ingrauantur. Quid q̃ ab Alarico & Gothis cuncta per quę ierant, igni ferroq; uastantur, urbem capiunt, deuastant, incendũt. Capta itaq; Roma est millesimo centesimo sexagesimoquarto suæ conditionis anno. Et quanq̃ ab urbe Gothi tertia die discessissent, at mox cũ rege Athaulpho Romam redeunt, siquid residui fuit, more locustarum eradunt, & auferunt. Possem hic multa de comite Stilico Vvandalorum/Alemanis/Sueuis/Burgundionibus/Eucherio recitare, quæ huic rei non male conuenirent. sed pergo. Sub Theodosio iuniore Gensericus pene totã Aphricam ferro/flãma/rapinis crudelissime deuastauit. catholicam insuper fidem Arriana impietate subuertit. Sed hoc turbine beatissimus August. Hypponensis eps perrexit ad Christum. Eodem tempore Bonifacius ab Aphrica ad Italiam p urbem rediit, accepta magistri militum dignitate. Et Gẽsericus in Aphrica multos episcopos iure suarũ basilicarum priuauit, & ex ciuitatibus pepulit. Idẽ Gensericus Carthaginenses inuadit, ecclesias spoliauit, sacra uasa rapuit, loca diuini cultus sua esse iussit habitacula. Et adeo religioni is īfestus erat, ut nõ posset agno sci hominibus magis an deo bellum intulisset. Sub his fere diebus ita terribili terremotu Roma cõcussa est, ut plurimæ eius ædes/ędificiaq; corruerint. Sub Martiano & Valẽtiniano iuniore nemo nõ nouit Attilæ historiam. Is Attila Concordiam/atq; Pataujum solo coequauit. Exinde per uniuersas Venetiæ urbes hoc est Vincentiã Veronam/Brixiam/Bergomũ/seu reliquas, resistente nullo. Hunni bacchantur, Mediolanum/Ticinumq; pari sorte diripiunt, ab igne tamen abstinentes & ferro. Deinde Aemiliæ ciuitatibus similiter expoliatis, nouissime loco quo Mincius fluuius in Padum cõfluit, castrametati sunt. Vbi Attila consistens dũ utrum Romam adiret an desisteret, animo fluctuaret, non urbi, cui infestus erat, consulẽs, sed Alarici exẽplũ pauẽs, qui capta a se urbe, nõ diutius superuixit. Quid q̃ mortuo Valentiniano continuo aduectis ex Aphrica nauibus adest Gensericus cum ualidissimo suæ gentis exercitu, fultus insuper præsidio Maurorum, quum adhuc Romanæ ecclesiæ beatissimus Leo ageret pontificatum. Percussis itaq; Romanis tã terribili nuncio, nobilibusq; simul ac popularibus ex urbe fugientibus, urbem omni p̄sidio uacuã, Gensericus obtinuit, occurrẽte sibi ante portam

Theodosi. iunior

August. Hypponensis eps moritur

Gensericus hominibus pariter ac deo bella mouere simili ordine parātus

Terremotu Rõa concutitur

Martianus & Valentinianus

Attila

Hunni

Gensericus

portam eodem sanctissimo Leone episcopo. Cuius supplicatio ita eum deo adiuuante leuauit, ut quia omnia potestati eius essent tradita, ad quatuordecim interim dies, secura/& libera scrutatione, omnibus opibus suis Roma uacuata est, multaq; millia captiuorum prout cuiq; ætate/an arte placuerunt, cum regina Eudoxia quæ Gensericum ad hoc facinus inuitauerat, duabusq; eius filiabus Carthaginem adductæ sunt. Leonis supplicatione Roma ab incendio seruatur

Sub Leone Augusto Ricimer patritius prosapia Gothus manu ualida ad urbem contendit, atq; apud Anienis pontem castra posuit. Diuisa est Roma, & quidam fauebant Antemio, quidam uero Ricimeris perfidiam sequebantur. Interim Billimer Galliarum rector Antemio ferre præsidium cupiens, Romam properauit. Is cum Ricimere apud pontem Adriani prælium commisit, & mox Ricimer urbem inuasit. Et propter famis/morbiq; penuriam, quibus eo tempore Roma affligebatur, insuper etiã grauissime deprędata est. Sub Augustulo Romanorum imperium apud Romam toto orbe terrarum uenerabilis & augustalis illa sublimitas, quę ab Augusto illo quondam Octauiano erecta est, periit. Odoacer seruulus nonne in fuga Romam properauit. Et cessante Romanæ urbis imperio, sub Anastasio magna Romæ dissensio facta est. Et anno domini quatrocentesimo nonagesimo secundo pontifici bellum infertur. Multæ cædes & homicidia in medio urbis fiunt. Sed in tantis tumultibus quid facere potuerit pontifex tantis uiribus longe impar, quomodo donationem Constantini manutenere potuit, tu ipse cogitato. Sed dices. Quid interim tamen Romani egere pontifices? En Symachus papa, ut est in actis Romanorũ, dissensione quottidiana suborta, subsidia ministrare non destitit. Hormisda papa, qui Symacho successerat, direxit Ephodium Ticinensem episcopum aliosq; Constantinopolim legatos, quatenus Anastasium ad ecclesiæ reduceret gremium. Duas enim naturas in Christo cum Euthice hæresiarcha denegauit. De quo & legitur quomodo magnam legatis fecerit iniuriam, proculdubio se uindicaturus contra pontificem, si potuisset. Ricimer Billimer Vrbis venerabile imperium periit Odoacer Quis inter tot bella, cædes, hæreses ac oium aduersitatum turbines Cõstãtini donationẽ quiete seruare potuisset Symachus papa Hormisda papa

Sub Iustiniano quæ facta sint, commemorare nolo pro pontifice. tamen hæc & alia huiusce generis non parum faciunt. At ut ad Constãtinum redeam, quid opus est uerbis? Non solum ex Eutropio/& Orosio, sed & Augustino notissimũ est, Constantinum sedẽ Iustinianus

imperialem mutasse,ac nouam urbem condidisse• Interim dum in Constãtinopoli manserũt imperatores,pontifices in urbe degebãt• Quanq̃ nõ ignorem quomodo sub Mauritio Augusto ac aliis,papa Pelagius ac alii non parũ fuerint perpessi• Tamen sub imperatore

Phoca
Gregorius papa



Phoca Magnus ille Gregorius melius habere cœpit• Hæc recẽsere propterea uolui, ut dum malitiam temporum quisquis in animo euoluat,non mireť,si pauca de pontificis temporali potestate apud historias esse comperiat• Tamen donationis factæ non etiã paruũ est argumentũ,ꝙ corona illa põtificia est donatus pontifex• Addo ꝙ si nihil iuris in imperiũ pontifex habebat,cur Leo pontifex scitu

Carolus Francorum rex

Romani populi clericꝗ rogatu,ut est apud Egnatium Carolum ob egregia in christianum nomen & Ro• sedem merita Romanorum imperatorem primus appellat, inuictũqꝫ cũ Pipino filio Augustũ consecrat• Anno ex quo in Italia imperari desitum,post Augustuli interitum trecentesimo ac trigesimo,salutis nostrę octingentesimo•

Lactãtius Firmianus Cicero christianissimus

Et quia Constantinum christianissimus ille noster Cicero Lactantius Firmianus primum Romanorum principum patrem indulgẽtissimum appellat,& ꝙ primum repudiatis erroribus, maiestatẽ dei singularis & ueri & cognouerit,& honorauerit• Et,ut est apud Pomponiũ Lætum•M•Flauius Valerius Constantinus Maximus

Titulus Constan Magni

Pius Felix semper Augustus Constãtii Pii filius dici meruit• Inter quæ deniqꝫ cognomenta ac epitheta solus in toto imperio populi Romani cognomen induit maximi,quod antea non nisi duo inter

Alexan• Magnus
Gn• Pompeius

tot duces ab rebus gestis non accepere, et Magni dicti Alexander Macedo/& Gne• Pompeius• Vnde pie firmissimeqꝫ credo quicquid de illo uel dictum,uel scriptum fuerit, quod ad conseruandã religionem pertinet,id factum non ementitum esse• Nam in professo est, Constantinum religioni christianæ deditissimum fuisse•

Hieron.

Huiusce rei Hieronymus aduersus Vigilantium fidele testimoniũ præbet• Nam sanctas reliquias Andreæ/Lucæ/& Timothei Constantinopolim transtulit• Et ego ut supra ostendi,rẽ nõ sine diuino mysterio fuisse credo•ꝙ cũ Alaricus Romanã urbẽ uicisset,edictũ fecit,ut quicũqꝫ in templa diuorum confugerent,præcipue Petri & Pauli,iis nulla uis inferreť•Nunquid non hæc summi dei auspicio a rege alioquin barbaro peracta credes • Quod enim ad me pertinet, ingenue dico, sicuti uix absqꝫ diuina dispositione fieri poterat,ut secundo bello punico Roma perstiterit• Siquidem ut Lucii

Lucius Florus

Flori uerbis utar, dubium non erat, quin illum diem ultimum habitura fuerit Roma, quintumq; intra diem Hannibal epulari in Capitolio, ac uictoria uti potuisset, frui maluit, imo deusurbi parcere uoluit. quod & sub tam barbaro rege fecit, ne tota euerteretur, neque uestigia tam præclaræ urbis omnia perirent. Relicta itaq; Roma, Campaniam/Tarentumq; peragrauit. Sed ad priora, unde digressi sumus, redeo. Nostros maiores nunquam ego crediderim tam stupidos, imo tam prodigos fuisse, ut facile dederint/atq; permiserint totidē sæculis urbem Romanam in manu stare pontificum, si non id se iure debere cognouissent.

Sed forsan Luthere militibus Christi ciuitates nullas admittis. Considerare debebas quod est apud diuum nostrū Hieronymum, quod tamen in primis probat uetus instrumentum quadraginta octo ciuitates ad habitandum leuitis & sacerdotibus in terra promissionis esse concessas. Quod uidere licet apud eundem Hieronymum ad Fabiolam de ueste sacerdotali. Non fuit hęc magna terra? Siquidem a Dan usq; Bersabee uix centum sexaginta millium in longum spacio tenditur, & dicere latitudinem terræ repromissionis pudebat Hieronymum, quando scripsit ad Dardanum. Et respectu Asiæ/Europæ/& Africæ uel regnorum/atque prouinciarum terra repromissionis paruissima fuit. Attamen sacerdotes atq; leuitæ tot ciuitates habebant. Erant in ueteri lege quottidie octomillia leuitæ alendi. Taceo de sacerdotibus. Et iam mirum non fuerit cessantibus ecclesiæ primitiuæ collectis, ut in cultu diuino perpetuo maneant, qui altari seruiunt, si ciuitates habeant, tamen ita possideant, quasi non habentes. Ita subditis præsint, ut laudem mereantur a domino, non ut tyrannidem exerceant, aut uiduas, aut pupillos opprimant. Sed ut sint in eorum numero, de quibus in psalmo dicitur. Beati qui faciunt iudicium/& iustitiam in omni tempore. Et ex redditibus quomodo uiuere possint, imo q; illis necessaria debeantur, Paulus docet dicens. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico. An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid etiam de bobus est cura deo? An propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos utiq; scripta sunt.

Iosue.xxi.

Hierony.

Octo milia leuitę ĩ lege dñi cottidie alebantur

.i. ad Corinth.ix

Quoniam debet in spe qui arat, arare. & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia uestra metamus. Sed uno tantum euangelii eulogio tua probas, quo etiam scribis, ac dicis ob eam rem Constantini donationem esse cassandam, quia Matthaei sexto scriptum sit. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Si ita ruditer

Sixtus intellexeris, certe Sixtum hunc felicem & pium pontificem dam

Laurentius nabis, qui post se thesauros reliquit, quos Laurentius dispersit, deditq; pauperibus. Aut si nec id feceris, Pauli doctrinam damnabis. Is.n.doctor gentiũ in altera epistola ad Corinthios .c.12. ait. Non

Paulus debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Quomodo dabis ergo, ut simul stent & euangelium & Paulina sententia? Aut quomodo saluabis collectas, quae sunt passim in epistolis Pauli? Scio ego non esse thesaurizandum super terram, ubi erugo & tinea

Matthaei.vi. exterminant, & ubi effodiunt fures, & furantur. Nihil enim in ter

Lucae.xii. ra firmum, nihil stabile, nihil tutum, nihil fidele, quod & in meis declamationibus miseriae humanae ostendi. Sed hic conuenit uerbum diuinae scripturae sane intelligi. Perdite siquidem ipsi tunc thesaurizamus, quum fodimus sensus cum diuitiis in terra, aut re

Origenes condimus cor cum pecunia (teste Origene) At uice uersa ii recte thesaurizant, quotquot deũ dilexerunt. Sic thesaurizauit Abraam per hospitalitatem, Iob per egenorum miserationem, Samuel per iusta iudicia. Sed ad rem nostram. Quanquam omnia, quae mũdi sunt, contemnere debeamus, omnis quoq; solicitudo in crastinum prohibita sit, tamen id recte intelligi debet. Nam licet magister orbis solicitudinem omnium rerum interdixerit, tamen adhuc euã gelii dicit historia. Discipuli eius abierunt in ciuitatem, ut cibos emerent, Ioannis.4. Nec Magdalenam/Ioannam uxorem Chuze procuratoris Herodis, Susannam/ac alias mulieres multas a se Christus reiecit, quando ministrabant ei de facultatibus suis. In euãgelio Ioãnis quoq; legit. Post buccellam introiuit in eũ Sathanas, & dicit ei Iesus. Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, q dixisset ei Iesus, eme ea, quae opus sunt ad diem festum, aut egenis, ut aliquid daret. Et in eodẽ euangelio

Ioannis.xiii. .c.13. legitur. Fur erat, & loculos habebat, ac ea, quae mittebantur, portabat. Et Paulus omnium terrenorum contẽptor, sic tamen gu

bernauit ea, quæ præsenti uitæ erant necessaria, ut etiam de uiduis præceperit dicens. Siquis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat illis, ut non grauetur ecclesia, quo ueris uiduis sufficere possit. Diuitias ergo possidere ita prohibemur, ut non speremus in incerto diuitiarum, sed deo uiuo, ut est ad Timotheum. Interim tamen etiã oportet episcopum esse hospitalem domum suam bene regentem. Siquis enim domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ diligentiam habebit? Quod si episcopum hospitalem esse oportet, necesse est ut habeat unde iura hospitalitatis exercere possit. Et sic cum de crastino curare necesse est. Sed hic non luxum ac delitias huius mundi, sed hospitalitatem euangelicam uolo, quam præscribit dominus dicens. Quum facis prandium/aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque cognatos, neq; uicinos, neque diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed quum facis conuiuiũ, uoca pauperes/debiles/claudos/& cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Propter hos pauperes alendos, infideles propulsandos, hæreticos supprimendos, ac demum literatos intertenendos, credo donationem Constantini/ac aliorum regum/principum/atq; christifidelium in Romanam ac alias ecclesias ualuisse, ac ualere perpetuo. Nec ea propter, nisi meliora docueris, iustam in dei sacerdotes calumniandi causam habes. Quanquam & hic ex literatorum omnium persona conquæri cogar.

.i.ad Timoth.v. .i.ad Timoth. iii. Lucæ.xvi.

Nosse uolunt omnes, mercedem soluere nemo.

Et in plerisq; rebus tragœdiæ mouentur, quum nemo aut saltim pauci Mecœnates fidos præstare uelint. Quum tamen non abs re Martialis Flacco cecinit dicens.

Horatius

Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.

Martialis

Nolo hic durius dicere quicquam, ne quum te immodestiæ arguam, ipse reprobus efficiar.

Vicesimumprimum articulum aggredior. Tuæ turbæ proponis scripsisse papam sese Romani imperii esse hæredem. id grauissime fers, & sic ais scriptum in Clementina pastoral. de sent. & re. iudi. Vidi hunc textum, sed eius ista sunt uerba. Nos ex superioritate quam ad imperium non est dubium nos habere, qua ex potestate inquam, uacante imperio, imperatori succedimus, &c. Hic se pontifex non dixit hæredem. Nunqam enim, ut credo, legitur

Responsio ad articulum.xxi.

ꝙ pontifex aliquã partẽ illius hæreditatis iacentis fuerit adeptus. Sed quomodo succedit, certe Glosa ibidem & Zabarella docent. Siquidem uacante imperio, si quis iustitiam consequi non potest, põtificem adit. putas in eo, dum pontifex iustitiam fecerit, peccet? nequaq̃. Nam beati qui faciũt iudicium & iustitiam in omni tpe. Ad Timoth.6. Sectare iustitiam. Et ex canonica Ioannis. Qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Et psal.54. Exultent & lætent qui uolũt iustitiam. Hieremiæ.22. Facite iudicium & iustitiam. Et in psalmo Recte iudicate filii hominũ. Sed quid hic opus est multis? Vacãte imperio per obitum Maximiliani pientissimi simul ac clementiss. principis uidimus an papa successerit hæres, necne. Et Magni Caroli bulla, quam auream uocant, Clementinæ uerum præbet intellectũ, a qua Leonem. X. fe. re. nec transuerso digito recessisse credo. Minus recte pontificem dicere contendis, quũ ait uim ui repellere licere. Quum in euangelio Matth. 5. scriptum sit. Ei, qui uult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliũ. Scio scriptum esse in. c. significasti de homicidio, & in. c. 3. de sent. excom. Quomodo uim ui repellere omnes leges & omnia iura permittãt. Sed additur ꝙ hoc fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad uindicandum, sed ad iniuriam propulsandam. Et quid hic peccẽt canones. Docuere nos leges uim ui repellere posse. l. 1. § uim ui. ff. de ui & ui armata. l. scientiã. § qui cum aliter. ff. ad. l. Aquiliã. Nunqd hoc est contra ius naturale. Serpẽs totũ corpus pro capite obiicit persequẽti. Ita apud August. in lib. q̃stionũ super Matth. quest. 18. Et hoc est ꝙ dñs discipulis dicit. Estote prudentes sicut serpentes. Aut nescis quod est apud Plutarchum. Brasida cum in caricis murem compræhendisset, morsus eum dimisit. Deinde ad astantes ait. Nihil est tã paruũ, ꝙ si ausit inuadentibus repugnare, nõ se incolume seruet. Id ẽt in uermiculis reliquis ac aliis animãtibus fieri uidemus. Sed & canones inculpatę tutelæ normã seruãt, quæ nec est euangelicæ legi contraria, de qua &. l. 1. C. unde ui. Sed quia & illud obiicis. Siquis te percusserit in dextrã maxillam tuã, ꝑbe illi & alterã. & ei, qui uult tecũ in iudicio contendere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Has euangelicas sententias nõ ad uiuum exigere sermonem oportet, imo nec ad solam literã capiẽda sunt oĩa, quæ in euangelio scripta leguntur. Est etenim & in euan-

Cardinalis Zabarella
Ita in. c. licet de foro compet.
Paulus
. i. Ioannis. ii.
Psal. Hieremias
Ad. xxii. articulũ
. l. i. §. vim vi. ff. de vi & vi armata
August.
Plutarchus
. l. i. C. vnde vi
Ma. v.
Euangelica verba nõ sẽp in eo quẽ faciunt, sensu accipienda sunt

gelio litera, quæ occidit. nec solũ in ueteri testamẽto occidens litera deprehenditur. Si enim secundum literam sequaris, hoc ipsum qđ dictum est. Nisi mãducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum. occidit hæc litera inquit Cyrillus in. 7. super leui. Vis tibi & aliam de euangelio proferam literam, quæ occidit? Qui non habet, inquit dominus, gladium, uendat tunicam, & emat gladiũ. Ecce & hæc litera euangelii, sed occidit. Si uero spiritaliter eam suscipias, non occidit, sed est in ea spiritus uiuificans. Et ideo siue in lege, siue in euangeliis, quæ dicuntur, spiritaliter suscipe, quia spiritalis diiudicat omnia, ipse uero a nemine diiudicatur, quotquot hoc fecerint spiritalia scripturarũ & uirtutem earum interius datã intelligunt, & suscipiũt, habẽt in se animas & spiritus prophetarũ, ipsi quasi regio uiuentium prophetarũ effecti. Qui autem illa non capiunt, neq; requirunt, sed simplicem narrationem, et historiam rei solum attendunt, corpora prophetarum colunt, in literis posita & in libris, quasi in quibusdam sepulcris, quales fuerunt & Pharisæi, qui recte Pharisæi sunt appellati. i. præcisi, qui spiritalia prophetarum & corporali historia præciderunt, quasi animã prophetarum expellentes a corpore, & occidẽtes ipsos prophetas, & exanimes facientes, quasi nihil spiritale habentes. Sed ad rem nostram de gladio uenio. Si hoc euangelii uerbũ, qđ est Matth. 26. Omnes qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. ita capiatur ad uerbũ, quid ut ibidem Erasmus, ait, faciemus iudici/magistratui gladium portanti? quid imperatori, qui solenni ritu gladiũ accipit a Christi uicario? Oportet igitur hic summã spectare. Nunquid oĩbus p̃ceptũ est, ut Hiero. in. 2. lib. scribit aduersus Iouinia. ne duas habeant tunicas, ne cibos in pera, æs in zona, uirgam in manu, calciamentũ in pedibus, ut uendant uniuersa quæ possident, dẽtq; pauperibus, & sequantur Iesum? Sed his utiq;, qui uolunt esse perfecti, alioquin a Ioanne Baptista aliud pręcipitur militibus, aliud publicanis. Dñs autem dicit ad eum in euangelio, qui se iactauerat legis uniuersa cõplesse. Si uis pfectus esse, uade & uende oĩa quę habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me. Ne graue onus nolenti uideret̃ iponere, in ꝓpria audiẽtis uolũtate dimittit, dicẽs. Si uis perfectus esse &c. Sed quum hic in euangelii materiã incidimus, sine quæso Fabrum super utroq; testamento contra tuas assertiones tecum fabulari. Videris prope accedere Marcioni & Manicheo, qui, ut est apud

Cyrillus

Orig. in Mattheũ homil. xxvi.

Erasmus

Hieronymus

Hieronymus

Hieronymum in ecclesiasten capite undecimo ueterem legem sper nendo dilaniabant, solum euãgelium suscipientes, dicendo, uetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Quod & ego fateor, tamen cum moderamine aliquo, scilicet noua facta esse omnia. Siquidem pro lege/est euangelium, pro Hierusalem/cœlũ, pro templo / uelũ, quod intimum erat, pro circũcisione/baptismus, pro mãna/Christi purissimũ corpus, pro aqua/domini sanguis, pro baculo uel Moysi uel Aaron/ crux ipsa, pro agno/dei filius, & huiusmodi reliqua. Tñ adhuc firmissime stabit, quod in spiritu prædixit dominus dicens. Dabo uobis pluuiam temporaneam/& serotinam, uetus scilicet testamentum & nouum, ut Hieronymus in ecclesiasten interpretaẽ, & utroq; uos imbre irrigabo. Vnde admonemur, ut sic legamus legem ueterem, ne euangelium contẽnamus. sic quęramus spiritualẽ in ueteri instrumento intelligentiam, ne in euãgelistis & apostolis hoc tantũ putemus sonare, quod dicitur. Felix igitur est qui utrũq; in unum sociauerit, & quasi unum corpus effecerit. Vnde Ezechiel rotam uidit in rota duorum scilicet iuncturam testamentoꝝ, quod & indicat, teste Hiero. in Ezech. c. I. Scala Iacob, & forceps Esaiæ, & gladius bis acutus. Quare præcipitur ut in utrũq; instrumentũ pari ueneratione credamus. Siquidem Iudæi dederunt partes septem credentes sabbatum, sed non dederunt octo, resurrectionem. s. diei dominici denegantes. Sed & hæc omnia sic intelligi uelim, ut non ignorem ex apostolo euangelium melioribus promissionibus sancitum esse. Non enim terræ bona/uel solis decorem/uel liberoꝝ promittit multitudinem, sed cœleste imperium iis pollicetur, qui quæ iubet euangeliũ hæc exequuntur. Et euangelia quattuor sunt recte præuisa secundum Hierony. in his quatuor Ezechielis animalibus, quæ spirant, et intelligunt. Tamen adhuc ne erremus, aliosq; in errores præcipitemus, & hoc pensandum est maxime ꝙ quatuor sunt qualitates, de quibus sancta contexuntur euangelia, præcepta scilicet/mandata/testimonia/& exempla. In præceptis iustitia, in mãdatis charitas, in testimoniis fides, in exemplis pfectio consistit, ut sint hæc præcepta. Tunc Iesus præcepit discipulis suis duodecim. In uiam gentiũ ne abieritis, & reliqua, hoc est diuertere a malo. Mandata autem sunt hæc, quibus dicitur. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. hoc est facere hominem & charitatem implere. Testimonia sunt, quę in ore duoꝝ uel trium testiũ

Qũo noua facta sint omnia

Ezech. I.

Hierony.

Euangelii promissiones

Præcepta

Mandata

Testimonia

sunt,ut est illud. Ioannes testimoniũ perhibet de me. Et ipsa opera quæ ego facio,testimonium perhibent de me, & ego testimonium perhibeo ueritati. Exempla sunt,quibus Iesum imitantur dicẽtem. Exempla
Discite a me,quia mitis sum &c. hęc Hiero. In ꝓlogo super Marcũ Et sicut in euangelio sunt hæc quatuor,ita & in ueteri lege. quę oĩa eapropter cõmemorare placuit, ꝙ tu euangelium], non ut antiqui doctores,sed pro tuo captu imo tuo nutu interꝑtari conaris, quasi & tam sanctis uiris,qui te multis sæculis & doctrina/& uitæ sancti monia, ac quod maximum est,spiritu lenitatis ꝓuenerunt, non sit datus spiritus sapientiæ & intellectus. Exue ergo hanc tuam opinionem, qua putas nihil esse recipiendum,nisi qđ tu pro tuo sensu ac libito interpreteris. Pręuenere spiritum tuum in interpretandis euãgeliis ac Pauli epistolis Ioannes Thessalonicẽsis/Theophilus Planudas/Theophilactus/Origenes/Chrysostomus/ Basilius/Hieronymus/Ambro. August. Grego. ac alii quamplures,qui omnes in euangelia scribentes,uerbum domini longe aliter interpretant̃, q̃ tu tradere uolueris. Illos audiemus,& te cũ tuis obsoletis opinionibus,nisi resipueris,deseremus. Sed iterum ad id redeo, unde digressi sumus,& maxime ad defensionis materiam.

Augustinus lib. 1. de libero arbitrio. c. 4. sic ait. Si homicidium est hominem occidere, potest tamen occidere aliquando sine peccato. Nam & miles hostem, & iudex uel minister eius nocentem,& cui forte inuito atq; imprudenti telum manu fugit, non mihi uident̃ peccare,quũ hominem occidunt. Idem quoq; August. in lib. quęst. uet. & no. test. q. 104. pulchre declarat,cur Christus iusserit parari gladios,prohibuerit tamen occidi,ubi expresse dicit nulli licere,excepto iudice,gladio quenq̃ occidere. An putas Paulus reges ac principes in eo damnarit,quum ad Romanos ita scribat. Dei minister est uindex in iram ei qui malum operatur. Quum itaq; ut Theophilactus illic scribit,laudibus princeps uirtutem extulerit,dei uoluntatem exequitur, quum gladio utitur,dei minister est. Quum uero uindex fuerit,uirtutis nequitiam insectatur. Pleriq; enim nõ dei magis q̃ principis formidine ducti, sese ad uirtutem exercent. Præsul itaq; ille,quũ animaduertit improbos ob uirtutis uindictã, dei ministerio fungitur. Hinc etiam eũdẽ Vulgariæ epm credo nõ errasse,quum dicat tria esse belloꝝ genera. Primum quũ barbaros impugnamus. Secũdum, qđ ex priuata quadam inimicitia nobis

August.

Ad Romanos
Theophilactus

infertur. Tertium, quod intestinum est, a uitiis aduersum nos excitare. Barbaricum illud imperatorum industria sedat. Quibus bellantibus, a nobis uotis/precibus præstanda est opera &c. Sed ad Augustinum redeo, qui Augustinus hanc sententiam domini per te contra pontifices allegatam interpretatur in.22.lib. contra Faustũ .c.79. sic dicens. Certe Manichęi coguntur fateri uirtutem illã patientiæ, quam docet dñs dicens. Siquis te percusserit in maxillam tuam dexteram, præbe illi & sinistram, posse esse in præparatione cordis, etiam si non exhibeãt gestu corporis & expressione uerbo℞. Quandoquidem apostolus palma percussus, potius deum rogauit, ut iniurioso homini in futuro sęculo parceretur. In pręsenti autem illa iniuria non inulta relinqueretur, qui uel pbuit ferienti alterã partem, aut, ut iterum feriret, admonuit. Tenebat certe interius dilectionis affectum, & exterius requirebat correctionis exemplum. Siue hoc uerum sit, siue confictum, cur nolunt credere tali animo famulum dei Moysen idoli fabricatores/& adoratores gladio prostrauisse, cũ & in eius uerbis satis appareat ita huiusmodi peccato eum ueniam deprecatum, ut nisi impetraret, deleri uellet de libro dei. Et quid idẽ ignotus homo palma pcussus. Et deus ex Aegypti seruitute liberãs, per diuisum mare traiiciẽs, fluctibus persequẽtes inimicos operiens, idolo sibi prælato derelictus ac contemptus. Si autem pœnas ipsas comparemus, quid idem ferre interim & a feris trucidari/atq; laniari. Quandoquidem iudices publicis legibus seruientes, maioris criminis reos bestiis subiici, q̃ gladio pcuti iuberẽt hæc August. Nec uideo si quisquam sese defenderit, patientię gradus excedat. Scis Chrysostomũ tres gradus perfectionis docuisse. Primus gradus est nequaq̃ priorem ad lædendũ uenire. Secundus ut non amplius referat, q̃ qđ a lædente sustinuit. & hic gradus cũ inculpatæ tutelæ moderamine quadrat. Circa hoc moderamen, & illa quidem tria dicuntur. Primum ut si armis inferatur uiolentia, & armis repellatur. si sine armis, simili modo repellatur. ut. ff. de ui & ui armata. l.3. §. eum igitur. Sed quæ de iure ciuili armo℞ appellatione ueniant, habentur. ff. e. l.3. §. in præsenti. Secundum ut incontinenti, flagrante adhuc maleficio. alioquin uiolentus inuasor appellatur, ut. ff. eo. d. l.3. §. cum igitur. Tertium ut ad defensionem non ad ultionem uel uindictam, ut. ff. ad. l. Aquiliam. l. scientiã. §. qui cum aliter, quod semper præsumitur. s. fieri ad defensionem, si

Manichæi

Chrysost. patiẽtiæ gradus docet.

Ad moderamẽ inculpatæ tutelæ qđ requiratur

incontinenti fiat,secundũ Iasonem,ut.ff.ad.l.aqui.l.si ex plagis.§. tabernarius. Hæc si non ex omni parte quadrant,non tamen tam longe ab institutis euangelicis dissonare uidentur. Sed quid opus est multis? Secundum August.is gladio utitur,qui nulla potestate prædictus,uel nulla occasione coactus,gladium recipit. Et quando Matthæi.5.docemur alteram præbere maxillam.nec ita ad uiuum debet intelligi,uelut ipse imaginaris. Nam & ipse dominus alapa percussus,nõ ait,Ecce altera maxilla.sed ait.Si male dixi,exprobra de malo.si autẽ bene,quid me cedis? Et apostolus Paulus hæc satis nouerat. Ipse cum esset alapa percussus ante pontificem,nõ ait,Per cute maxillam alteram. Sed percutiat te dominus paries dealbate. & tu sedes iudicare me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Pulchre ergo contendit toties in hac re pro teste citatus D.Aure.August.in lib.de mendacio ad Consentium.c.15. In hisce requiri dumtaxat cor paratum. Male ergo hoc euangelii uerbum te adaptasse credo.Immo quod est de pallio & tunica,nec huc pertinebat. Si .n. ita intellexeris,res demũ eo uenirent, q͛ nulli palliũ aut tunica remaneret. Et tanta est malitia multorum,ut hominem totidem passus angariare auderẽt. Qđ demum patientem in mare prosilire,ac iam triduanum iactum experiri oporteret. Hesychius tamen ac Ioannes Antiochenus Græci auctores, dum olim in lucẽ æditi fuerint,quod in breui futurũ spero,te ac sectatores tuos recte docebunt, quomodo hæc & alia domini uerba debeant ac possint intelligi. Et tu tanto comitatu nuper ueniens, Vvormatiam etiam sub saluoconductu nos partim erudiisti uim ui repelli posse. & q͛ euangelici uerbi sit intellectus longe alius,propter quod inexcusabilis es qui iudicas. In quo enim alterũ iudicas,te ipsum cõdẽnas. Eadem enim agis,qui iudicas,requiescis in lege,& gloriaris in deo, & nosti uoluntatem eius, & probas utiliora instructus per legem. Confidis te ipsum esse ducem cæcorũ, lumen eoꝝ, qui in tenebris sunt,eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces,te ipm non doces.qui prędicas non furandum,furaris.qui dicis non mœchandum,mœcharis.qui abominaris idola,sacrilegium facis. qui in lege gloriaris per præuaricationem legis,deum inhonoras. Sed forte mori uis non ut martyr,sed ut confessor. tamen sic te propria uoce condemnas. Sequere dñm, noli iudicare,& non iudicaberis.

Iason

Augustinus

Matthæus

Ioan.xv.

Hesychius

Io. Antiochenus

Sed qđ in·23·articulo duo taxãda credis·Primo q̃ secũdũ canones subditi superiori obedire non teneãtur· Secundo q̃ pontifici liceat destituere reges·Primum nullibi in iure reperiri posse puto,scilicet q̃ subditi uero domino parere uel obedire non teneantur·Id me legisse memini,q̃ subditi non tenent obedire uioléto,hoc est intruso domino·Ita Florianus in·l·seruitutes·ff· de seruitutibus,& Inno·c· in literis de rest·spolia · Nec subditi tenentur obedire iniusto praecepto superioris·Ita doct·in·c·proposuit de concess·preben··Immo est tanta canonũ honestas,ut apertissime dicant non esse obediẽdũ papae praecepto,si sapit haeresim · Et in hoc iuris pontificii decreta cum utroq̃ testamento rectissime conueniunt· Nunquid nõ recte dixit Petrus ac alii apostoli ad principẽ sacerdotum· Obedire oportet deo magis,q̃ hominibus · & non immerito laudantur hi pueri, de quibus apud Danielem, & in Machabeorũ libro elegerũt magis mori,q̃ cibis coinquinari immundis , & noluerunt infringere legẽ dei sanctam,quoniam rex Antiochus iniustum dederat praeceptũ· Sed q̃ pontifici potestatem destituendi regem adimis , hic nescio quo tendas·Apud Inno·c·finali de sup·negli·praela·ita scriptũ esse legitur· Nota causas iustas dandi curatorem regibus,si nesciũt suũ regimen defendere,uel in eo iustitiam & pacem seruare,& maxime religiosis personis/sacris locis/& pauperibus· et etiã,quod plus est, si nesciunt perdita recuperare · Et idem,quod diximus in regibus, seruandũ est in ducibus/comitibus/& aliis,qui habent iurisdictionem super alios · Aliis autem priuatis non datur curator , nisi sint furiosi uel prodigi ·C· de cur·fur·&c· Et ulterius sequitur · Est hoc ordinarium,q̃ curatorem regibus & similibus personis petant subditi,& superior dare tenetur· Et in·c·licet de uoto & uoti·redempt· Inno ·3· iustissimam causam habuit,quo regem Vngariae censuris ad id compelleret,ut patris uoluntatem exequeretur · Postremum q̃ si id non fecerit , textus habet· Si dictus rex sine prole decederet in regno Vngariae , sciret minorem fratrem instituendum · Hic tñ aliud nihil noui statuitur,immo id legibus antiquis erat admissũ· Sed responde quaeso,an non christianae reipub· id quandoq̃ plurimum prodesset,si pontifex Romanus regem aut principem apertã haeresim nutrientem,uel regno uel ducatu priuare posset? Scis quę mala fecerit ecclesiae Constantius Arrianae fautor haereseos,ac Iulianus christiani iugulator exercitus·Nolo hic recẽsere eos, quos lõgo ordine

Vero dño obediẽdum esse oia iura suadent ·l·seruitutes ·ff· de seruit·
Innocentius
Actuum·v·
Danielis·i· ·i·Macha·i·
Innocentius
Curator qñ regibus ducibus ac reliquis iurisdictione habentibus dari possit
Innocentius·iii·
Iure qđ sibi competebat ordine geniturae p̃uaricãdũ
·ii·C·de fideicõ·

ordine retexit Hiero• scribens ad Heliodorum de regno Apuliæ,q̃ ecclesiæ feudum esse dicitur • De Romandiola ac reliquis ecclesiæ prouinciis, quas Romana ecclesia uel a Pipino/uel Ludouico/uel Rodulpho fert obtinuisse, causa est plane regalis atq̃ magnifica, in qua pauperẽ philosophũ nõ cõuenit afferre iudicium• Nouerũt heroes illi christiani modos,qbus ẽt tacẽtib9 nobis,regna diuidere possint ac debeãt• Interim nos cũ Diogene discamus oletib9 uesci• Vicesimũquartum errorẽ esse putas, quomodo Põtifex a iuramẽto absoluat &c• Dudum nouimus ex pontificio iure papam nõ posse nisi in certis casibus tollere iusiurandum• Iuramentũ aũt qd' cõtra bonos mores esset,quis diceret obligare?•l•q̃ eis•& ibi Bartho••C•d nuptiis•c• non est obligatorium de re iu•in•6• Adde• Indigna res esset,si iuramẽtũ metu/uel minis extortũ quẽpiam ligaret,iuxta•c• si uero•c•cum contingat de iureiu • Dein iuramẽtum super peccato mortali cõmittẽdo,nunq̃ dixeris ligare iuxta•c•2•de pact•in•6•imo quodcũq; iuramentũ,quod ad illicita tẽdit, utroq; iure nõ obligat• Et credo iuramentũ qd' pietatis opus excludit,nõ ualere•l• nullum •ff•de obsequiis •Iuramentũ de non parendo superiori non obligat Bartho•in•l•finali•ff•ad municipa• Omitto hic de iuramento cõtra propriã testãdi uoluntatẽ,contra imperatorẽ,& aliis quibusdã iuramenti speciebus• Qd si omnino ita contẽderis seruãda esse ꝓmissa, cũ•D•Ambrosio dico & sentio•Siquis inhonestũ promiserit,tollerabilius est ꝓmi sum nõ facere,q̃ facere qd' turpe sit•Ea propter Herodes saltatrici pręmium turpiter promisit•Crudeliter soluit turpe,q̃ regnũ pro saltatione ꝓmittit•crudele q̃ mors ꝓphetæ pro iurisiurãdi religione donat• Ex iudicũ libro multa cõsiderat Ambro•quæ Iepte princeps ꝓmisit incaute•Et in Isaac habemus exẽplũ gẽñ•22• ꝓ quo arietem deus statuit imolari sibi•Non semper igit promissa soluenda oĩa sunt• Deniq; ipse dñs frequenter suã mutat sententiã, sicut scriptura indicat • Nam & in eo libro,qui inscribit Numeri, ꝓposuerat percutere morte & perdere populũ•sed postea rogatus a Mose,reconciliatus est populo suo•Et iterũ ad Mosen & Aaron ait• Diuidite uos de medio synagogæ, & cõsumabo eos simul • Quibus discedentibus a cætu Dathan & Abiron atq; Chore , subito impios terra ꝓrupto soluta hiatu absorbuit• Pręcellẽtius & antiquius istud exẽplũ d' filia Iepte q̃ illud qd' memorabile habet apd philosophos de duob9 Pythagoreis• quoq; alter cũ tyrãno Dionysio capitis sñia

Hiero•

Ad•xxiiii•articulũ responsio

Bartholus

Quæ iuramẽta ligent

Bartholus

Ambro•in offi•
Matth•xiiii

Iudicum•xi•

Deuterono•xi•

Pythagorei

quorundam arcta amicitia ac idubitata fides

dānatus esset, p̄scripto mortis die poposcit ut domū p̄gēdi ei daret, quo cōmendaret suos. at ne reuertēdi nutaret fides, uadem mortis obtulit, ea conditione, ut si ipse deforet, ad constitutū diem uas eius sibi pro eo moriendum agnosceret. nec qualitatem sponsionis, qui offerebatur, recusauit, constantiq; animo diem necis præstolabatur. Itaq; alter se nō subtraxit, alter ad diem repedauit. quod eo fuit usq; mirabile, ut tyrānus eos sibi in amicitiam asciscere, quoq; urgebat periculū. hæc Ambro. Ex his & aliis, si intra te redieris, habes pontificem in nullo iuramēto absoluere posse, neq; debere, nisi ubi legitimam causam habet, quā etiā gentiles illi Romani nō respuissent. Sed quum tam acer es censor pontificii iuris, cur non intra te redis, qui religiosis duplici iuramento obstrictis, licentiam das ut ducant uxores, qui tamen uolentes renunciarūt matrimonio. Et antea ut plurimum sacerdotes non id fecerunt ex ignorantia/ui / uel aliquo metu inducti, sed iam quando plenæ ætatis erant. Non enim in sacerdotes ordinantur, nisi uigesimumquintum annum attigerint. Et quia sponte uadunt ac libere tria uota iureiurando promittunt. Quare tu periuros illos facis? oblitus domini dicentis Matthæi. 5. dictum est antiquis. Non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. & Vouete & reddite uota uestra. Et ecclesiastici. 5. c. Qd' cunq; uoueris, redde. multoq; melius est non uouere, q̄ post uotum promissa nō reddere. Et numeri. 3. Siquis uirorum uotum domino uouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum uerbum suū, sed omne quod promisit, implebit. Et miror cur nō recorderis librorum, quos Chrysosto. aduersus uituperatores uitæ monasticæ cōscripsit. Annō times ex Paulo te quouis infideli deteriorem fieri? Ex Paulo inq̄ dicēte. Siquis autem suorum & maxime domesticoq; prouidentiam nō gerit, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Sed qd' ad. 25. articulū scribis papā etiā ea tollere uota, quæ facta sint dn̄o. Magna est in hac re iuris prudentia. Votum qd' in prima baptismatis tinctione facere solemus, nullus tollit pontificū. licētiā peccādi dare nō potest, quę legē euangelicā attinēt, & ipse papa cōtidie seruare iubet. Qd' siquis sub indebito tēpore & forsan puerilibus annis uotū aliqd' emiserit incaute, nō solū p̄tificis decreto, sed cōstantissima tua & p̄pria assertione (nisi tui libelli mentiant) nō astringit. Et nunq̄ ego dep̄hēdi uotū esse cōmutatū, nisi necessitate cogēte, aut aliqua honesta utilitate suadēte. Qd' siqui sint, qui papā

Cle. ii. de ætate & qualita. ordi.

Ecclesiastici. v.

Numeri. xxx.

Ad articulū. xxv.

In quibus uotis dispencī habeat papa.

super continentiæ uoto disponere posse arbitrentur, sicut est apud
Innocentium in.c.cum ad monasterium de statu monach. Ego id   Innocentius
sentio uota esse reddenda domino, sicut nos pulchre docuit Augu.
in suo speculo, in libro etiã de bono uiduitatis, nec pontificem cõti/   August.
nentiæ uotum facile unq̃ rupisse inuenies. Ex apostolo forsan hoc   Votũ continentię
sciẽs, ꝙ sic damnationem haberent, quoniam primã fidem irritam
fecerunt. De qua re pulchre apud August. de adulterinis coniugiis   August.
ad Pollentiũ li.i.c.24. Et quãq̃ diuersa uota in scripturis referant,
Anna quidẽ uouit deo fructum uentris sui, & Samuelem consecra/   .i.regum.i.
uit in tẽplo. Alius quodcunq; sibi post uictoriã redeũti occurrisset,
uouit deo, & occurrente filia, uota lacrimãda persoluit. Alii uitulos   Iudicum.xi.
& arietes, aut domos, & alia hmõi ratione carẽtia uota offerũt deo.
Sed hoc solum uotum qđ Nazaręus facit, præ cæteris & potissimũ   De hoc uoto pul/
gratum est deo. Est autẽ Nazaręi uotũ, quo semetipsum uouit deo.   chre apud Orige.
Contra hoc uotum, quod est super omne, non credo dispensauerit   sup numeros ho/
pontifex ullus. Temeraria autẽ quorũdã uota, quale fecerat Iepte,   melia.xxv.
tollere, nemo iuste damnabit. Sic & apud iurisconsultos illius testa
mentum reiicitur, qui post mortẽ ossa sua proiici uolebat in mare.
Quid si quispiam id uoueat, quod impossibile fuerit? Nunquid nõ   In.ff.& vi.
ab hac promissione iuste liberabitur? Nemo enim ad impossibile
obligat, uelut utriusq; iuris probat auctoritas. Sed in hoc tibi con/
sentio, & non tam tibi q̃ diuo Hieronymo. Graue est multitudini   Hierony. in Eze/
onus ultra uires suscipere, dicente Salomone. Laqueus est uiri cito   chielem.c.xliiii.
quid de suis sanctificare. Cũ enim uotũ fecerit, surrepit pœnitẽtia.   Salomon
Et quicunq; aliquid uouerit, & nõ impleuerit, uoti reus est. Melius
est ergo non promittere, q̃ promittere, & non facere. Anna obtulit
Samuelem, qui in æterna sanctitate permansit. Et Manue obtulit
Samson filium. sed sanctificationem capillorũ eius Dalidæ libido
turpauit. Deniq; dominus recessit ab eo, & cæcitate damnatus est.
Nisi ꝙ postea crescentibus capillis, pristinum robur accepit. Et ut
summam rei habeas, sicuti non omnia uota in ueteri testamẽto ser/
uabant, ita quoq; uota in lege nr̃a rationabiliter mutari, uel relaxari
possunt. Mulier .n. ut est in numeris, quæ uouerit, & se cõstrinxe/
rit iuramẽto, si est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, &
cognouerit pater uotũ, qđ pollicita est, & iurauit, ope cõplebit. Sin
aũt statim ut audierit, cõtradixerit pr̃, & uota/& iuramẽta ei9, irrita
erũt. Nec obnoxia tenebit' spõsioni, eo ꝙ cõtradixerit pr̃. si maritũ

habuerit,& uouerit aliquid,& semel de ore eius uerbum egrediens, animam eius obligauerit iuramento,quo die audierit uir,& non cõ tradixerit uoti,rea erit,reddetq; quodcũq; promiserit &c. Vides hic aliqua uota potuisse irritari impune etiã. Non ergo mirũ fuerit in lege,si circa uota aliqua legitimis causis urgẽtibus dispẽset põtifex.

Ad.xxvi. articulũ responsio

Vicesimumsextum errorem scriptũ laicis inculcas,dicens subti.de uoto & uo.redemp.inueniri papã supra deũ esse. Nescio an ipse sis oculatior q̃ ego. Forsan acrisia laboro. Nihil enim usq; tale sub titu lo de uo.& uo.redem. inuenio. Primus textus Alexãdri .3. re uera

Alexander.iii.

honestissima statuit, ut in uotis cõmutandis ab eius qui præsidet, pendeat arbitrio,ut consideret diligentius qualitatẽ personæ & cau sam cõmutationis,an ex infirmitate/seu affluentia diuitiarũ,an alia causa probabili peregrinatio/an recompẽsatio melior fuerit, & dño magis accepta. & secundum hoc debet exinde dispensare. Et Inno. adeo uota soluenda statuit,ut dictum prophetæ.ps.75.imo hoc euã gelii dictum. Nemo mittens manũ ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno dei. Citarit & re uera ex hoc titulo. nunquã recte in duces alicubi inueniri papam esse supra deum. Quare aperi os tuũ & decerne quod iustum est, & a tumultu custodi claustra oris tui.

Quid in votis cõ mutandis sit consi derandum

Psal.

Lucæ.ix.

Ad.xxvii.articulũ responsio

Nunq̃ persuadebis,ut credam ab aliquo põtifice uel dictum, uel scriptum,In matrimonio constitutum deo seruire non posse. Quo quasi coniugiũ per id quisquã dãnauerit. Ego quicquid tu dixeris, infra mõstrabo propter hunc errorem ante mille annos a pontifice propter ea synodum indictam ac celebratam. Et quis tam insanus esset Orestes,qui hoc diceret? Vnde & si tempore Gangrensis con cilii inuenti sint hæretici quidam nuptiarũ accusatores, docẽtes q̃ nullus in coniugali positus gradu, spem haberet apud dominum. Vnde quoq; factũ est, ut multæ mulieres seductæ,relictis propriis uiris, & uiri uxoribus destituti, quum iam continere non possent, adulterium commiserunt. hi tamen iusto iudicio patrum damnati fuerunt. Addo q̃ hic contra te inuenio pontifices mirum immodũ laudasse coniugia. Et Innocentius pulcherrime probat nuptiarum copulam,quia dei mandato perficitur non posse dici peccatum. & q̃ matrimoniũ sit cõstitutũ a deo,ut est Matth.19. Sed q̃ uiduas ac uirgines deo dicatas a lege thori in iure ,phiberi cõperimus, nõ est decretũ solius põtificis. Sed hac de re statutũ est in.5. Carthaginẽsi cõcilio,in cõcilio Toletano.4.i cõcilio Martini,i cõcilio Triburiẽsi

Gangrẽse cõciliũ

Matthæus

Carthaginẽsi.
Toletanum
Martini
Triburiense

in cōcilio Aureliēn͂,in cōcilio Chalcedonen͂,in synodo Anchiritana. Et tu nō legisti quę de uelādis uirginib9 ecclię primitiuæ doctores tradidere nobis,maxime Tertullianus,qui pulcherrimū super hac re edidit librum. Et q̄ pontifices sanctiq; patres statuerunt hoc, & ecclesiæ doctoribus mirū imodum placuit. Proculdubio nouerunt illi pontifices quid August. in lib. de bono coniugali scripserit,nouerunt, & q̄ dure repræhendantur hi, qui matrimonio detrahunt, ut est in libro de sancta uirginitate.c.17. Et multi sunt textus in decreto ex iam dictis Augustini libris desumpti, qui profecto multis preconiis coniugia laudant. Qd' si quidam prohibētur a sacris suscipiendis ordinibus,hoc fit ne priora uota sint cassa. & aut ne bigamus contra uerbum apostoli ministret ad aras. Vtcūq; tamen pulchrum est digito mōstrare & dicier,hic est. Nunq̄ id in iure scriptū inuenies? quare te hāc rem effinxisse dico. Proponis dein misero popellopapam suas leges facere euangelio pares. Memini scripsisse Gregoriū.c.erit aūt.15.dist. Sicut sancti euāgelii quatuor libros,sic quatuor concilia suscipere/& uenerari me fateor. Loquitur autem de Niceno/Constātinopolitano/Ephesino & Chalcedonēsi cōciliis. Hoc Gregorii dictum non tam horrendum esse existimo, quemadmodum & tu tibi persuades. Fuere in his patrum conuentibus uiri optimi totius fidei lucernæ, quibus diuus Gregorius ex pietate nō paruam tribuit auctoritatem. Sed qd' asseris per omnia papā suas leges euangelio pares facere, certū non habeo,nec inuenio q̄ ullibi fecerit,aut statuerit quicq̄ euangelio contrariū. Tamen siquid statuit,quod euāgelicæ traditioni non cōtraluctabat,dic qui tam nasutus es,ubi prohibeat illi Christus. q̄ si itidem ecclesia fecit,calumniari nō potes,neq; debebis. Qd' nos dicimus,ex euāgelio habem9. Qd' tu prohibes,super harenam ædificatū est. Sed hoc in alio loco cōmodius. Hic proponis qd' inueniri non potest, q̄ si iterū digito certum locum monstraueris,qd' Persio teste sat pulchrum fuerit ēt respondere non grauabimur. Sed adhuc duo supersunt articuli, quos in unū redigam, & maxime circa sacræ scripturæ auctoritatē & interpretationem. Nunq̄ inuenies ex Romano pontifice quenq̄ illis contradixisse,quę diuus Aure. August. toto libro de christiana doctrina post se scripta reliqt. Et tu uelis nolis fateri cogeris q̄ pontifices Hieronymi & reliquoꝝ patrū scripta sic exosculant,ut apd' hos grādē iniuriā is fecerit,q̄ cōtra nitat. Testat hoc Gelasi9 papa,

Aurel. cōcilia Chalcedonen͂. Anchiritanum
August.
Persius
nota iiij concilia
Ad posteriores duos articulos
Augustinus
Gelasius

testantur & alii. Et unde fieri putas q̄ euangeliū Thadei/Thomæ Barnabæ/Bartholomei/Andreę/Nicodemi,& alii quāplurimi libri pro apocriphis habeantur. Nunquid non sancti patres & maxime Romani pontifices iusto iudicio non receperunt? Diu Rom. fides apostolo prædicante laudata est. Nec ueritus est dicere Cyprianus ac ingenue profiteri,q̄ ad Romanos perfidia non possit habere accessum. Quid q̄ teste eodē Cypria. Romana ecclesia ecclesiæ catholicę matrix/ac radix dici meretur? Et Hiero. hāc domum esse dicit. Quicunq̄ extra eam agnum comederit, prophanus sit. imo si quis in hac arca non fuerit,peribit,regnante diluuio. Et idem Hieron. inquit. Siquis cathedræ Petri iūgitur,meus est. Sed in te nō parū miror,q̄ in prælusoria assertione tuorum articulorum sanctis patribus tam parum tribuis. & q̄ solo tuo sensu credis interp̄tari posse scripturam. Si nihil obscuri,nihil ambigui diuina scriptura habet, cur Origenes,cur Cyprianus in tot errores labuntur? Cur tot hæreses pullularunt & exortę sunt? Cur oriens & occidens propter unū & alterum uerbum a sese recesserunt? Cur tanta dissensio patrum super Arriana hæresi,propter quam etiam eiecti sunt episcopi non pauci? Si clara erant omnia,quid toties celebrata concilia? Si cuilibet licuerit suo sensu iudicare,nihil erit,q̄d Nicena synodus hæresim damnauit Arrianam. Reuocabitur Eunomii Macedonii error in Constantinopolitano concilio damnatus. Reuiuiscet impietas Nestorii, Ephesi damnata, & Euthithetis/& Dioscori prauitas, in Chalcedonensi cōcilio detecta, iterum totū turbabit orbem. Comburemus opera Tertulliani/Hirenei/ac aliorum,qui de hæresibus disseruere non pauca. Sed non sic impii,non sic. Id inconcusse seruemus,quod est apud August. 15. de ciui. dei. c. 23. q̄ scripturas has seruemus tanq̄ canonicas,quas nobis sancti patres dederūt, quę & ad nos certissima & notissima successione uenerunt. Sicuti discipulis euntibus in Emaus dominus oculos aperuit,ut intelligerēt scripturas, Ita proculdubio sanctissimi patres hanc a domino gratiam meruerunt,ut potuerint intelligere scripturam. Alioquin si a mille & pluribus annis ecclesia errasset,ubi stabit, Spiritus sanctus docebit uos,& suggeret omnia. Et iterum. Vobiscum sum usq̄ ad consumationem sæculi. Et quanq̄ id uerum sit,q̄d ex apostolo citas,si alii reuelatum fuerit,prior taceat. & fieri posse,ut puer aliquis reuelationem habeat, quam alius perfectæ ætatis non mereatur. Vnde

Ad hoc est textus Gelasii in decretis .c. sicta Romana
Cyprianus
Hieron.

Psal.
August.

Christus laudis confessione dicit. Confiteor tibi domine pater coeli & terrae, quoniam abscondisti haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Scio & moris esse sapientum, ut dictis aliquando minorum auscultent. Vnde audiuit Moses socerum multo inferiorem, & sublimior & sapientior redditus est. Sed nunq̃ ego crediderim ueram scripturę reuelationem totidem sanctis patribus esse negatam, imo reuelante spiritu sancto, hunc thesaurum in agro absconditũ dudũ effoderint. Scis quid Salomon dixerit. Ne inniteris tuae prudẽtiae. Innititur autem suae prudentiae, qui ea quae sibi agenda uel dicẽda uidentur, patrum decretis proponit. Et iteq;. Ne sis sapiens apud te ipsum. Est autem sapiens in semetipso, iteq; declarãte Hieronymo qui in illis, quae ex patrum magisterio potuit recte cognoscere sese prae caeteris quasi doctior extollit. Et Esaiae. 5. dicit. Ve qui sapiẽtes estis in oculis uestris, & corã uobismet ipsis prudẽtes. Paulus quoq; ad Galat. 6. Siquis existimat se esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Et ad Corinth. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Malo ergo millenariis assẽtire auctorib9, q̃ doctrinis uariis & peregrinis abduci. Et supra ostendi non facile discrepandũ a concilio ac consensu patrum. Id me pulchre docet Hiero. Paulinae scribens, postq̃ sacrę scripturae libros commemorauit, humiliter ait, Non sum tam petulans & hebes, ut hoc me nosse pollicear, & coq; fructus capere, quorum radices in coelo sunt. Sed uelle fateor sedenti me proferor magistrum renuẽs, comitem spondeo. Sed & antea citaui illud Socraticum. Hoc unum scio, q nescio hũc Hieronymum ac reliquos patres ita scripturas fuisse scrutatos credo, ut ante multos annos in cellam uinariam secretioris intelligentiae, imo intra interius atriũ ac sancta sanctoq; ingredi meruerint. Hos doctrinam sanctam locutos, ac docuisse firmissime credã. Sed q tu noua dogmata tradis, quibus multos prurientes auribus aucuparis, non est quo mouear. Nempe ut Hiero. aduersus Lucifer. habet. Simplices animae facile decipiuntur. Addo q uulgi iudicium seditiosum & promiscuũ est. Vnde idem Hierony. ad Nepotianum scribit. Caue ne hominum rumusculos aucuperis, ne offensam dei populoq; laude cõuoces. Si adhuc (inquit apostolus) hominibus placerem, Christi seruus non essem. Desiit placere hominibus, & seruus factus est Christi. Et idẽ in eadem epistola nihil tam facile q̃ uilem plebeculam, & indoctũ quenq; linguae uolubilitate decipere, qui quicquid non intelligit,

Propriae prudẽtiae non esse cõfidẽdũ

Hiero. puerb. iii. Salomon

Esaię. v.

Paulus ad Galatas

Ad Titum. ii.

Hieronymus

Socrates

Hieron.

Paulus

Cicero plus miratur. M. Tullius in oratione pro Quinto Gallo de fauore
uulgi pulcherrima tradit, quæ breuitatis causa omitto. Sed ad hoc
Naum fac congrue illud Naum aptari potest, Congregare ut brucus, mul-
tiplicare ut locusta, plures fecisti negotiationes tuas, q̃ stellæ sint
Vulgi gloria cui similis cœli. brucus expãsus est, & euolauit. custodes tui quasi locustę locu
stæ q̃ cõsidũt in sepibus in die frigoris, sol ortus est, & auolauerũt,
Hieremiæ. xxvi. & nõ est cognitus locus eaꝝ ubi fuerint. Et recte ad hoc Hieremiæ
uerba dicũtur. Dixerunt enim principes & omnis populus ad sa-
cerdotes & prophetas. Non est uiro huic iudicium mortis, quia in
Hieronymus nomine dñi dei nostri locutus est ad nos. Hierony. ait. Cito uulgus
indoctum accepta ratione mutat sententiam. Et alibi. Populi fauor
stultus est iudex. Proin Hieronymus populi multitudinem bruco
cõparat, qui totus est deditus terræ, sententiæ leuitate huc atq; illuc
discurrit, & ad sublimiora auolare non potest. Meminit & mixticii
attelabi. Et re uera bruchi atq; mixticii pulchra est cõparatio. Mix-
Mixticii qui sint ticios eos esse credit, qui uidenẽ sibi iuxta opinionem suam aliqua
sequi dogmata ueritatis, & in eo meliores esse brucho, q; bruchus
nihil aliud faciat nisi semper in terra sit, & absq; alis cibo & uento
seruiat. Attelabus autem saltem medicas assumit alas. & quem in
altum uolare non possit, tamen de terra exilire nitatur, & tandem
perueniens in locustã, uolitat quidẽ. sed non est perpetuus uolatus
eius. deficientibus enim pẽniculis, & contractis frigore, etiã locusta
considet. & considet non in frugifera arbore, sed in sepe, sentibus
uirgultis contexta, imo in macerie fortuitu hinc inde lapide com-
posita. Vide ne tu bruchorum & mixticiorũ olim primus auctor
esse dicaris. Ego itaq; singillatim obiter tuis respondere calumniis
uolui. Breuius id facere forte potuissem, tamen id non admittebat
tuoꝝ stropha uerboꝝ. Vtcũq; tamen nisi sim quouis cæco cæcior.
Hæc est summa totius tuę tragœdiæ, ut pontificem non tãtũ e sede
deiicias, sed & iugules & sacerdotes ipsos dei ministros, nõ tantum
Phalaris in æneũ bouem mugientem uelut alter Phalaris reiicias, sed ut la-
nientur, & miserrime trucidentur, ac cõfodiãtur. Et miror sub quo
præceptore hoc ipse didiceris, qui pontificem Romanum appelles
Antichristum, Iudam quẽdam tyrannum, Luciferum, ac ipsissimũ
Sathanam toties uoces. Non te hoc Christus docuit. Nec est hæc
quidem Paulina modestia. Non legisti quod scriptum est leui. 20.
Leui de sacerdote etiam minori, ubi nos habemus. Sit ergo sanctus, quia

ego sanctus sum, habetur קדוש יהיה לך כי קדוש אני יהוה sanctus sit tibi, hoc est, hunc pro sancto uenerare. Id Iudaei ita obseruant, ut apud mensam sacerdos primus sedeat, superiorem locū obtineat, & in summa cæteros omnes præcedat. Tu uero nobis sacerdotem in infimum & sordidissimū locum, quasi in latrinam aliquam reiicis atq; retrudis. Sed & hanc tuam horreo sententiam, qua omnes epos omnes presbyteros idololatras uocas. Si nos hæreticos dixisses, mãsissemus forsan in fide, aut aberrãtes facile cum prodigo filio reuerteremur. Sed q nos idolorū cultores tam libere proclamas, hoc est quo merito dolemus. Possemus hic multa cōtra te in mediū afferre, sed Galileus es, & loquela tua te manifestum facit. Quale uas es, tale sonum pbes. Vt non corruat qd' sapiẽs ille grauis ait. Homines & uasa pari modo probantur. At ne scurrarũ aut blatteronū officia agere, ac tuam immodestiam imitari uideamur, missa facio. Velim tamen interea consideres q pontificibus & sacerdotibus nō solum apud christianos, sed etiam tam apud Gentiles q̃ apud Iudæos, tã ingens honor & tanta reuerẽtia fuerit exhibita. Siquidẽ in Meroe, uti Strabo lib. 17. testatur, olim primum ordinem sacerdotes obtinebant. qui tantam auctoritatem etiam habebant, ut nōnunquam misso nuncio, mortem regi imperarent, & pro eo alium faciebant. Quin & idem Strabo memoriæ prodidit, q regem Ponticorũ tẽpore diebus festis, qui Dianæ sacri erant, sacerdos Comanorum diadema regium gestarit, & sed'm regem honori sit habitus. Comena autem urbs imperio eius suberat cum sacris seruis, qui & Hierodoli dicebantur, imo non pauciores sex millibus, in quos omnimodam potestatem habebat, præterquam uendendi. Vides, ut sæpe probaui, apud Gentiles pontificum ac sacerdotum genus in magna ueneratione fuisse. Et cur tu sacerdotiū hoc sacrosanctū uellicas, inuisum reddis, deiicis, & aspernaris? Nunquid non dn̄s ac Paulus pontifices in honore habuerunt? An tu maior es Paulo, qui pontificem etiam iniuriantem honorauit mirifice? Caue caue ergo sic ordinare pontifices/ac sacerdotes, ut quilibet prophanus sacrū dn̄i cōtrectet. Sed in libro meo de sacris temere nō inuulgãdis in breui intelliges quam indigne & hanc rem perpetraris, atq; docueris. Sic itaq; minutula hæc, ut semel finiã contra tua afferre placuit, non q aliquid me effecisse credam. Minima sunt etenim/& elementaria, quæ in aduersum dixi. Sed ut haberes quendam scarabeum, qui hanc in-

Strabo

Strabo lib. xii.

Hierodoli

iuriam quã impudẽti calamo iuri pontificio impingis, uindicaret. Redeo unde digressus sum in libello tuo, in quo non modo cathedram Petri, imo & Romanũ pontificem insequeris. Ita subinfers

LVTHERVS



Ecundus est. Leo quartus dist. 20. c. de libellis dicens. Quam ob causam luculentius & magna uoce pronunciare non timeo, quia qui illa, quæ diximus sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, siue sit epũs, siue clericus, siue laicus, non indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam/nec apostolicam fidem/nec quatuor euangelia, ut licet, & efficaciter ad effectum suum retinere, uel credere probat. Vere nimis nihil times mi Leo, pnunciare audẽs humana statuta euãgeliis æquare. & audacter satis affirmas, iis nõ seruatis, nec fidem catholicam seruari, si de contemptoribus iis, qui sub te sunt, diceres, recte diceres. nunc contra quod mores & fidem traditiones, cum euangelio, uerbum hominum, cum uerbo dei confundis. Nonne homo es? Quis ferat, ut euangelium & fidẽ seruare non putet, qui sub statutis illis nõ fuerit? Tu cũ tuis serua statuta & canones. Illis, q sunt in oriẽte, alia sunt statuta, sed idẽ euãgeliũ.

FABER



Ad Galatas. i.

Emo unquã dubitauit euangelium non esse quibusuis scripturis præferendum. Vnde ad Gala. 1. Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis aliud, præterq̃ quod euãgelizamus uobis, anathema sit, de quo. 1. Pe. 1. uere dicit, Verbum dñi manet in æternum. & alibi. Cœlum & terra trãsibunt, uerba autem mea non præteribũt. Ab hoc euangelio cum Augustino lib. 3. contra Academicos. c. 20. dico non licet discedere nobis. Non enim auctoritas reperit ualentior. imo lex ipsa ad comparationem euangelicę puritatis imunditia nominat. Qđ pulchre nobis ostendit Hieron. in Esaiæ. c. 64. Et, ut Hirenei uerbis utar,

Hireneus

in. 3. lib. c. 8. Sicut quatuor sunt regiones mundi, in quo sumus, ita quatuor principales spiritus. & deseminata est ecclesia super omnẽ terram. Columna autem & firmamentum ecclesię est euangelium.

ſpiritus uitæ conſequens eſt quatuor habere iam columnas undiq;
ſtantes incorruptibilitatem,& uiuificãtes homines. hæc Hireneus.
Et euangelii tanta maieſtas eſt,Hierony. teſte in Ezech. c. i. ꝙ in eo Hierony.
nihil eſt,qđ non luceat,& ſplẽdore ſuo illuminet,ut etiã quæ parua
putant & uilia,ſpiritus ſancti fulgeant maieſtate. Sed quid pecca-
ret eccleſia,ſi quædã decreta ſtatueret perinde ut euangelia ſeruari?
Scis quid ſcriptum ſit ad Galat. i. Notum facio fratres euangeliũ, Ad Galatas.i.
quod euangelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem.
neq; enim ego ab homine accepi illud,neq; didici,ſed per reuelatio-
nem Ieſu Chriſti. Nunquid non ibi Hieronymũ uidiſti loquẽtem Hieronymus
eos eſſe deos,qui tradunt dei euangeliũ, & non hominis,& qui lo-
quuntur ex ſpiritu ſancto? Qđ ſi patres in ſpiritu ſancto cõgregati
quædã ſtatuerunt,ſeruanda perpetuo crederem. dicerem quoq; eos
nõ ab homine,ſed reuelatiõe ſpiritus ſancti ſtatuiſſe. & qui temere
contraluctaret, is nec catholicam fidem,nec ſancta quatuor euan-
gelia credere probaretur. Qđ enim ſtatuiſſent,ex eo qđ dicitur. Si
duo aut tres fuerint in nomine meo congregati,ego in medio illorũ
ero. ex ſpirituſancto ſtatuiſſe credendũ eſt. Et non eſſet hoc ſtatutũ
ipſorum patrum duntaxat,ſed & dei. Sic Paulus ſuum alibi dicit
euangelium. Sed idem alias appellat euangelium dei & euangeliũ
Ieſu Chriſti dei uelut auctoris Chriſti. ꝙ is primus prædicauerit
auctor & ipſe. Pauli uero qui muneris huius functionem a Chriſto
delegatam ſuſceperit. Quẽadmodum idem & cæteris apoſtolis præ
dicandi/baptizandiq; uices mãdauit,ut irent in orbem uniuerſum
& prædicarent euangelium omni creaturæ,baptizantes in nomine
patris & filii & ſpiritus ſancti,&c. Qđ ſi quodã rancore permotus
hic Leonem quartum perinde ut Leonem primum humana paſſũ
aſſeueraueris,audi quo tendam. Credis hic abſq; diſcrimine & ſine
iudicio Leonem eſſe locutũ? Tuam doctrinã ſecutus,antecedentia
atq; ſequentia uidere oportet. Sed præcedũt illa. De libellis,inquit
Leo & cõmẽtariis alior; non conuenit aliquos iudicare, & ſanctorũ
conciliorũ canones relinquere,uel decretalium regulas,quę habent
apud nos, ſimul cum canonibus,quibus in omnibus eccleſiaſticis
utimur iudiciis. i. apoſtolor; Nicenorum/Anchiritanor;/Neocæſa-
rienſium/Gangrenſium/Sardicenſium/Africanenſium/ Carthagi-
nenſium,& cum illis regulæ pręſulum Romanor; Siluestri/Ciricii
Innocentii/Zoſimi/Cœleſtini/Leonis/Hilarii/Hormiſdæ/ & Gre-

gorii iunioris. Isti omnino sunt & per quos episcopi simul & clerici iudicant. Nanq; si tale emerserit/uel cõtigerit inusitatum negotiũ, qđ minime possit per istos finiri, tũc illoꝝ quoꝝ meministis, dicta Hieron. Augu. Isydo. uel cęteroꝝ similiter sanctoꝝ doctoꝝ similiũ scripta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda, uel ad apostolicam sedem referatur. De talibus hęc uerba prius ponere debebas, & dedisset forte dominus spiritũ sapientiæ & intellectus. Sed quid hic Leonem quartũ accusas, Platinam consule, & Leonẽ hunc fuisse uirum inuenies probum/doctum/& sanctum, qui etiã miraculis claruit. Is quas scripturas, quæ decreta, quos canones iusserit imitari, tota non manca illius textus series expressit. & nõ tam finis spectandus q̃ caput. Nec reiiciendum puto, si quod in euangelio non tam clare deprehenditur, imo in dubiũ uersum fuerit, ac in cõciliis decisum, aut a sacris doctoribus definitum, citetur. Hoc Hieronymum de Nicena synodo, Ioannem Damascenũ de synodo Chalcedonensi ac reliquos doctores de reliquis conciliis fecisse notissimum est. Addo cõmunem obseruationem ecclesiæ, ac cõmunẽ theologoꝝ scholam, quæ sacrorum concilioꝝ canones, ac quorũdã patrum scripta inconcusse seruare solent. Addo, qđ dicit August. Euangelium non crederem, nisi &c.

Platina

Hierony.
Damascenus

LVTHERVS

Tertius dist. 21. c. Clero. Quod capitulum ego nunquam credo ab aliquo Romano pontifice constitutum. Sed uidetur Isydori cõmentum esse, qui metropolim mensuram ciuitatis, & accolitum ceroforariũ, aliasq; gradus egregia inscitia describit, & inuenit tamen auctoritatem. Pontifex inquit, princeps sacerdotum est, uel esse dicitur, quia uia sequentiũ. Ipse enim summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes/& leuitas, ipse ordines ecclesiasticos disponit. ipse qđ unusquisq; facere debet, disponit. Antea aũt pontifices & reges erant. Nam maiorum hæc consuetudo fuit, ut rex esset sacerdos & pontifex, unde & pontifices Romani imperatores appellantur.


Vnc textũ Isidori esse nõ nego,non illius Isidori,cuius toties meminit Hiero. ad Pamachiũ scribens aduersus errores Ioãnis Hierosolymitani,sed illius Isidori forsan est textus,quem Hispalensem episcopũ fuisse legimus, qui & de summo bono librum quoq; etymologiarum scripsisse perhibetur. Textus ille,quem citas,ponit in lib.7.etymolo.c.12. Scio & errorem boni illius uiri,quem in uerbo Metropolis, & in uerbo Accolitus,reliquis quoq; cõmisit. Sed nunquid non apud Maronẽ legisti. Dicite Pierides,nõ omnia possumus omnes. & apud Hora. Nihil est ex omni parte beatum. Fac misericordiam cum proximo tuo,ne iuxta parabolam euangelicam in carcerem te mittat is, qui tecũ misericordiam fecit. In quattuor annis quoties tuam mutasti sententiam? Cur contraria toties dixisti? Et iam plusq̃ in trecentis ego,qui sum infimæ notæ,& qui humi serpo,a te dissentire cogor. Ego inq̃ qui me spectaculum & tibi ac tuis momis,prædicẽte mihi spiritu,futurum uideo, q̃ si tu magister in Israel ac theodidactus primarius toties errasse depræhenderis,non mirũ fuerit, si Isidorus errarit. Quare ad mãticam Persii seu potius ad festucam euangelii remittendus es. Sed ad pontifices uenio. Scis eos,ut T. Liuius habet in .10. a Numa Pompilio primo creatos. Creauit enim is Martium Martii filium,& dicti fuere pontifices, teste Plutarcho, quoniam deos colunt potentiæ illorum ac omnium dominos. Alii uero inquiunt nomẽ effictũ esse ad potẽtum profligationem, tanq̃ iubente legum latore,sacerdotes obire potentia sacra. Si uero quid maioris impedimenti fuerit,crimini ille haud opponẽte. Alii uero plurimi,qđ in hominibus rideri solet, maxime autumant,atq; cõfirmant, ut nihil aliud pontifices q̃ a pontibus faciundis esse uocitatos.aut,ut placuit.Q.Mutio Sceuolę,a posse & facere. Varro uero a ponte & facio potius appellatos putat, eo q̃ ab iis primum pons Sublitius factus,& sępe restitutus esse perhibetur. Et ut Fenestellę de Ro. magistratibus uerbis utar,fuerunt ab initio quatuor pont. Postq̃ uero Maximorũ quorũcũq; hominũ partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit, ad sacerdotia quoq; sacra,sanctosq; penates patere sibi aditũ uoluit.quatuor alios ex plebe pontifices creari placuit.M. Valerio &.Q. Apuleio coss. Omnib9 unus p̃fectus fuerat

Hierony. | Virgilius | Horatius | T. Liuius | Plutarchus | Vnde sũmi sacerdotes põtifices sint appellati | Varro | Fenestella | M. Valerius | Q. Apuleius

a Numa Pompilio isq; pontifex maximus appellabat. Qd' si apud Romanos gẽtiles is pontifex max. dicebat, cur in sancto sacerdotio põtificem hunc maximũ dici/uocariq; nõ ꝑmittis? cũ tñ sit sup̃mus & summus ecclesiæ pastor. Nunquid nõ & Aaron in uet. lege pontifex dictus est, & maximus, atq; supremus. Et Iudei sacerdotẽ suũ כהן גדול magnum sacerdotem uocãt. Et tu licet hunc pontificem Satanam/Antichristũq; uoces, Iudæi tamen maiori hunc dignant appellare uocabulo. Vocant enim hũc אפיפיור, hoc est Papã. Sed forsan hoc tibi displicet, qd Isidorus habet, Pontifices ẽt dictos esse reges. et ꝙ pontifices Romani dicti fuerũt imperatores. Nunquid non Numa Pompilius rex erat? quem aiũt unũ & primũ ex pontificibus extitisse, teste Plutarcho. & Cæsarem pontificatũ petentem eodẽ Plutarcho auctore, cũ mater ad fores lacrimis prosequeretur, eam cõplexatus, dixisse fert. Mater hodie aut põtificem/aut exulẽ tuũ uidebis filiũ. Et apud Maro. 3. Aene. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos, dicit. Vbi Seruius scribit apud maiores regẽ/& sacerdotẽ/& pontificẽ fuisse. sicq; hodie imꝑatores põtifices dicimus. In ueteri quoq; lege de Ramathann legit, & interpretatur duo excelsa. & hæc duo excelsa duę intelliguntur tribus, regalis uidelicet/& sacerdotalis. Et olim Melchisedech, quẽ Hiero. aduersus Iouin. Sadoch uocat, rex fuit Salem, fuitq; sacerdos, & in similitudinem eius Christum & regẽ & põtificem dicere solemus, qui & uere sacerdos est magnus, ut ꝓbat Hier. in Zach. c. 3. Quum sup̃mus sit pastor, ut habet Orig. imo, ut est apud Paulũ, Christus assistens pontifex &c. Et habemus pontificẽ, qui possit cõpati infirmitatibus hominũ. Non igit qd' Isidorus scribit tã licẽter ex canonibus, quos tu, cũ tibi sit λοιδόρον στῶμα, canes uocas, delẽdũ erat.

Liuius in .x. libro primæ decados

Plutarchus

Maro

Seruius

Hieron.

Orig.

LVTHERVS



Vnc diuinatorem contemptũ pteriissem cũ erroribus suis, nisi uiderem hinc sumi hodie a nõnullis, ꝙ papam imperatorẽ maximũ pontificẽ iactãt. Ideo nõ inter canones, sed inter canes hũc deputo. Et ne id sine iudicio faciã, opponã ei cõtraria decreta, quæ simul sentẽtiã nr̃am iuuabũt. Dicitur enim dist. 99. c. primo. Primę sedis episcopus non appellet princeps sacerdotum, uel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi,

sed tantum primæ sedis episcopus.& sequitur. Vniuersalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur.

Hic ego in iudicium uoco ipsos canones & canonistas. Doceãt me quæso,quid hic dicam. Iste canon probatus est. Sed uide quanto maiora crimina cõmittant in summum pontificem,quam ego unq̃ ausus essem cogitare. Primo non solum frigidos asserit,sed & negat/& prohibet,ac damnat eos canones & canonistas, quia Ro. pontificem principem /caput/summum/maximumq; appellant. Deinde primatum ei auferens,penitus cũ reliquis primarum sediũ episcopis/& patriarchis æquat. Vbi sunt ergo,qui me noua posuisse garriũt? quia frigidissima decreta dixi superiora.& credo modo inique. Nam hic canon concilii Aphricani eo plus illis præferendus est,quo longius ab ambitione recedat, & euãgelicam modestiã sapit.Qui ergo me hæreticum accusant, obsecro parcãt saltem huic canoni,si mihi nolunt parcere. Ego omnia admisi quæcunq; Romano pontifici hodie tribuuntur. rem non nego.facto non contradico.sed de iure eius disputo & sentio,q̃ non iure diuino sed decretis hominum talia tribuãtur. Quid amplius faciendum mihi est? Et non solum debeo factum confiteri, sed etiam mendaciis & corruptionibus scripturæ idem stabilire? absit. Igitur damnet quantum uolũt. hic habeo canonem,qui damnat Romanum pontificẽ uniuersalem pontificem uocari. Quod ego tamen nunquam damnaui. Sed addamus plura.

FABER

CRedis hic te uelut alterũ Herculem / Anteum uicisse, nec in posterum Romanum pontificem summũ principem/caput maximũ appellari posse. Sed mi Luthere legisti ne unquã Erasmi nostri dedicatoriam epistolam noui testamenti ad Leonem. eius uerba sunt hæc. Leoni decimo pontifici omnibus modis summo, Erasmus Roterodamus theologorum infimus. hæc salutationis uerba sunt. Cæterum sic exorditur. Inter tot egregia decora Leo decime pontifex maxime. Credis hic Erasmum errasse? Sed quid si ex ore tuo proprio te iudicarem? Nunquid non resolutiones tuas Leoni decimo dedicasti? Hunc ita salutas.Beatissimo patri Leoni decimo pontifici maximo Erasmus

Lutherus

Frater Martinus Lutherus Augustinianus æternã salutem. Cęterũ in eadem epistola tu Romanum pontificem beatissimum ac summum plus semel uocas. Qđ si tu, qui agis Aristarchũ sæculi nostri tãtis nominibus pontificem appellas, cur hoc tu inquio culpandus es, tam uehementer explodis. Qđ si forsan hanc mutationẽ dixeris dextrę excelsi, te forsan quoq; pœnituisse clames. respondeo. An nõ a multis sęculis ad pontificẽ is scribẽdi modus fuerit? sæpe oñdimus atq; probauimus Petrum uocari principem & caput apostolorum. Immo Gregorius ille Magnus Petrum in canticis ac in pastorali uocat summum pastorem. Qđ si hoc Petro conueniebat & cæteris illius successoribus, ergo reliquis episcopis forte cõuenire poterit, & hoc Petrus post se partim reliqt. Nam in uita Petri Platina scribit Petrum Clemẽtem epũm consecrasse, eiq; cathedram & ecclesiã dei cõmendasse his uerbis. Eandem ego tibi potestatem ligandi & soluẽdi trado, quã mihi Christus reliquit. Et sicut Petrus summus fuit apostolorũ, ita & Romanum pontificem summum dicere possumus. quanq̃ Hieronymus in pfatione quatuor euange. scribens Damasum summum sacerdotem, non summum pontificem uocet. Et aduersus Lucifer. dum de episcopis loquit̃, ita subinfert. Ecclesię salus in summi sacerdotis dignitate pendet. Et quanq̃ Erasmus in scholiis eplę ad Innocentium sępius dicta notarit pontificem apud ueteres non appellari summum sed Romanum, tamen non dedignatur idẽ Romanũ summum uocare in annotationibus .2. eplæ ad Cor. imo ad Leonem scribit, ut audis, modis omnibus summo. Et sic Leui. 21. Pontifex dicit̃ magnus. Cur uero maximus uocet̃, supra docuimus. Sed q̃ beatissimus dicitur, nõ est nouũ uocabulũ. Sic enim scribit Hierony. ad Damasum, August. ad Bonifacium. Et Erasmus in institutione principis christiani mirum in modum probat morem, quo Romanũ pontificem sanctissimi titulo honorant. Dum enim hoc audit, assidue cõmonetur quid ab illo p̃stari oporteat, & quid in illo sit pulcherrimum, non si ditissimus sit, aut latissime imperet, sed si sanctimonia præcellat. Et Galliarum episcopi Rauennius/Rusticus/Venerius/ac alii sic scribunt, Domino uere sancto merito in Christo beatissimo/& apostolico honore uenerando papæ Leoni. & sequitur. Perlata ad nos epistola beatitudinis uestræ, quã ad orientem pro catholica fidei assertione misistis &c. Et Aegyptiorũ episcopi ita scripserunt, Domino sancto

Gregorius

Platina

Hieronymus

Erasmus

Papa beatissimus dicit non abs re

Erasmus

Epi Galliarum

Epi Aegyptiorũ

& apostolici culminis uenerando Marco sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis atq; uniuersalis ecclesiæ papæ, Athanasius & uniuersi Aegyptiorum episcopi &c. Scripta sunt hæc circiter annũ domini .356. Et Orientales episcopi sic scribunt ad Iulium papam, Dño beatissimo & honorabili patri Iulio apostolicę sedis uenerabili epo, Eusebius/Theoginus/Theodorus/& Berinthus una cum reliquis fratribus & coepiscopis nostris in Antiochia cõstitutis. Et sic Athanasius cum suis episcopis iterum scribit, Domino beatissimo & honorabili sancto patri Liberio papæ, Athanasius & uniuersi Aegyptiorum episcopi in unum synodice apud Alexandriam congregati. Et iterum. Domino ter beatissimo & honorabili sancto patri Felici sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ papæ, uniuersi Aegyptiorum Thebaidum/& Libyorum episcopi in sancta Alexandrina synodo congregati. Sed & Hilarius in .6. de trinitate sic ait. Tu ipse beatissime papa media in ecclesia & in cõsessu frequenter eos, qui talia introducunt, tenuisti. Et iterum idem Hilarius libro de synodis. Dominis & beatissimis fratribus & episcopis prouinciæ Germanię primæ/Germaniæ secundæ, & primæ Belgicæ/& Belgicæ secundæ, & Lugdunensi primæ/Lugdunensi secundæ, & prouinciæ Aquitaniæ, & prouinciæ Nouæ Populanæ, & ex Narbonensi plebibus & clericis Tolossanis/& Britãniarũ episcopis, Hilarius seruus Christi in deo & dño nostro salutẽ. Et synodus habita in ciuitate Arelato temporibus Constantini imperatoris, eo tẽpore quo etiam Nicenũ concilium habitum est, sic ad Siluestrum sese insinuat, Domino & sanctissimo Siluestro episcopo, cætus episcoporũ, qui adunati fuerãt in oppido Arelateñ. quid decreuerimus cõmuni concilio, charitati tuę significamus, ut omnes sciant, quid futurum obseruare debeãt. Et apud Augustinum in epistola liminari super diuersis quæstionibus ad Simplicianum, Domino beatissimo inenarrabiliter syncerissima charitate amplectendo patri Simpliciano, Augustinus in domino salutem. Sed quis erat Simplicianus? certe, eodem Augu. teste, fuit ecclesiæ Mediolanensis antistes, qui beatissimo successit Ambrosio. Et hunc Augustinus beatissimum uocat. Vides itaq; ex iis omnibus beatissimus/sanctissimus & alia id genus epitheta nõ esse unius anni, imo nec unius sæculi. Vixerũt etenim Marcus Iulius/Liberius/ac Felix secundus lõge ante annũ ab orbe redẽpto quadringentesimũ. Et in antiquissimo libello gręco inueni quõ

Orientales epi

Hilarius

Synod. Arelateñ

Augustinus

ueteres illi Græci scripserint ad papam Romanum / patriarchas archiepiscopos / & episcopos. Et inueni archiepiscopum Constantinopolitanum in usu habuisse, ut patriarchę scripserit, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ. & alii patriarchæ scripserint illi, παναγιώτατε. Metropolitæ, τῷ πανιερωτάτῳ καὶ τῷ τιμιωτάτῳ. Et e græco in latinum ad Alexandriæ patriarcham ita suprascriptio sonat, Sanctissimo domino papæ & patriarchæ Alexandriæ / & totius Aegypti Penthapolis / Libyæ / & Aethiopiæ patri semper desideratissimo καὶ συλλειτουργῷ i. comministro. Ad Antiochię patriarcham ita scribebat, Sanctissimo domino patriarchæ magnæ Antiochiæ / & Orientis. Et ad Hierosolymorum patriarcham, Sanctissimo domino nostro patriarchæ Hierosolymorum sanctæ Sion / Syrię / Arabiæ, citra Iordanem Chananeæ / Galilææ / & totius Palestinæ in sancto spiritu desideratissimo / ac comministro. Patriarchæ uero Tornobon sic scriptum est, Sanctissimo patriarchæ Tornoboni / & Vulgariæ in sancto spiritu dilectissimo. Archiepiscopo uero, Beatissimo archiepiscopo primę Archadiæ / & Bulgariæ in sancto spiritu dilectissimo. Patriarchæ uero Constantinopolitano ab aliis scriptum reperio, τῷ παναγιωτάτῳ domino archiepiscopo Constantinopoleos nouæ Romę & uniuersali patriarchæ in spiritu sancto diuinissimo & desideratissimo. Et in libris, quos Kyrphiloteus patriarcha Constantinopolitanus edidit, inscriptio est, Sanctissimi &c. Metropolitæ uero, τῷ πανιερωτάτῳ καὶ τιμιωτάτῳ archiepiscopo omnium sacratissimo sanctissimo / & diuinissimo. Hæc ea propter recensere libuit, ut uideres tu non esse nouum hisce epithetis Romanum decorare pontificem. Quum & alii, quibus potestas longe minor erat, preconiis longe maioribus usi fuerint. Vtinam has terras atque prouincias ab impiis infidelium manibus eripere possemus, & patriarchas hosce nouos antiquorum uestigia imitantes, non minoribus epithetis decorare uellemus, etiam si rumperentur Ilia Codro. Sed quod citas ex Africano concilio prohiberi primę sedis episcopum non appellari debere principem sacerdotum, uel summum sacerdotem, aut aliquod eiusmodi &c. Miror cur hęc Aphricani concilii uerba in Romanum pontificem referas. Potuisses ex glosella uniuerbia uidere, de qua sede loqueretur concilium Aphricanum. & quid habet? primę, inquit, patriarchalis. Et in hac dist. 99. potissimum Gratianus agit, quem gradum primates in ecclesia obtineant, an in aliquo a patriarchis differant, quam obe

Kyrphiloteus Patriarcha Constantinopolitanus

dientiam archiepiscopi eis debeat. Unde post Annitii textum mox sequitur.c.primę.Et hoc pro prima parte prohibet,ne primus princeps sacerdotũ,uel summus sacerdos,aut aliquid huiusmodi dicat. Per id tamen non prohibetur pontifex Romanus dici summus sacerdos.Alioquin in cõcilium Aphricanum Hieron. ac alii q̃plures non parum deliquissent. Sed an uniuersalis dici possit Romanus pontifex,post textum Pelagii uidebimus. Nempe subinfers.

LUTHERUS



Ibidem Pelagius omnibus episcopis scribit in hũc modum. Nullus patriarcharum uniuersitatis uocabulo unq̃ utatur. quia si unus patriarcha uniuersalis dicit, patriarcharum nomen cęteris derogatur.Sed absit hoc a fidelibus,hoc sibi uelle quępiã arripere,unde fratrũ suorũ honorẽ minuere ex quãtulacũq; parte uideat. Quapropter charitas uestra neminem unq̃ etiam in epistolis suis uniuersalem appellet, ne sibi debitum subtrahat,cum alteri honorem infert indebitum. Vides ꝙ honoris fraterni minutio sit,si unus omnibus praeferatur, etiam Romano pontifice auctore.

Ibidẽ.D.Gregorius eulogio patriarchae Alexandrino. Ecce in praefatione epistolę,quã ad me ipsum,quia prohibui,direxistis superbę appellationis uerbum uniuersalem papam me dicens, imprimere curastis.Qd' peto mihi dulcissima sanctitas uestra ultra nõ faciat, quia uobis subtrahitur,qd' alteri,plus q̃ ratio exigit praebetur.Nec honorem esse deputo,in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco.Meus nanq; est honor uniuersalis ecclesiae. meus honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ergo honoratus sum,cũ singulis,quibus debitus honor est,non negat. Si enim uniuersalẽ papam uestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse,quod me fatetur uniuersum.Sed absit hoc.Recedant uerba,quae ueritatem euertũt & charitatem. Obsecro quid hic dicemus? An adhuc pecco, ꝙ frigidissima decreta uocaui aliquorũ Romanorũ pontificum forte cõfictorũ nominum? qui ista secutus debueram appellare uerba ueritatem inflantia,& leuem & uanã faciẽtia,& charitatẽ uulnerãtia. Quid si ego ista dixissem, uidelicet non modo inefficacia,sed etiam inimica ueritati,& contraria charitati.

Iohães Cõstantinopolitanus eius ecomenici in synodo creauit

Pelagius

Hieron.

Hierony.

Gregorius

Hierony.

Hierony.



Ioãnes Cõstantinopolitanus epus œcomenicũ se in synodo creauit

Tunc ueritatem eruemus, quum primam illorũ textuũ causam didicerimus. Hanc autem certissime nobis tradunt historiæ, ꝙ quum tẽporibus Pelagii/atq; Magni Gregorii Ioãnes Cõstãtinopolitanus episcopus, habita Græcorum synodo, seipsum œcomenicum & uniuersalem patriarchã creasset, monuissetq; Gregoriũ Mauritius imperator, ut Ioãni tanq̃ œcomenico obtẽperaret, Respondit homo constantis ingenii, Et fidei potestatem ligandi & soluẽdi Petro traditã, eiusq; successoribus, non episcopis Constantinopolitanis, proinde desineret iram dei in se concitare, dum seditiones studiose nimium in eius ecclesia moueret. Vt igitur sanctus ille uir Constantinopolitani episcopi impudentissimam arrogantiam uincere posset, eadem, quæ citas, scripsisse præsumitur. Qđ si ulli episcopo nomen hoc conuenire potuit, rectissime Petro ac illius successori cõueniebat. οἰκουμενικὸν, œcomenicon. n. ab οἰκουμένη œcomeni græco, quã Hiero. ad Cypria. thebel hebraice, & latine orbem terrarum dicit. Quum ergo totius ecclesiæ, quam & idem Hieron. in Esa. c. 13. pariter œcomeni uocat, curam habeat Ro. põtifex, imo Petro iuxta Chrysost. uerbũ totius orbis terrarum cura cõmendata sit, fueritq; præsul ecclesiæ, certe œcomenicus dici potest episcopus. Nec hoc est contrarium Pelagii/uel Gregorii sententiæ. Nam nõ dicitur œcomenicus episcopus ꝓprie, qualis patriarcha dici uolebat Ioannes ille Constantinopolitanus. Nec parum refert, ꝙ ante Gregorium (ut supra monstratum est) Athanasius ac reliqui Aegyptiorum ẽpi Marcum uniuersalis ecclesię papam appellãt, & se Marcus uniuersalis ecclíæ ẽpm uocauit. Gregorium autem Marcus ille præcessit fere ducẽtis ac quinquaginta annis. Et Gregorius nunq̃ Petrum primũ fuisse pastorem diceret, nisi hoc illi conuenire intellexisset. Cyprianus etiam non grauatur Romanam ecclesiam dicere principalem. Immo ꝙ Romana fides matrix & radix ecclesiæ catholicæ sit, uti supra ostensum est. Addo ꝙ ex Gregorii uerbis titulus ille ampullosus dũtaxat corrigitur. Non enim cõuenit ẽpos esse superbos, ut dominẽtur in cleros, & opprimãt eos, qui sibi subiecti sunt. Nec laudari merentur, si fuerint superciliosi. Reprobat proinde. D. Hieronymus eos episcopos, qui uelut aliqua sublimi specula constituti, uix dignantur uidere mortales,

Hieron.

Hierony.

Cyprianus

Hierony.

Hierony.

& alloqui cōseruos suos. Quare iubet eos discere ab ap̄lo, errantes & insipientes Galatas fratres uocari. Episcopos humiles esse debere tota scriptura diuina testat. Vnde ecclesiastici .3. Quanto maiores, tanto magis te humilia, & in conspectu dn̄i inuenies gratiam. Et Ecclesiastici .32. Ducē te constituerunt: ne eleueris: sed esto inter eos quasi unus ex illis. Et quanquā olim episcopi & presbyteri unum fuerint (quod & pulchre monstrauit Hieronymus) tn̄ alia dignitas episcopi, alia p̄sbyteri, Qd' tamen alibi profusius monstrare statui. Addo q̄ episcopi memores esse debent qd' scribit Hieronymus ad Nepotia. Episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dn̄os. honorent clericos quasi clericos, ut & ipsis a clericis quasi ep̄is honor deferat. Quod si fecerint, Paulum imitantur dicentem. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus. Ad hanc igit humilitatem amplexandam forte Pelagius, ac Gregorius hortant. Alioquin toto coelo errasse dicemus Anastasiū ac alios Aegyptiorū episcopos, imo sacroꝶ concilioꝶ subscriptiones non paucæ inutiles essent, & prorsus euanidæ. Tamen hæc infra paulo profusius eluemus. Sat fuerit hic unam coniecturam dixisse.

Et in Ezechielem .c.xxxiiii.

Ecclesiastici

Hieronymus

.i. Corinth. xv.

LVTHERVS



His adde. Et scias ferme epistolas. B. Gregorii in regestis suis, quibus ad imperatorem Constātinopolitanum & patriarcham eiusdem acerrime idem prosequitur, protestans oblatum fuisse a cōcilio Chalcedoneñ Romano pontifici hunc primatum, attamen a nullo assumptum. Qd' si dixerunt Canonistæ nonnulli esse hęc abrogata, uel consuetudinem desiisse, gratias ago. hoc uolui. Sequitur ergo q̄ non uerbis euangelicis & iure diuino iste primatus sit, sed iure hominum & usu hoc admitto. hoc confiteor. Alioquin si iure diuino staret, nunq̄ debuit nō esse & fuisse, & peccassent mortaliter hic Pelagi9 ac Gregorius, sic cassantes ius diuinum, & euangelium deprauantes. Quādo ergo iura humana sic enim asserunt, ut per uerbum euangelii conetur probare. nonne necesse est ut frigidissime, & inefficacissime, & uiolentissime id faciunt? sicut uidemus in prædictis. & nunc ecce amplius uideamus.

Nicena synodus grauatos ad apostolicã sedẽ appellare iubet

Dicas tu quicquid uelis. In Gangrensi, aut secundum quosdam Nicena synodo ordinatũ est, q; omnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, uel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellant sedem, atq; ad eam quasi ad matrẽ confugiant. Et Iulius papa non secundus sed primus sic scribit ad orientales episcopos. Dudum a sanctis apostolis/successoribusq; eorũ in p̄fatis antiquis statutis decretum fuerat, quæ hactenus sancta & uniuersalis ap̄lica tenet ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec ep̄m damnari. quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatem omnium ecclesiarum esse uoluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata, domino instituente, primas & caput sit cæterarum. Et ad eam quasi ad matrem atq; apicem oĩum maiores ecclesiæ causæ / & iudicia episcoporum recurrant, eiusq; iuxta terminum sumant sententiã. hæc Iulius. Et Bonifacius tertius post Gregorium pontifex Romanus a Phoca imperatore obtinuit, ut sedes beati Petri apostoli, quæ caput est omnium ecclesiar̃, ita & diceretur, & haberet ab omnibus. Quemquidem locũ ecclesia Constantinopolitana sibi uendicare conabatur. fauẽtibus interdũ malis principibus, affirmantibusq; eo loci primã sedem esse debere, ubi imperii caput esset. Affirmabant Romani pontifices urbem Romanam, unde Constantinopolim colonia deducta est. Caput imperii merito habendum esse. Quum etiam Greci ipsi literis suis principẽ suũ τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτορα Romanor̃ imperatorem uocent. Ipsiq; Constantinopolitani etiam ætate nostra Romæi nõ Greci uocentur. Omitto q; Petrus apostolus princeps successoribus suis pontificibus Romanis regni cœlorum claues / potestatẽq; a deo sibi concessam reliquerit, nõ Cõstãtinopoli, sed Romæ. Illud tantum dico multos principes, maxime uero Constantinum cõuocandæ synodi, ac dissoluendæ, confutandi/uel confirmandi ea, quę in synodis decreta erant, Romanæ sedi tantummodo concessisse. Merito igitur sedes Romana cæteris antefertur. cuius integritate & constantia cunctæ hęreses confutatæ sunt/& explosæ. Habes hic mi Luthere ante & post tempora magni Gregorii Romanam sedẽ

Iulius papa. i.

Bonifacius tertius

Verba sunt Platinæ in vita Bonifacii tertii

Petrus claues sibi cõmissas Romæ non Constantinopoli reliquit

primã fuisse • Tamen infra paulo profusius ea de re tecum cõmentabimur, ubi in alios Gregorii locos cõmode, & te duce inciderim9•

LVTHERVS



Vartus Anacletus•21• dist• in nouo inquit testamento post Christum dñm a Petro sacerdotalis cœpit ordo• Quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente, Tu es Petrus &c• Hoc si intelligit ꝙ sacerdotalis ordo cœpit a Petro in ecclẽa Latina potest utrũqꝫ sustẽtari•Quemadmodum &•B•Cyprianus epistola•3• sedem Petri principalẽ, & unde sacerdotalis ordo cœperit, appellat • Aut sic cœpit, ꝙ Petrus primus inter ęquales apl̃os fuerit•Si autem intelligit ꝙ a Ro•sede omnis ordo sacerdotalis primo & solũ ueniat, ex dictis sacris patet q̃ sit erroneum•Nec hoc tunc Anacleti est decretum, sed ficti alicuius Anacleti palea •

FABER



Epeto hic quæ circa trãslationem sacerdotii dicta sũt, addẽs quod est apud Hiero•in quæstionibus hebraicis in Genesi, ubi sic ait • Melchisedech rex Salem ꝓtulit panẽ & uinũ, & ipse sacerdos dei excelsi & bñdicti &c• Aiunt hunc, inquit, Hiero•Sem filium Noe, & supputantes annos uitæ ipsius, ostendunt eum ad Isaac usqꝫ uixisse, omnesqꝫ primogenitos Noe, donec sacerdotio fungeretur Aaron, fuisse pontifices• Porro Salem rex Hierusalem dicitur, quę prius Salem appellabat• Melchisedech autem apostolus ad Hebręos sine patre & matre cõmemorans, ad Christum refert, & per Christũ ad gentium ecclesiã• Omnis enim capitis gloria refertur ad membra, eo ꝙ præputium habens Abraæ, benedixerit circũciso, & in Abraã Leui, & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotium ecclesiæ habentis præputium, circumciso sacerdotio synagogæ • Qđ autem ait, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, mysterium nostrum in uerbo ordinis significatur • Nequaq̃ per Aaron irrationabilibus uictimis imolãdis, sed oblato pane & uino corpore & sanguine dñi Iesu• Ex hoc Hierony•loco ordinem sacerdotii habes•primũ caput

Hieronymus

Origo sacerdotii ac eiusdem ordo

Anacletus

Concilii Melden

illius in noua lege est Christus. Is anteq Petrus unquã in latinam uenerit ecclesiam, Petro hoc condonauit, ut illi dixerit iuxta uerbũ Anacleti, Tu es Petrus &c. Huic Anacleto uiro quidẽ sanctissimo nõ fuisse fluxam fidem in re christiana credo. Nec fuit is pontifex ducentorũ annorum, quem nonnulli tui sectatores ad damnandũ procliui semper ex concilio Meldeñ, qđ est in. c. Nemo. 5. q. 1. in excõmunicatione mortuum esse dixerũt. Sed pontifex fuit in ordine quintus, uir miræ eruditionis ac religionis christianæ cultor ualde syncerus. Textus etiam, cum sit euangelica farina conspersus, imo phrasis ipsa Anacletum redolet. nec palea est, sed triticum, senseris tu quicquid libuerit.

LVTHERVS



Vintus, Pelagius eadẽ dist. 21. Sãcta Romana ecclesia catholica & apostolica (forte q cęteras nec sanctas, nec catholicas reputat) nullis synodicis constitutis, cæteris ecclesiis prælata, sed euangelica uoce dñi & saluatoris nostri primatum obtinuit, Tu es inquit Petrus &c.

FABER



Vggillas hic interiecta parenthesi, q Pelagius Ro. ecclesiã sãctam catholicam & aplicam uocauerit, negare nõ possum, nec uolo reliquas ecclesias posse uocari sanctas, sicut in apocalypsi Ioannes ad multas scribit ecclesias. Scio & catholicam esse, quæ uerum cultũ retineat, ubi sit fons ueritatis, domicilium fidei, templum dei, Qđ siquis non intrauerit uel a quo, siquis exiuerit, a spe uitæ ac salutis æternæ alienus est. Docuit hoc Lactantius Firmianus in quarto lib. suarũ institutionũ. c. ulti. Similiter. D. Hierony. scripsit de fide Romana, quam & arcæ Noe comparauit, extra quam nullus omnino saluatur, unde & merito catholica uocatur. Et catholica ecclesia corpus est, sicut ostendit August. in libro contra Petiliani Donatistę epistolam. c. 2. Huius aũt suo respectu caput est Petrus, unde & Petri sedes catho tholica sedes dici meretur. Sicut specialis pręrogatiuæ dono regem Hispaniarum catholicum esse dicimus. immo ab ecclesia catholica uere christia-

Romana ecclesia sãcta/catholica/ & apostolica vocat

Lactan. Firmian.

Hierony.

August.

uere christianum hominem catholicum uocamus. Sicut & hunc morem obseruat Augustinus. Et inter multos hic unus est locus in .4. lib. de baptismo contra donatistas. Et forsan ob id catholica dici meretur, teste Marco pontifice sic ad Athanasium ac Aegyptiorũ episcopos scribẽte. Sancta Romana ecclesia, quæ semper inmaculata mansit, & domino prouidente, & B. apostolo Petro opem ferente, in futurũ manebit sine ulla hæreticorũ insultatione firma & imobilis omni tempore persistens. Eapropter etiam licet Iacobus præsederit Hierosolymitanæ ecclesiæ, & Timotheus fuerit Ephesiorum episcopus, tamen hæc ecclesia Romana speciali prerogatiua apostolica dicitur, ex eo q Petrus, ut Leo scribit Dioscoro ecclesiæ Alexãdrinæ episcopo, Apostolicum a domino accepit principatum, & Romana ecclesia in eius permanet institutis. Addo ex eodem Leone q Petrus primus fuerit in apostolica dignitate. Sic enim Augustinus scribit in .2. lib. contra literas Petiliani. Si omnes, inquit, per totum orbẽ tales essent quales uanissime criminaris, quid tibi fecit ecclesię Romanæ cathedra, in qua Petrus sedit, & in qua Anastasius sedit, uel ecclesiæ Hierosolymitanę, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica unitate connectimur, & a quibus nefario furore separastis. Quare appellas cathedram pestilentię cathedrã apostolicã? Si propter homines, quos putas legem loqui non facere, nunquid dominus Iesus Christus Pharisæis, de quibus ait. Dicunt enim & non faciunt. cathedræ, in qua sedebant, illam fecit iniuriam? Nonne illam cathedram Mosi commẽdauit, & illos seruare cathedrę honorem redarguit? Ait enim, In cathedra Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Hęc si cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blasphemaretis cathedram apostolorũ, cui non communicatis. Sed quid est aliud q̃ nescire, quid dicere, & tamen non posse nisi maledicere. Hæc non ex me sed Augustino in te retorquenda uideo. Et uenerabilis presbyter Beda in epistola præfatoria cantici Abakuc sic ait. Canticum prophetæ Abakuc, quod tibi exponi petisti dilectissima in Christo soror, sacramenta dominicæ passionis maxime pronunciat. Vnde & consuetudine sanctæ uniuersalis & apostolicæ ecclesiæ sexta sabathi, qua eadem passio completa est, solet in laudibus matutinis per singulas hebdomadas solemniter repeti. Sed quid opus est multis? Nonne supra

Marcus pont.

Cur Ro. ecclesia apostolica dicatur

Iacobus

Timotheus

Leo


Augustinus

Beda

ostendimus ante mille & ducentos annos Athanasium ac reliquos Aegyptiorum/Thebaidum/& Libyorum episcopos, immo orientales episcopos temporibus Marci/Iulii/atq; Liberii hanc Romanā ecclesiam sanctam/apostolicamq; uocasse. & q; in ea præsidens iuste uocetur uniuersalis ecclesiæ papa. Et Septimium Tertullianum (quem Cyprianus suum magistrum esse dicebat) uide, & inuenies passim de apostolicis ecclesiis nō pauca. Sed de his satis superq;. Id unū adiicio. Credis mi Luthere tam sanctos patres in uentū uerba fudisse, si non hunc primatum ex uoce dominica profluere intellexissent? nunq̄ dignati fuissent tam sanctis titulis cathedrā decorare Romanam. Qđ ergo licuit tantis uiris, tot sanctis patribus, cur tu Pelagio id prohibes. Nec quod Pelagius habet, iis cōtrariatur, quæ sub distinctione nonagesimanona continentur.

Tertullianus

LVTHERVS



Ergo noua grāmatica, Tu es Petrus, significat, tu es primus. & tibi dabo claues, idest soli Ro. ecclesiæ, cæteris nihil habentibus. Sed piget me omnia commemorare. In summa, ut dixi, si his uerbis Christus Ro. ecclesiam significauit. Quū Romana ecclesia uix uicesimo anno post ecclesię primitiuæ originē nata sit, sequit̃ q; ipsa primitiua nō fuerit ecclia. Et deinceps omnes qui claues ex Romana ecclesia non acceperint, Christo inobedientes fuerint. Et ita sanctus Stephanus cū tot milibus martyrū orientalis ecclesię damnati censebūtur. Vt omittam q; si per uerbum Christi potestas Romanæ ecclesiæ intelligeret̃, ut hic uult, & Christus super hanc petram ecclesiam suam ædificare promittat. Sequitur q; uniuersalis ecclesia nō super sedem, sed super potestatem Romanæ ecclesiæ ædificata est, super quam tunc ipsa Romana ædificata est? nō super petram suam potestatem, nec super fidem. ergo super nihilum. Quis ferat hoc? Vides ergo quam possum inuehi in istos hominum sensus, si uellem libere agere. Nunc autem sufficit mihi ostendere q; his decretis contra hostes & incontentiones nihil effici potest. sunt enim languidissima/frigissima/& penitus ineptissima ad contentionem. Sat est q; tolerantur pro fraterna charitate, non etiam adorentur pro solida & germana ueritate.

Atiocinaris hic multa, quæ tamen omnia corruent, si extorta corruerit interpretatio. Asseris nouam esse grāmaticam, si, tu es Petrus, significaret, tu es primus. Et tibi dabo claues.i.soli Ro.ecclesię, cęteris ecclesiis nihil habentibus. Ad hæc dico Petrum primum apostolorum, imo principem & caput fuisse compertissimū est, etiā si rumpant' ilia Codro. nec tamen opus fuerit sic dicere, Tu es Petrus.i.primus. quanquā id faciens non peccaret in spiritū sanctum. Satis erit si hæc uerba Christi in personam Petri relata fuerint. Qd' autem in illius personam referantur, multorum patrum auctoritate roboratum est. Ad quos & Hilariū Pictauiensem adiicio, qui in.6.lib.de trinitate hāc Petri confessionem fidem/beatitudinem/atq; sacerdotium in Petri personam refert. Excusat & Petrum sāctus simul & doctus ille eps. q dixerit Petrus ad dominum, Propitius sit tibi dominus, nō erit istud. Nam ei pater quanq̄ reuelauerit confessionem hanc uere secretissimam, tamen non adhuc omne mysterium patefecit. Sed quia per domini sermonē quo Petro dicitur, Vade post me Satana, non enim sapis ea, quæ dei sunt, tua ualde corroboras. Vnde eo fortius hic mihi contra te pugnandū uideo, hac tua siquidem opinione diluta, nr̄a melius fortiusq; subsistent. Et quia ostendi fieri posse q quis reuelationē a domino habeat unius, nec tamen rei alterius, ea quoq; per historias ueteris instrumēti probaui. Vt igit' ex nouo testamento ista corroborem, aliqua non admodum, ut credo, aspernanda adducam. En negare non potes qd' dicitur Lucæ.9.ad apostolos, Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. Futurū est ut filius hominis tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat cœlatum ante eos, ut non sentirent illud, & timebāt eū interrogare de uerbo hoc. Dein legit' Lu.18. Erat uerbū absconditū ab eis. Et post resurrectionem adhuc legit' q̄uo aperuit illis sensum, ut intelligerēt scripturas, & ea pter illis dicit, Sedete in ciuitate quoadusq; iduamini uirtute ex alto. Et in cœna nouissima ēt cōuiuio peracto dicit Thomas, Dn̄e nescimus quo uadis, & q̄uo possumus uiam scire. Dicitq; Philippus, Dn̄e ostēde nobis patrem. Et Iudas nō Iscariotis ait, Dn̄e qd factū est, quia manifestaturus es nobis teipsum nō mō. Immo discipuli, dicēte dn̄o, Modicū & iā nō

Hilarius

Lucæ.xviii.

Lucæ.xxiiii.

uidebitis me. Et dixerunt adinuicē, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, nescimus quid loquit. Et Ioan. 2. Quum resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, qa hoc dicebat, & crediderūt scripturæ & sermonibus eius. Et Ioan. 12. Hæc non cognouerunt discipuli eius primū, sed qñ glorificat9 est Iesus, tūc recordati sunt, quia hęc erant scripta de eo, & specialiter ad Petrum ait dñs, Ioānis 13. Quod ego facio tu nescis modo, scies aūt postea. Et si sciuissent omnia, nō opus fuisset illis ea promissione, qua Ioannis. 1. ait Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis oia, quæ dixero uobis. Et Ioannis sedecimo. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo. Addo q nec etiam post spiritus sancti missionem ipsi sciuerunt omnia. Nam in actis apostolicis. c. 1. sane intellexerunt unum ex uiris, qui cū illis cōgregati fuerāt, testē resurrectiōis fieri debere. nescierunt tñ quem elegerit dominus, unde duos statuerunt Ioseph scilicet & Mathiam, orantes & dicētes, Ostende quē elegeris ex his duob9. Et de Paulo legit actuū. 20. Vado in Hierusalem, quę in ea uentura sunt mihi, ignorans, nisi q spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestat dicens. Quoniam uincula & tribulationes me manent. Vides etiam q is qui raptus fuit in tertium cœlum, qui & archana ea ac tanta uidit, q etiam homini ea loquí non licuit, nesciebat id quod futurū erat in Hierusalem. Et ipse fatet ingenue se non omnium actorum habere memoriam dicēs. Baptizaui Stephanæ domum. cæterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Et Iudæus Apollo nomine Alexādrinus genere, uir eloquēs deuenit Ephesum, potens in scripturis docebat diligenter, tamen baptisma Ioannis tantum sciebat. Et qd' omnium maximum est, quærentibus discipulis, Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel? Dixit eis, Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quę pater posuit in potestate sua, sed accipietis uirtutē spiritus sācti & c. Sed adhuc forte nō credis nisi de ipso Petro nra dicta cōfirmauero. En actuum. 10. Accepta uisione linthei magni, dū intra se hæsitaret Petrus quæ nam esset uisio, quam uidisset, ecce uiri qui missi erant a Cornelio inquirentes domū Simonis, astiterunt ad ianuam. & cū uocassent, interrogabāt si Simon, qui cognominaret Petrus, illic haberet hospitiū. Petro aūt cogitante de uisione, dixit spiritus ei, Ecce uiri tres quærunt te, surge itaq3 & descende, & uade cum eis nihil

1. Corinth. 1.

Actuum. xviii.
Actuum. 1.

dubitans, quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad uiros, dixit. Ecce ego sum, quem quæritis. Quæ causa est, propter quam uenistis. Nunquid nō hic Simon etiam post acceptionem spiritus sancti uisionem habuit, quam non usquequaq; diu intellexit. Et nō ne spiritus ille reuelauit, quomodo tres uiri quærerent eum. nesciebat autem propter quā causam, & ad quid uenissent. Aliam historiam audi. Nunquid non de Petro ex carcere Herodis per angelū liberato scribit Lucas in hæc uerba. Exiens sequebatur eum, & nesciebat quia uerum esset, quod fiebat per angelū. Existimabat autē se uisum uidere. Et tādem in se reuersus dixit. Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum &c. His omnibus nemini nō patet non esse mirādum, si cuiq; de re una non altera reuelatio fiat. Vnde excusationem Petrus meretur, si etiā post eam ac tantam reuelationem qua Iesum filium dei uiui profitebatur, nesciebat passionis mysterium. Sed qđ de clauibus addis, Sæpe auditum est claues esse Petri/ecclesię, & q; nos in Petro claues sacerdotes acceperimus omnes, teste beato Ambro. Non ergo sic interp̄tari debebas, Tibi dabo claues .i. soli Ro. ecclesiæ, cæteris ecclesiis nihil habentibus. Non enim hæc pontificis intentio fuit. id solum uoluit q; Petrus ueluti caput & princeps claues habebat. Sed qđ de Stephano ac aliis adiūgis, locū habere non poterit. Scis apud August. in. 22. li. cōtra Faustum. c. 70. cōparationē esse. Sicut Moses post percussum Aegyptū factus est rector synagogæ, ita Petrus post peccatū factus est pastor ecclesiæ. hæc Augustinus habet. Sed quid dices ad hæc? Nunquid non Moses erat caput illius synagogæ quamprimum missus erat a domino, etiam si fuerit in Aegypto, in mari Rubro, immo in quacunq; mansione inter quadraginta duas mansiones. Ita & Petrus pastor fuit ecclesiæ, siue fuerit Hierosolymis/in Ioppe in Ponto/in Galatia/Bithynia/Cappadocia/cæterisq; confinibus Iudęę prouinciis, de quibus Eusebius in ecclesiastica historia lib. 3. Et hoc est qđ quærimus. quod tamen apertissime negas, quando euāgelii uerbum nunquam ad personam Petri duxeris referendū. Nec tibi credo q; Romana ecclesia fuerit in primis post uiginti annos nata. Nam in sequentibus aliud intelliges, ubi etiam Stephanum excusabo, & ita, ut de illorum salute nihil dubitare debeas. Sed qui tam religiose/& recte sanctos uenerariis, cur & nō id tibi cordi est, q; tot sanctos patres etiam ecclesiæ primitiuæ, tot quoq;

Ambrosius

Augustinus

Eusebius

sancta cōcilia refutas/exibilas/ac plane dedignaris/atq; contemnis. Sed scis ubi de te pdixit dominus Lu. quartodecimo,nisi fallar,ubi comparationem dat de eo, qui uoluit ædificare turrim, ubi etiam quærit dominus dicens. Nonne prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum? ne postquā posuerit fundamentum,& non potuerit perficere,omnes qui uidēt,incipiāt illudere ei dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consumare. At quis rex iturus cōmittere bellum aduersum alium regem,non sedēs prius cogitat,si possit cum decem millibus occurrere ei,qui cum uiginti millibus uenit ad se. Præsumis ergo tu totū mutare orbem,ac talem te geris,quasi in manu tua sint omnia consilia domini,& sis solus pincerna magni Iouis. Sed certe non computasti sumptus, non potētiam aduersariorum militum considerasti. Vnde iam omnia fere omnium principum mandata tibi illudunt, & parū abest,quin te oēs derideāt, dicentes, Hic homo cœpit ædificare,& non potuit consumare, licet non in omnibus turrim Dauid sed Babylonicam,hoc est confusissimā ædificare uolueris. Siquidē ut tibi meum iudicium ingenue aperiam,si quosdā abusus,si quorundam uitia euangelico ordine taxasses,propugnatores habuisses acerrimos,nec ego tibi defuissem unq̄,licet in his me quendam pigmeū fatear. At quia tu nō aliud in aream tritici tui ac boni seminis nisi infinita zizania superseminasti, quare non parum timeo sint uenturi aliqui radicantes zizania,simul quoq; triticum euellentes, & utraq; in fasciculos alligabūt ad comburendum. Nec mirabere. Tot enim sanctos habes,ubi singuli cū uidua illa euangelica apud iudicem clamāt, Vindica me de aduersario meo,ut non uideā qūo possis sufferre iudicium. Clamitant aliqui cōcilium concilium, sed tu prudenter agis, qui nolis concilium. Nam olfecisti sat pulchre te dānatum esse,anteq̄ etiam pars media conuenisset. Hæc recitare uolui,ut & intra te rediens,cogites q̄ imprudenter ne dicam impudēter effutieris multa in sanctos patres/sanctaq; cōcilia. Et memor sis dicti Socratici. Melius est rē non incipere,q̄ a re cœpta turpiter desilire. Sed forsan expectas quomodo uelim saluare patres. En & hic meam sententiā tibi dare non grauabor. Nunquid non in alio loco intellexisti sexcēta & tredecim pcepta Mosen dedisse populo? Sed putas illis annis quadraginta, quibus in deserto fuerint ea oia peregerint,quæ antea præceperit illis dominus? certe minime,imo

ut Hebræi dicunt in Penthateuco, non inueniť quid fecerint duodecim tribus Israel, nisi in primo secũdo & quadragesimo egressionis anno. Addo q̃ ad hæc maxime ceremonialia obligati minime fuerunt, nisi quãdo uenerunt in terram lacte & melle manantem. Ex uerbo Deuter.4.ubi diciť. Sic facietis ea in terra, quã possessuri estis, & obseruabitis &c. Sic & patres forte non erant obligati ad obedientiam sedis Romanæ, nisi quando Petrus exigebat. Et iam super euangelii uerbo declaratum fuerat ecclesiæ Romanę propter Petrũ deberi primatum. Tunc enim omnes iam id sentire obligati fuerunt. Et non dubites, nisi mentiantur apostolica acta, dũ adhuc Petrus cum reliquis Hierosolymis erat, uenerati sunt illum ueluti principem, illisq; p̃positum. Sed & hic de Stephano/Iacobo/Ioãne ac illoꝝ tẽporibus ex Hippolyto Thebęo Græco primitiuæ ecclesię auctore in breui, concedente dño, tibi ac reliquis tuis asseclis monstrare statui, quid te sentire oporteat. Interim patientiam habe.

Deuteron.i. not& Hebræi

Deuterono.iiii.

Hippolytus Thebeus Gręcus & uetustissimus auctor

LVTHERVS



Ed nec hoc ferendum est, quod infert in his omnibus quanto gradus celsior, tanto maior auctoritas inueniť. In maioribus siquidem est regendi / iubẽdiq; potestas, in minoribus obsequendi necessitas.

FABER



Ristissima est sententia, Quanto gradus altior, tanto casus grauior, qđ Cl. Claudianus ita exp̃ssit, Tolluntur in altum, ut lapsu grauiore cadant. Hieron. in Ezech. c.44. Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina si peccant. Lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti meroris de sublimioribus corruisse. Neq; n. solũ pro nostris delictis reddemus rõnem, sed p̄ omni, quorũ abutimur donis, & nequaquam sumus de coꝝ salute solliciti. Sed & hoc uerum est, quod habet ter beatissimus ille Leo in epistola ad Anastasium ep̃um Thessaloniceñ. Inter beatissimos apostolos in similitudinẽ honoris fuit quędam discretio potestatis. Et cum omnium par esset electio, uni tantum datum est, ut cæteris

Clau. Claudianus

Ezechiel

Ter beatiss. Leo

præemineret,hanc sentētiam non solum primus dicit Leo. Quanq̄ si primus dixisset,non uideret peccare. Sed ante eum circiter annū

Iulius primus domini.338. nec uno uerbo mutato scripsit Iulius ille primus,& nō ad unum sed omnes orientales episcopos. Dices ne tu sanctos pontifices, qui in uinea domini Sabaoth,in uinea Sorek electa,imo in uinea Engaddi tam sanctam plantationem operati sunt,errasse? & maxime ii, quorum doctissima scripta tam diuturnus approbauit usus ecclesię. Sed dicas quid hoc sibi uelit,an orthodoxus mentiat

Hierony. in lib. aduersus Luciferia. ubi sic ait. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet,Cui si non exors quædā & ab omnibus emi nens detur potestas,tot in ecclesiis efficientur schismata,quot sacer dotes. Sed adhuc forte non credis. Dic mihi cur saluator pro se tū &Petro didrachma soluerit? non etiam pro cęteris? Respondet tibi

August. .D. Aurel. August. & inter cætera sic ait in lib. quæstio. uet. & noui testa. quęst. 75. Sicut in saluatore erant omnes causæ magisterii, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim consti tuit esse caput eorum,ut pastor esset gregis dominici. hæc August.

Deuteron. xvii. Ioannes. viii. Sed iam quæso responde,ubi hunc locū retractet August. Et quia mea quadruplici testimonio probaui, non uideo quomodo iustam denegandi occasionem habeas. Scis enim in Deuter. imo in euangelio scriptum esse de testimonio duoꝝ uel trium, & in iure recipit in ore duorum uel trium stare omne uerbum. Et certe hic non tri

.c. Relatū. i. & test. plicem funiculum,qui difficile rūpitur, sed quadruplum testimonium habes, quare credere debebis. Sed q̄ in sublimioribus

Ad Romañ. xiii. sit maior potestas,hoc quis iuste negauerit? Nunquid non Paulus ait,Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & qui resistit potestati,dei ordinationi resistit? Qui autem resistunt ipsi,sibi dānationem acquirunt. & subdit,Cui tributum/tributum,cui honorem/honorem. Et nonne quia uxores/filii/serui/subditi minores sunt. Vnde iuxta uerbum Pelagii illos manet obsequēdi necessitas,

Ad Eph. v. aut in uanum præcipit apostolus quomodo uxores subiectæ esse debeant. & frustra dicit,Filii obedite parētibus uestris in domino,

Ad Eph. vi. & serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore. Et cur

Ad Thessa. v. duplicem honorem pollicetur presbyteris,qui bene p̄sunt? & maxi me qui laborant in uerbo & doctrina. Et nūquid non idem Paulus stans ante summum sacerdotem, cognouit principatum actuū. 23? Sed principis officium imo priuilegiū nunquid non est,ut cæteris

leges præscribat. Aut mentitur titulus. ff. & C. de legibus. Non est ergo hic qd' rideas, aut calumnieris. Discas itaq; deo dare quæ dei sunt, & Cæsari, quæ Cæsaris sunt. hoc fac, & uiues.

LVTHERVS



Vide ut necessitatem omnibus imponit, & sibi soli cōtra charitatis officium libertatem arrogat. sed pessima consequētia. Non enim mox maior auctoritas est, ubi gradus celsior est. Petrus enim primus apostolorum fuit. Sed nullam maiorem auctoritatē habuit unq̄. imo contra. apostoli in Petrum habuerūt auctoritatem, ut actuum. 8. scribit', q; apostoli miserunt Petrum & Ioannē, qui tūc primores inter apostolos erāt, & tamen missi sunt ab aplis tanq̄ maioribus ad Samariæ fideles. Labitur ergo Pelagius hoc loco satis aperte. quanq̄ ego credo hos & similes canones nihil pter nomen de Ro. pontificibus habere, esse autem cōpositos ab eorum officialibus & scribis in theologia parū doctis. Ideo nihil euangelicum, nihil ecclesiasticum spirant, sed humanum affectum carnem & sanguinem.

FABER



Possem hic longo ordine tecum disputare, sicut diuus fecit Aureli9 in. 2. libro de trinitate. c. 5. ubi sic scribit'. Maior est qui mittit, q̄ qui mittit'. Forsan & inde tuum suxisti fundamentū. Et non inamœna disputatio foret super his euāgelii uerbis, Sicut misit me uiuens pater. & si abiero, mittam. Et ad Galatas. 4. Cum uenit plenitudo tēporis, misit deus filium suum factum sub lege. Meus cibus est ut faciam uoluntatē eius qui misit me. Ioannis. 4. Qui misit me uerax est. Io. 8. Si abiero mittam eū, Ioānis. 16. Esa. 48. Nunc dominus misit me & spiritus eius, & a me ipso non ueni. Et maxime sicut est in. c. 7. eiusdem lib. Et difficilis est quæstio, an quia legitur spiritū sanctū esse missum, propterea sit minor patre. Sed hęc modo prętereo forsan cōmodius alibi tractaturus. Scimus q; apostolus græce latine missus dicit'. hebraice uero sonat Silas, ut habet Hiero. in epistolā ad Galat. c. 1. Sed apostolorū genera sunt quatuor, qd' non solum Hieronymus

Augustinus

Ioannis. vi.
Ioannis. xvi.
Paulus
Ioannis. iiii.
Ioannis. viii.
Esaias

Hieronymus
Augustinus
Quatuor genera apostolorum

sed & Augustinus. In dialogo etenim ad Orosium quæst. 65. sic ait.
Apostolus interpretatur missus. apostolorum quattuor genera sũt,
A deo non per hominẽ, a deo sed per hominem, per hominem tãtũ,
et ex se. A deo etenim missus est Moses. A deo & per hominẽ Iesus
Naue. per hominem tãtum, sicut nostris temporibus multi fauore
uulgi in sacerdotiũ subrogati sunt. ex se autẽ, sicut sunt ipsi pseudo
Apostoli a domino missi
Math. x.
prophetæ. Apostolos omnes proprie nunq̃ a se uel inter se, sed a dño
missos esse dico. Vnde Matth. 10. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρό
βατα ἐν μέσῳ λύκων. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio lupo
rum. Et Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. & hæc cum
Ioannis. xx.
dixisset, insufflauit & dixit eis, Accipite spiritum sanctum. Quæ
missio, quæ etiã insufflatio tã potens & efficax erat, ut etiam Tho
mas, qui dicitur Didimus, qui non erat cum discipulis, quãdo hoc
fecit Iesus, etiã illius ꝓmissionis ac spiritus particeps factus fuerit.
Cyrillus
Numeri. xi.
Ita pulchre probat Cyrillus in. 12. lib. super Ioannẽ, & dicit, Iussit
deus quondam Mosi septuaginta seniores Iudæorum eligere. Dixit
autem de spiritu qui erat in Mose ablaturum, se atq; impositurum
in illis. Quum uero duo Heldad/ & Madad de septuaginta senioꝝ
numero in synagoga remãsissent, ac spiritus illis omnibus septua
ginta imissus fuisset, prophetarũt quidẽ qui erant cũ Mose. prophe
tabant ẽt illi duo qui aberant. Iosue uero mysterii uirtutem igno
rans, ac secundum Dathan & Abiron facere illos putans, rogabat
Mosen ut Heldad & Madad a prophetãdo uetaret. Tunc diuinus
ille uir operationem spiritus intelligens, respõdit. Quid æmularis?
Quis tribuat ut omnis populus ꝓphetet, & det eis dñs spiritũ suũ?
Vides quomodo rationẽ Iosue Moses reiecit. Vtinam enim inquit
uniuerso populo spiritus daret, qd' tempore suo tamen futurũ est.
Testatur & idem Ambrosius in epistola ad Galatas
Missio ergo illa Petri ac Ioannis nõ tam a discipulis q̃ & a Christo
cœpit exordium. Et Hierony. in catalogo scriptoꝝ ecclesiæ scribit
quomodo Iacobus, qui appellat' frater domini cognomẽto Iustus,
post passionẽ domini statim ab apostolis Hierosolymoꝝ episcopus
fuerit ordinatus. Sed nunquid non æquales erant apostoli modo
quem sæpe ostendimus? tamen apostoli Iacobũ ordinauerũt epm.
Nec tamen Andreas/ Philippus / aut Bartholomæus poterant illo
Mittẽs non semp maior est eo qui mittitur
dici maiores. Sicut & hic licet Petrus ac Ioãnes missi fuerint in Sa
mariam, non tñ per id reliqui discipuli facti sunt Petro maiores,
qd' tua uult ratio. Hoc enim apostolicũ munus, hoc est missionis

officium non tam a reliquis collegis & fratribus, quam ab ipso dño datum erat, imo non erant illic omnes discipuli. nam erant omnes dispersi per regiones Iudaeae & Samariae. Nec ibi fuit Philippus. Praedicabat enim Christum in ciuitate Samariae, sed reliqua apostolorum turba misit eosdē. Et nescio an semper is qui mittit, maior sit eo qui mittit. Qđ forsan ex Lucę. 19. c. probare possem, ubi ciues miserunt legationem post illum. Sicut etiam non semper est maior qui dat, uel manumittit. Nempe in iure usitatissimum est q̄ patronus serui potest manumittere seruum. Et laicus patronus cottidie beneficium confert, cuius capax ipse non est. Ita mirum non fuerit si caeteri apostoli miserunt Petrum ac Ioannem. miserunt quidem, tamen maiores dici non poterāt. Sed quid opus est multis? Quanq̄ (ut est apud. D. Hierony. in Esa. c. 23.) omnes apostolos crateres plenos uitalibus aquis dicere possumus. de quib9 in psalmo dicit, Benedicite deum de fontibus Israel. In quibus crateribus miscuit sapientia uinum suum, Possumus etiam illos dicere cum Chrysost. in ser. de pentecost. piscatores/uinitores/pugnatores. Sed & res est nō sine mysterio, q̄ Cephas/Iacobus/& Ioannes dicuntur ecclesiae colūnae, ut est apud Paulum ad Galatas. Et Petrus supremus dicit pastor apud August. dicitur & praesul ecclesiae apud Chrysostomū. Et accepisti ex Origene, q̄ nequaq̄ Ioannes sit Petro praeferendus. Et Theophilactus in epistolam ad Corinth. Quem hucusq; nunq̄ introduxi, Petrum caeteris dicit praestantiorem. Sed forte nostra legentes illi non credent, nisi hunc auctorē non obscurū intelligāt. En is Theophilactus Vulgariae fuit episcopus, qui & egregia commentaria in quatuor euāgelistas scripsit, quae Romae in biblioteca Vaticana secretiori habentur. Hic etiam in Pauli epistolas cōmentaria scripsit, quae transtulit Christophorus de persona Romanus & prior sanctę Balbinę in urbe, anno a Christo nato millesimo quadringētesimo sexagesimo nono, sub pōtificatu Pauli. & sunt primo Romae tempore Xisti impressa, tamen sub falso titulo, quasi sint Athanasii Alexandrini, qua re multi decepti fuerunt. quod & mihi contigisse ingenue fateor. Nec meum etiam emendassem errorem, nisi dum ex Graecis & Latinis codicibus hinc inde collatis, aliud inuenissem. Licet semper dubitarim ꝓpterea q̄ Basilius ac Nissenus atq; Gregorius in his citati fuerunt. Error itaq; fuit & extat insignis, quo pro Theophilacto Athanasium per Germaniam/Ita-

Petrus inter apl'os primus

Hieronymus
Psalmo. lxvii.

Chrysost.

Ad Galatas. ii.
Aug. Petrus supremus pastor.
Chrys. Petrus praesul ecclesiae
Theophilactus

liam/Galliam/ac reliquas partes orbis iã plus quam quinquaginta annis fere oẽs legimus. Hec quasi per parẽthesim dicta esse uelim, ad priora ueniẽs. Et accedit ad hæc q̃ Petrus/& Iacobus/& Ioãnes non solum erant honoratiores in apostolis, sicut est apud August. in.2.c.epistolæ ad Galatas, imo Petri & Iacobi præcedit auctoritas, ut est apud Hiero. in Amos.c.9. Sed quid opus est multis? Missio hic nihil probare potest. Nam necesse non erat eos mittere, quibus antea dixerat dñs, Euntes in mundũ p̃dicate uniuersę creaturę &c. nec etiam prohibitus est Petrus mittere discipulos. Si enim id erat in potestate Pauli, ut scriberet ad Philippeñ dicens, Spero autem cito me mittere Timotheum ad uos. & ad Timotheũ scribens, ait, Tychicũ misi Ephesum. Qd' si id Paulo licuit & scribere & facere, an non illud & Petro licuit? Qd' Petrũ fecisse etiã antiqua monumenta & fidedignæ historię testantur. Sed adhuc forte non credis quod dico. Erant in ecclesiã quę erat Antiochiæ prophetæ & doctores, in qbus Barnabas/& Simon, qui uocabat' Niger, & Lucius Cyrenensis/& Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collectaneus, & Saulus. Ministrantibus aũt illis domino, & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabã in opus quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes/& orantes/imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto, abierũt Seleutiam. Quis prohibet iam id dicere de Petro & Ioãne quod hic dicitur de Paulo & Barnaba? maxime q̃ fuerint segregati ab apostolis, & missi a spiritu sancto. Qd' si nec adhuc tibi placuerit quod assero, en id quo mittuntur Petrus & Ioannes honoris est maximi. Nam Philippus licet fecerit plurima signa (Multi enim qui habebant spiritus immundos, clamantes uoce magna exibant. multi etiam paralitici & claudi curati sunt) tñ nondum acceperũt spiritum sanctum. Vnde quum audissent apostoli quia Samaria recepisset uerbum dei, miserunt ad eos Petrum & Ioanné. Miserũt inq̃ ueluti fieri solet quãdoq; ut cõsiliariis regis uel principis cuiuspiam utile uideat', ut nõ unus ex illis, sed rex ipse cũ alio quopiam digniori uadat/atq; negotium peragat. Quod certe epistolę M.T. Ciceronis ad P. Lentulum proconsulem, qui Ciliciam & Cyprum regebat, aperte comprobare uidetur. Sed quia non cum Romano sed quasi cum Montano Romanorum osore, imo cũ theologo mihi negotium est, unde ad sacram umbram sacræ scripturæ confugio. Nonne

August. Hieronymus

Ad Philippeñ.ii. .ii.ad Timo.iiii.

Actuum.xiii.

Actuum.viii.

M.T.Cicero

Nonne de Rubenitis/Gadditis/& dimidia tribu Manasse legisti? Iosue.xxi.
quid egerint Iosue.21.scilicet illis redeũtibus in tabernacula sua,cũ uenissent ad tumulos Iordanis in terra Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod quum audissent filii Israel, & ad eos certi nuncii detulissent ædificasse filios Ruben/& Gad/& dimidiam tribum Manasse altare in terra Chanaan super Iordanis tumulos,conuenerunt omnes in Sylo,ut ostẽderent & dimicarent contra eos. Interim tamen miserunt ad illos in terrã Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis/& decem principes cum eo singulos de singulis tribubus. Dic mihi quis hic misit? Nunquid non populi? & quem, nunquid non Phinees? qui fuit sacerdos magnus in lege filius Eleazari filii Aaron, & ille fuit maximus ac dignior in populo, Quod Hebræi licet ex multis probent, tamen & hoc probant ex morte Iepte Iudicum duodecimo, uidelicet q̃ sacerdos magnus fuerit quocunq; principe uel iudice maior & dignior(licet tu sacerdotes quibusuis nautis/cauponibus mulionibus/stabulariis/& galeotis leuiores facias, non existens memor q̃ spiritus sanctus posuit eos regere ecclesiam dei, nisi mentiatur tuba dei Paulus magister gentiũ) sic est,quum apostoli leguntur misisse Petrum ac Ioannem. Sed de his aľs. Satis est me comprobasse modo q̃ inferiores sæpe misere maiores,sicut hic populi miserunt Eleazari filium / ac decem principes de singulis tribubus, & de Phinees primo Paralipomenon nono, Phinees fuit dux eorum coram domino. Ita & hic forte factũ esse creditur. Interim tamen ius prælationis non cadit in Petro.

LVTHERVS



SExtus. Nicolaus papa eadem distinctione.c. Inferior uolens robustissime probare q̃ inferior non potest absoluere superiorem, intelligit autem Constantinopolitanam ecclesiam inferiorẽ. Nam hęc multorũ canonũ causa fuit. Pro isto primatu inducit illud Esaiæ.14. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea,aut exaltabit̃ serra cõtra eũ qui trahit eã? His inquit ex diuina scriptura cõmemoratis,sole clarius exhibuimus nõ posse queq̃ qui minoris auctoritatis est, cũ

qui maioris potestatis est iudiciis suis adiicere. Quis non miretur? Adeo iste auctor sub nomine papæ scripruras tractat, apposite deũ facit ex papa. cæteros epos nõ fratres/nõ hoies saltẽ, sed instrumenta facit, hoc est nimirum sole clarius exhibere idẽ tenebras effundere.

FABER



Vere nonnulli, qui hanc Nicolai similitudinẽ ex Esaia citatam non tam recte quadrare dixerunt, assignantes hãc causam. Quoniam Esaię uerba res inanimatas exprimerent, quas ad uiuentia non cõueniret referri. Ego prorsus contrariam dico sentẽtiam, fretus auctoritate Hieron. qui in Esaia. c. 10. scribẽs, in primis hæc Esaiæ uerba in regem Assyriorũ scripta credit. Quicquid enim Assyrio dicitur, ad hæreticorũ superbiam, & ad diabolum referri posse putat. Nempe securis & serra/& uirga in scripturis appellatur, eo q͂ per illum infructuosæ arbores succidantur, & diuidatur/atq; serretur incredulorum duritia, & percutiantur uirga, qui non recipiunt disciplinam. Hæretici quoq;, ut idẽ Hieronymus ait, quorum os in cœlum ponitur, & lingua eorũ pertransit in terram, sensu, quem adeo in bonam partem acceperũt, abutuntur in contrarium atq; peruersum, ut loquantur contra eũ, a quo conditi sunt, & linguæ ministerium, quo laudandus est dñs, uertant in blasphemiam. Et Ioathan in uertice montis Galisini, ut est Iudicum. 9. fecit loquentem oliuam/loquentem uitem. & demũ hoc totũ fabulas quasdam & figmenta uel Lucianica/ uel Aesopea redolet. Sed quid? Ad euangelica propero. Dicitur Christus Leo, uocatur & multis aliis nominibus. Sed hæc ex omni parte conuenire probat Gregorius Nazianzenus diui Hieronymi præceptor. Ostendit & hoc per multa capita Augustinus. 16. lib. cõtra Faustũ. Qd' si Hieronymo licuit talem facere comparationem, & frequentissimum est illud inter sacræ scripturæ doctores. Nõ ergo peccauit Nicolaus, potissimum quia nõ potest inferior absoluere superiorẽ. Receptissima. n. est apud iurecõsultos ista sententia, q͂ par imparẽ non habet imperiũ. longe minus inferior habet iudicare superiorẽ. Et scripsit hoc Iulius papa ad orientales episcopos, q͂ nullo modo maior a minori possit iudicari. Sed qd? Inter hęc capita, quę statuit synodus hæc sancta Nicena accedentibus capitibus, quæ pronun-

Hierony.

Iudicum. ix.

Gregorius Naziãzenus

Iulius papa

ciauit Osius Cordubensis episcopus. Illud idē habetur qd' Nicolaus scripsit, quem & erasse credis. Nec tamen se deum facit, imo papa se dumtaxat Christi uicarium ac successorem Petri agnoscit. Nec abnegat alios episcopos dici fratres, uelut ipse imaginaris, imo ut in alio loco me referente habes, se seruum seruorum dei appellat. Desine ergo calumniari.

LVTHERVS

DEinde in fine Ro. ecclesiam matrem uocat omnium ecclesiarum, in quo mirum est, cuius filiæ & discipulæ fuerunt ecclesiæ Iudææ. de quibus Paulus ad Galatas dicit. Eram ignotus ecclesiis Iudeę. Et quæ ecclesia fuerit, quam Paulus uastabat. Siquidem Ro. ecclesia tunc erat in lūbis patris sui Petri, qui Hierosolymis erat. Quid quæso Hierosolymitana ecclesia didicit a Romana? Cur mentitur Paulus Ro. 15. Pauperes sanctos in Iudæa iuste accipere collectam a Romanis & aliis gentibus, q̄ spiritualium illorum participes facti essent. Quo uero apostolus Hierosolymitanam ecclesiam matrem/matricem/radicem signat omniū plane ecclesiarū totius orbis etiam Romanę, quod & uerum est. Quis enim potest negare ecclesiam gentium posteriorem esse ecclesiæ Iudæorum, & ex hac illam natam? quum tot in locis hoc de gentibus prophetæ p̄dixerint. Quū enim in actibus discipuli dispersi solis Iudæis prædicasse uerbum, & de gentiū salute stupuisse leguntur. Et Paulus Ro. 15. Iudæorū ministrū fuisse Christum, & gētes misericordiā cōsecutos ad ruinā Iudeorū doceat. Sed & Christus Ioannis. 4. Salus, inquit, ex Iudæis. Modeste itaq; dixisset matrē ecclesiarū, sed matrē oim ecclīarū hyperbole ē nimia. Ro. xv.

FABER

EEm tibi hyperbolen hic esse, quā Hebræi גוזמא dicūt, quo Nicolaus Ro. ecclesiam uocat omniū matrem. At nōdū erat reiiciendū. In geographia Ptolomæi reperit id a qbusdā hyperbolice dictū, qd est de distātia Garamantū & Aethiopū. Et apud alios graues auctores multi sūt sermones hypbolici, imo teste Cyrillo, hypbolice dictū est, cū Ioānes inqt. Ptolomeus in lib: Geogra. Cyrillus

Sũt alia multa, quæ fecit Iesus, quę si scribant̃ p singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse libros, qui essent scribẽdi. Nec quisq̃ absurdũ putet in diuinis libris hiperboles esse. huius generis sunt illa. Facilius est camelum per foramen acus ptransire, quã diuitem intrare regnum cœlorum, quum nihil aliud intelligi uellet, q̃ esse difficillimum, ut diues obtẽperet euangelicæ doctrinæ. Item apud Lucam, ubi parabola iubet ad conuiuium adhiberi debiles/cœcos & claudos, nihil aliud significat̃ q̃ abiectos & calamitosos esse subleuandos beneficio gratuito. Et certissimum est apud Hieronymũ in Ioelem. c. 2. hic esse hyperbolen, quando dicit̃. A facie istiusmodi locustarum terra fluctuare uideatur. Deniq; præ multitudine locustarum obtexentium cœlum, Sol & Luna conuertent̃ in tenebras, & stellæ retrahent lumen suum. Et aperta erat hyperbole, qua dicebatur Deutero. 9. Audi Israel, tu transgredieris hodie Iordanem, ut possideas ciuitates ingentes ad cœlum usq; muratas. Origenes indicat hyperbolen esse, quod in Genesi scriptum legimus. Lauit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Quis enim abluit uestes suas in uino? Verum his uerbis nil aliud intelligi uoluit quam insignem & exuberantem agni fertilitatem. Idem hyperbolen esse putat, quod Paulus scripsit, Romanorum fidem prædicatam in uniuerso mundo, quum multis esset ignota regionibus. Et Hieronymus parem hyperbolen esse credit, quũ Paulus ita scribit ad Galatas. c. 4. In pincipio dilexistis, ut si fieri potuisset, eruissetis uobis oculos, & mihi ut omnium uestrum luminibus plus cernerẽ, dedissetis. Optabatis uos quidẽ cœcos esse per ineffabilem in me charitatem. D. Augustinus in epistola ad Publicolam, quæ inter cæteras numero censetur centesima quinquagesima quarta putat in illis uerbis Christi, quibus prohibet in totum ne iuremus neq; per cœlum/neq; per terrã/neq; per aliud quicquam, hyperbolen esse. Plus enim dixit quam sensit, quo uehementius pterreret a piurio. Qđ si in his aliisq; scripturę locis nõ reprobat̃ hyperbole, quid peccarem etiam, si hanc uelim tueri hyperbolen? nolo tamen, ne contra uerbum apostoli uidear esse litigiosus in re sacra/atq; diuina. Et iã plus cordi est, ac enumerare placet. Ecclesia Romana pro sano intellectu cur mater dicatur ecclesiarũ, Marcus scribit ad Athanasiũ & Aegyptiorũ episcopos sic dicens. Hæc sancta & aplica mater omniũ ecclesiarũ Christi ecclesia, quæ per oipotẽtis

Hieronymus

Origenes Genesis. xlix.

Paulus ad Ro. i.

Paul. ad Gal. c. iiii.

August.

Matth. v.

Marcus

Cur ecclesia Ro. omniũ aliarũ mater esse dicatur

dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunq̃ errasse probat. nec hæreticorum nouitatibus deprauata succubuit. Sed ut in exordio normam fidei christianę percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata fide fine tenus manet, sed m ipsius dñi saluatoris diuinam pollicitationem, qui suorum discipulorum princi/pi in suis fatus est euangeliis, Petre, inquiens, ecce Satan expetiuit, ut cribraret uos, sicut qui cribrat triticum. ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. & tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos. Immo Ro. ecclesia prima esse dicitur, q̃ in ea præsedit Petrus. Cui dominus iuxta uerbum Ambrosii principatum dedit ecclesiæ. Ambro. Qui, sed'm Chrysostomũ, præsul fuit ecclesiæ. Et ad uerbum Aug. Chrysost. totius ecclesiæ tenuit principatum. Hæc & alia de Petro dicta, si August. conferre uolueris, longe maiorem habet hyperbolen, q̃ q̃ a Nicolao dictum est. Et licet Hierosolymitana ecclesia prima fuerit, at quia Hierosolymitana quamdiu uixerunt illic apostoli, Petrus princeps & caput erat. Et eccl'ia prima quõ nunquid nõ potissimam illius ecclesiæ partem lucratus est Petrus. Siquidem qui tot millia hominum uno sermone conuertit. Sed q̃ Actuum Hierosolymitanam ecclesiam matrem esse probas ex Paulo, q̃ spi/ritualium participes facti sunt gentiles, non ignoro completã esse prophetiam de Sion. Exibit lex & uerbum domini de Hierusalem. Sed per id nõ simpliciter mater. i. superior dicetur. Qd si Paulum Esaiæ. ii. obieceris q̃ Hierusalem sit mater omnium nostrum, dico id uerũ esse. At prius dixerat Paulus de illa Hierusalem, quæ sursum sit. Ad Galat. iiii. De ea commentaria Hieronymi loquuntur, & alii. Et expresse Hieronymus hoc habet in epistolam ad Ephesios. c. 4. Item Augustin9 Hieron. in ep'lam ad Ephesios inquit in lib. de cathezizandis rudibus. c. 21. Sicut Hierusalem si/ August. gnificat ciuitatem societatemq́ sanctorum, ita Babilonia significat societatem / ciuitatemq́ iniquorum. Sed uideamus an aliquid ex euangelio pro illo primatu possimus habere. Legitur in euangelio Matth. xxiii. dixisse dominum. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophe/tas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Et idem paucis uerbis mutatis inuenitur in Luca. Præsciuit itaq́ dominus olim quid futurum esset illi ciuitati, unde illi primatum dare non promisit. Addo q̃ res non sine mysterio est, q̃ legitur Christum non in, sed extra Hierusalem ascẽdisse in coelum, illicq́ discipulos

Math.vlt. ad prædicandum misisse. Unde Matthæi.ultimo. Undecim discipuli abierunt in Galilæam in montem,ubi constituerat illis Iesus, Et uidentes eum adorauerunt eum.quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis dicens,Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes baptizantes

Lucæ vlt. eos in nomine patris,& filii,& spiritus sancti. Lucę ult.Eduxit eos foras in Bethaniam,& eleuatis manib9 suis benedixit eis. Et factũ est dũ benediceret illis,recessit ab eis,& ferebat in cœlũ. Actuum

Actuum.i. primo.Quum uidẽtibus illis eleuatus est,& nubes suscepit eum ab oculis eorũ,reuersi sunt Hierosolymam. Quum itaq; ciuitas pacis seu ciuitas uisionis pacẽ habere,imo ueritatem uidere noluit.Unde

Hier.ad Mar.lvi. educti sunt discipuli extra ciuitatem,quasi non illic,sed alibi matrẽ ecclesiarum fundare uoluerit. Deniq; Iosephus,qui uernaculus est scriptor Iudęorum,asseruit illo tẽpore,quo crucifixus est dominus, ex adytis tẽpli uirtutũ cœlestiũ erupisse uoces dicentium, Transmigremus ex his sedibus. Nec opus fuerit ut per omnia cõueniat,

Hier. in epistolã ad Eph.c.v. cum dicimus ecclesiam Ro. matrem esse omniũ ecclesiaꝝ.Siquidẽ notissima est allegoria post Paulum per Adam intelligi Christum, & per Euam ecclesiam.Quomodo de Adam & uxore eius omne hominum nascitur genus,sic de Christo & ecclesia omnis credentium multitudo generata est,quæ unum ecclesiæ corpus effecta, rursum

Ioannis.x. Cyprianus in latere Christi ponitur,& costę locum replet,& unum uiri corpus efficitur.Ipso dño in euangelio postulãte,Pater da,ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & ipsi in nobis unum sint. Et apertum est Cypriani testimoniũ,Petri cathedrã atq; ecclesiam esse principalẽ, unde unitas sacerdotalis exorta est. Sed q̄ ecclesia Iudæoꝝ primo fundata legitur,& Iudæis primo prædicatum euangelium, res est alterius mysterii. Cur enim putas Christum in Galilæam esse profectum, nisi ut sibi ex gentibus sponsam sumpturis ecclesiam,filii

Ad Romanos.xi. Israel primam benedictionem haberent? Illis enim credita erant eloquia dei,& promissio,& legislatio,& confectio testamenti. Uerũ illi credere noluerunt ad Iacob minorem populum benedictionem esse translatam,innuit. neq; tamen minorem filium penitus fuisse despectum,quia cum subintrauerit plenitudo gẽtium, tunc omnis Israel saluus fiet. Primo Iudæis erat prędicandum,sicut & apostoli primum in synagogis dominum nunciabant. Sed quia non recepere salutem,conuersi sunt ad gẽtes. Unde actuum.28. Notum sit

uobis,quia gentibus missum est hoc salutare dei,& ipsi audierunt. Venerat lux in mundũ,& magis Iudæi dilexerunt tenebras. Vnde ut est apud Hierony. in Esa.c.60. Lumen quod super Hierusalem ortum fuerat,per apostolos dominus transmiserat ad gẽtes. Vnde Actuũ.1.Eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria usq; ad ultimum terræ. Per hæc tamen nemo subinfert Hierosolymitanam ecclesiã fuisse superiorẽ. Sed quid opus est uerbis, inquit Petrarcha,cum res ipsa testat? Petrus totius ecclesiæ tenuit principatũ,iuxta uerbum Theophili/Augustini/& alioꝝ. Nimirũ si sedes illius principatũ obtineat. Sed ꝙ contendis ea ꝓpter Hierosolymitanam ecclesiam primatũ habere debere, ex eo ꝙ hic primo cœperint ꝑdicare discipuli. Dic ergo an non eadem ratione Capharnaum primatum habere deberet,ex eo ꝙ Matthæi.4.legitur.Iesus secessit in Galileam,& relicta ciuitate Nazareth,uenit & inhabitauit ciuitatẽ Capharnaum maritimã in finibus Zabulon & Neptalim,ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetã. Terra Zabulon / & terra Neptalim/uia maris trans Iordanem Galilææ/ gentium populus,qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnã, & sedẽtibus in regione umbrę mortis,lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere,Pœnitentiã agite,appropinquabit enim regnum cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ. Et hoc idem habet apud Marcum dicentẽ,Venit Iesus in Galilęã, prædicans euangelium regni dei,& dicens &c. Et Lucas sic habet. Regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam, & fama exiit p uniuersam regionem de illo,& ipse docebat in synagogis eorum,& magnificabatur coram omnibus. Qđ si primum miraculum uelis & Chanã primatum habere dices. Nam in Chana Galilææ fecit initium signorum,& manifestauit gloriam suam,& crediderunt in eum discipuli eius. Sed nec id factum est,sed ea ecclesia primatum consensu patrum obtinuit, in qua Petrus apostolorum princeps & imperator totius orbis dominus præsedit/atq; regnauit. Et hoc etiã forte mysterium est, ꝙ omnia ירושלם Hierusalaim in biblia hebręa scribũtur sine , iod finali,& perinde ירושלים Hierusalaim, præter quinq; quę scripta sunt integrã ; ratio est,quia dispersę sunt gentes,& destructa est ciuitas.

Hieronymus
Actuum.i.
F. Petrarcha
Math.iiii.
Marcus
Lucas

Eptimus. Nicolaus iterum dist.22.c.Omnes. De quo textu nescio quid dicam. Nam prope corrigo meã propositionem, & dico Ro. ecclesiam esse superiorem. probatur ex deliramentis cuiusdam ineptissimę paleæ nomine Ro. pont. ecclesiã Christi illudẽtis. Audi quæso per Christũ quid hic dicat. Omnes inquit siue patriarcharum / siue cuiuslibet apicem, siue metropoles primatus, aut episcopatuum cathedras, uel ecclesiarum cuiuscunq; ordinis dignitatem instituit Ro. ecclesia. Illam uero ipse solus fundauit, & supra fidei petram mox nascẽtis erexit, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero terreni simul & coelestis imperii iura cõmisit. Rogo te lector de Ro. põtificibus & ipsa Ro. ecclesia tot millibus martyrum in coelo & terra fulgente alia quæ potes sentias, modo propitius sit tibi Christus, ne hoc decretũ credas editum ab ullo Ro. pontifice saltem sciente primum uerbo Christi solam Ro. ecclesiam fundatam garrit. Hic impius quisqs est Ro. nominis ementitor. Cæteras autem (sequitur) nõ Christus sed Ro. ecclesia fundauit, quia Ro. ecclesiam supra fidei petram erexit, Supra quam petram quæso alias ecclesias erexit, an supra harenam? Non credunt idem Ro. ecclesia & aliæ ecclesiæ? Nen sũt ipsæ etiam ecclesiæ? Si sunt ecclesia Christi, cur tu impiissimo ore resistis Christo dicenti, Super hanc petram ædificabo ecclesiã meã, Non etiam ecclesia Christi est? & Christus affirmat eã ædificandã supra petram fidei? Impio iã errore dicit ad ecclesiam Romanam pertinere, & non ad alias omnes. Te nunc appello lector ut iudices an hęc decreta modeste uel imodeste frigidissima dixerim, quæ uerius impiissima dicere debuissem, nõ q; Ro. pontificum sint, sed q; nomine eorum uulgentur, & per ipsa iam multis annis adulentur summis pontificibus, has insanias nihil curãtibus, quin & suauiter audientibus. Igitur euangelium, hoc interprete sic intelligemus / & locupletabimus. Ego supra fidei petram ecclesiam meam Romanam, Romana autem ædificabit supra suam sententiam ecclesias suas non meas, quia meam supra fidei petram ædificabo. Ecce nunc eant adulatores, & statuant nobis scripturę sanctæ interpretationem ad Ro. pontificis scribas pertinere. Dein uide quid sit in curia Romana iuristas dominari, & sine theologis ac sacris

literis de sola potestate & spiritus sancti præsentia præsumere, hoc est per solam potentiam scripturas tractare. Cęterum iuxta Augustini regulã, & Romanus & omnis pontifex cuiuslibet fidelis etiã iudicio maxime in materia fidei subiacet.

FABER


Diuus Augustinus in libro de doct. christ. c. 19. pulchre nobis ostendit quõ sit temperate docendum. detestatur & eos in lib. de ouibus. c. 8. qui pedibus suis aquã alioquin puram turbidam faciunt. Et tu mi Luthere hic si nos docere uolebas, modestius facere debuisses. Deliramenta/ineptissimas paleas/emẽtitã adulationem, & id genus fulmina emittis. Ea quum nõnulli in ore tuo frequentissima esse audirent, ausi sunt te hãc uocare ollam succensam, quã uiderit Hieremias. & maxime cum facies sit a facie Aquilonis. Sed dicis ad correctionẽ. hæc dico, Credam tibi. sed id imoderate agis. nec ea propter laudem aut coronam habebis a dño. Non enim correctionis debitas leges obseruas. Siquidem ad correctionem plura exiguntur. Fit enim sæpe, ut Hilarius in Matth. canone. 5. ait, ut adsumamus nobis arguendi aliquas auctoritates sine ullo propriæ emendationis exemplo, & mendendæ charitatis alienæ iactantiam pferamus, ipsi in tenebris corrupti luminis constituti, quum difficile sit quẽquam præstare qđ exigat, & optimum sit exemplo potius docere q̃ dictis. Cura ergo proprie est adhibenda cœcitati, quia & natura rerum est non prius aliquem purgandæ de oculo fratris festucę idoneum effici posse doctorem quam de mentis suæ lumine trabem perfidiæ grauãtis ciecerit. Qđ si hęc erga proximum quemq; fiunt, quid putas erit erga pontificem non summũ, imo illo inferiorem? Hæc nõ dico ut mea sint, sed ut olim non tam gentilicię quam christianæ modestię memineris. Dic mihi quid cõmune christiana religio cũ tuis illis spurcissimis ledoriis & scommatibus habet? Tu si in aduersarium tuũ sępe luseris, ne obliuiscatur, quia salsamenta uendiderat, aut tu memineris qñ se ille brachio emungebat, ueluti est apud Macrobium in. 7. quid ptinebit ad rem, an ad destructionẽ, an ad ædificationẽ? Dicent optimi quiq; satis hic esse loquẽtiæ, sapientię parũ. Brasidę igitur modestia, cuius Thucidides nõ sine laudis pconio meminit,

Margin notes: August. — Hieremiæ. I. — Hilarius — Macrobius — Thucidides

duxerim utendum esse. Sed imoderatum ingenium in quemcunq;

Apuleius proruerit, modū no habet, ut est apud Apuleium de dogmate Platonis. Ideo aut semper ei deest aliqd, aut redūdat. Qd' si nec adhuc obtemperans/aut acquieueris, imo ita libuerit. Vide quam iniuste hanc satyram in Nicolaum papam moueris. Scribit Nicolaus de Romana loquens ecclesia, q hanc ipse solus fundauerit, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero terreni simul & cœlestis imperii iura cōmiserit. Hic subinfers hisce uerbis tantum intelligi, quasi dominus alias non fundauerit ecclesias, qd' tamen ex Nicolai sententia extorquere non potes. An non simile est quod Deuteronomii. 32. Deutero. xxxii. dicitur? Dominus solus dux eius fuit. Nunquid hic dominū prohibemus ducem fuisse apostolorum? Et simile est, quod psalmo. 135. dicit. Fecit magna mirabilia solus. Nunquid ex illa sētētia, Solus Christus Romanam fūdauit ecclesiam. Sequitur ergo. Alias ecclesias Christus minime fundauit. Forsan si ita dixisset Nicolaus, Solā Ro. eccle. fundauit dñs, ergo nō alias fundauit ecclesias, staret qd' dicis, Nec hic necesse fuerit, ut ex theologico fōte hic aquā haurias quum non sit grammaticus quisq̄, qui non ista intelligat. Sed qd' addis in fine Ro. pontificem etiam cuiuslibet fidelis iudicio subiacere, satis durum uidetur. Noluit Constantinus episcoporum

Constantinus causas iudicare. Sunt & sanctorum patrum sanctiones, in quibus est pulcherrimus ordo de iudicādis presbyteris atq; episcopis. Has infringere impiissimum esset, Sed illa forsan tanquam frigida contemnis. Scis non absq; causa scriptū esse Lucæ. 12. dixisse dominū.

L. cx. xii. Homo quis me constituit iudicem? Qd' si & hoc euangelii uerbū in alium traxeris intellectum, scis in epistola ad Timotheum ita

.i. Timoth. v. scriptum. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Qd' si Timotheo soli non licuit accusationem aduersus presbyteros recipere, cur cuilibet christiano liceret Romanum iudicare pontificem? ut quis recte iudicet, non

Esaiæ. i. parua exigitur prudētia. Vnde Esa. 1. Quærite iudicium. Vbi scdm

Hierony. Hieronymum, non est omnium recte iudicare, sed eorum, qui pru-

Salomon dentes sunt. Et Salomon in uisione per somnium hoc a deo postulauit, ut accepta sapientia, iuste populū iudicaret. Vulgus hoc rude quomodo iudicabit, quod nunq̄ didicit? Nunquid non uerum est, Omnis qui nō didicerit iustitiam, super terrā ueritatem nō faciet? Discenda ergo est iustitia, & magistrorum terenda sunt limina

Adeo hoc iudicium uulgare contemnendum esse credit Hierony. ut etiam ad Pamachium scribens, primam monachi uirtutem esse putarit, uulgi contēnere iudicia. Nolo hic dicere de trabe & festuca in euangelio. Id unum addo, aliena iudicare, ne sutor ultra crepidā periculosum est. Sed breuiter apertissima contra te stat Hilarii /ac Ambrosii sententia, scilicet ꝙ in materia fidei nullus laicoꝝ etiam si fuerit imperator possit iudicare. De eo ꝙ iura cœlestis ac terreni imperii habeat Petrus, ex Hilario probabimus.

Hierony.

In materia fidei qs iudicari habeat

LVTHERVS



Iam illud q̄ euangelice dictum est, ꝙ cœlestis imperii & terreni iura Petro cōmisit. Obsecro non est hæc res omnibus lacrimis digna, ꝙ hæc non modo legere, sed etiam credere pro oraculis spiritus sancti urgeamur, ut ignem minenť, si cōtra quid mutiamus? Atq; ita fit, ut hęc maiore timore & religione amplectamur, qua ullū uel aliud fidei uel moꝝ præceptum diuinum, ubi ignem nemo minatur, quin glorificanť, & adhuc bonum statum ecclesiæ somniamus, nec Antichristum in medio templi agnoscimus. Igitur uox ista blasphemia est impiissima, ꝙ Petrus iura cœlestis imperii teneat, cū solū ministerii uerbi teneat in terra. Christus solus est dn̄s cœli & terrę. Deinde imperiū & terrenum Christus docuit & Petrus contemnere hic non solum non habere, sed etiam iura eius in manu Petri constituit. Hinc secutum est malum, ꝙ adulatores Ro. pontificem in utroq; regno dominum cōstituūt, qđ nec Christo quidem datum est, qui suum regnum negat ex hoc mūdo esse. Mirum autem ꝙ Petrus Neronē principem passus est nō modo in Roma, sed etiam in sua cruce, qui potuit ei iura terreni imperii auferre. aut certe friuolum & impurū est, successorem Petri hoc præsumere, quod in Petro non fuisse cernitur. Pereant ergo arrogantissima uocabula ista imperii cœlestis & terreni imperii. Soli hæc deo conueniunt. Ministro ecclesiæ & sacerdoti Christi seruo modestiora tribuātur. Sequitur eadē palea. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud uerbum, quo constructum est cœlum/& terra, per quod deniq; omnia condita sunt elementa, Ro. fundauit ecclesiam. Vide monstra. Aut hæc de sola Romana ecclesia dicuntur. Et sequitur omnes alias ecclesias esse

terrena sententia statutas & sine uerbo dei, sine quo nihil factũ est. Et sic omnes aliæ ecclesiæ sunt nihil, aut simul etiã de aliis ecclesiis intelligendum est, esse scilicet eas per uerbum dei, q̃ omnia cõdidit statutas. Et sequitur hinc nihil singulare de Ro. ecclesia dici, nisi inanem pompam syllabarum & ita decretistam hunc aut intelligibili impietate negare cæteras ecclesias una cũ Christo, aut seipsum sua inscitia manifestissime irridere.

FABER



Ota tua eo tendit oratio, ut Petrus dici nõ possit habere iura terreni simul & cœlestis imperii. Dic mihi Luthere an non pontifex possit excõmunicare? certe iudicio meo hoc facere potest. Fecit hoc Paulus, qui Corinthium peccantem tradidit Sathanæ in interitũ carnis. Potuit hoc facere Petrus. Et tempore Cypriani Stephanus hoc fecit Ro. sedis episcopus. Ita est apud August. de unico baptismo contra Petilia. c. 14. Sed & excõmunicare ius quoddam est & quidem temporale, quanq̃ spirituale etiam dicatur, & ad ecclesiasticum spectat principatum, ut est apud Origenem in Matth. Et propterea idẽ homel. 2. super lib. Iudicum sic ait, Non solum per apostolos suos deus tradidit delinquẽtes in manus inimicorum, sed & per eos qui ecclesiæ præsident. & potestatem habent non solum soluendi sed & ligandi traduntur peccatores in interitum carnis, quum pro delictis suis a Christi corpore separantur. Et (ut mihi uidetur) dupliciter traduntur etiã nũc homines de ecclesia in potestatem Zabuli, uno modo quo superius diximus, quum delictũ eius manifestum sit ecclesiæ, & per sacerdotes de ecclesia pellitur, ut notatus ab oĩbus erubescat, cõuerso eueniat illi, q̃ sequitur ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Hæc Sathanæ traditio nunquid non quoddã ius terrestris imperii dicitur? aut si malueris, nunquid non ob certa crimina quis a cõmunionis cõsortio eiicitur, sicut est apud Ambro. in psalmo. 118. sermo. 8. & nonnisi ad tempus admittit. & hoc recte fit ex ecclesiastico principatu, ea fiunt equidẽ super terram. Repræhenduntur tamẽ hi, qui dumtaxat mortuis sepulturam negant, ut est apud Ambro. in lib. de Thobia. Taceo q̃ excommunicationem ferant, quæ non nisi rarissime etiam in gradiẽtes super terrã, ferẽda est. sicut

.1. Corinth. v.
Stephanus
August.
Origenes
Homines Satanę traduntur dupliciter
Ambro.
Ambro.

est,sicut est apud Origenem in Matthaeum homelia.12. Sed nunquid non Petri potestas, quae est in ligando/& soluendo, super terrã exercetur?,ita sonante euangelio. & quod Petrus operatur in terra, Christus confirmat in coelo. Non ergo tam grande peccatum committitur,si Petrus dicit habere iura utriusq; imperii. Sed & simile dixit Hilarius in psalmo.131. ubi sic ait. Sed ante hanc requiem & apostoli eligunt,& soluẽdi ac ligãdi & in terra/& in coelo ius sortiuntur,& potestatem aduersus uirtutem omnẽ aduersariam sumũt. & templum dei sunt. & ipsi ex lege uenientes, dignum deo Iacob tabernaculum sunt reperti. Et idem in Matthaeum canone.16. sic ait. O beatus coeli ianitor, cuius arbitrio claues aeterni adytus traduntur:cuius terrestre iudicium/praeiudicata auctoritas sit in coelo, ut quae in terris ligata sunt,aut soluta, statuti eiusdem cõditionem obtineant & in coelo. Dic tu mihi an hic Hilarius gallico suo cothurno damnetur, qui scribit aperte esse terrestre iudicium? Et tu mihi responde,cur dixerit ille,terrestre iudicium? An non ob eam rationem,quam supra signaui? Sed eo forte dũtaxat pergis, q sub Caesare sit Pontifex,sub Rege sit episcopus,sub principe sacerdos. Ad haec audi Ignatium a mille quadringentis annis ita ad Philadelphienses loquentem principibus, Subditi estote Caesari,milites principibus, dyaconi presbyteris,ut sacrorum administratoribus. Presbyteri uero & dyaconi atq; omnis clerus simul cum omni populo & militibus atq; principibus, sed & Caesares obediant episcopo,episcopus uero Christo. Haec sancta Ignatii anima in episcopalis dignitatis honorem dicere non ueretur. Et tu quemodo dicis pontificem iudicandum ab omnibus,& q laicorum etiã in materia fidei debeat expectare sententiam? Sed & iterum audi quid scribat idem Ignatius ad Smyrneñ. scriptum est. Honora fili deum. Ego autem dico, Honorate quidem deum & auctorem omnium & dominum, episcopum autem tanquam principem sacerdotum/& imaginẽ dei ferẽtem,principatum quidẽ secũdũ deum, sacerdotiũ uero sedm Christũ. Et post hũc etiã honorare oportet regẽ. Nemo enim potior est deo,neq; similis ei,neq; ẽpo in ecclia honorabilior sacerdotiũ deo gerẽti p mũdi salute.neq; regi qs similis ẽ in exercitu, pacem & beneuolentiã oibus principibus cogitãti. Qui.n.honorat ẽpm,honorabitur a deo.& qui inhonorauerit eum,a deo inhonorabitur. Si enim quis cõtra regem insurgens,damnatione dignus est,

Verba Chrysost.

Hilarius

Ignatius

Ignati. Smyrneñ

AA

quomodo ultionē euadere poterit, qui præter epm aliquid egerit? hæc Ignatius non iampridem natus, sed Ioānis illius, qui recubuit supra pectus domini, discipulus, qui & olim pro fide Christi Romæ pugnauit ad bestias. Sed quid multis moror? Quomodo Petrus acceperit iura cœlestis ac terreni imperii, Christus declarat dicens, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. & quodcunq; solueris super terrā erit solutum & in cœlis. Si claues itaq; habet regni cœlorum, nūquid non ius habet regni cœlestis? Qd si hoc ipse operat̃ in terris, dicēte Chrysost. deus confirmat in cœlis. Nunquid non utriusq; imperii iura habere dicetur? Nec quisquam contra dixit unq̄ dñi esse terrā & plenitudinem eius orbis terrarum, & uniuersi qui habitāt in eo. Tamen in his quæ ad munus soluendi ligandiq; pertinēt, uicarius Christi agit, quod & iam in locis pluribus ostendi. Sed addis.

Chrysostomus

LVTHERVS



QVod si de constitutione ecclesiarum iuxta dignitatis gradus loquitur, non iuxta substantiam, patet ex prædictis, q̄ peruerse hoc uerbū Christi de fide totius ecclesiæ uniuersalis torqueat ad potestatem unius hominis Christus ecclesiam suam super petrā ædificare se dicit. hic uero nō, sed dumtaxat Romanam, hoc est cæteras ecclesias nihil facere, & Christum negare. Porro si cæteræ ecclesiæ sunt terrena sentētia statutæ, & hanc sententiam Romanæ ecclesiæ esse dixit, suo ore sese damnat, suam sententiam esse terrenam non diuinam dicens. Et ubi manet q̄ uocem Petri tanq̄ diuinam nō terrenam audire oportet? Porro quis constituit ecclesiam Hierosolymitanam, antequam Romana esset? An non Petrus uerbo dei Ro. ecclesiam constituit. Verum si de dignitatis cōstitutione loquit̃, nō de substantia ecclię, tūc arguo sic. Ro. ecclesia est diuino uerbo aliis superior cōstituta. Ergo necesse erit ut eodem uerbo cæteræ ecclesiæ sint ei inferiores statutę, quia nō potest statui superior, nisi sint quibus superior statui possit. Vbi ergo est qđ supradixit, Inferiores cæterarū ecclesiarū ordines a Ro. ecclesia institui nō uerbo diuino, quo uult sola cōstitui ipsa? Nam quō Christus potuit statui dñs, nisi simul gentes & termini terræ subiicerētur, & mons Sion, cui Rex præficeretur.

Adde his, si quis dicat. Si Romana ecclesia diuino uerbo fundatur super omnes, oportet ergo & eas certas nominari, quę uerbo diuino subiiciantur. Age. Esto ergo hæc sententia diuina, Romana ecclesia est aliis superior. Dic ubi scriptum sit eius corollariũ, Ecclesia Mediolanensis est eius inferior, aut alia? Si nulla nominat, nulla subesse debet, præcepto saltem diuino. Quid hic melius dici potest q̃ ꝙ uerbum Christi nec de superioritate / nec inferioritate ecclesiarũ intelligi possit, sed de sola eadem inuictaq; fide & potestate omniũ ecclesiarum ęqualiter. Vides ne quid sit sacras literas pro humano affectu & sine timore dei tractare? Sequitur. Illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Vide quæ corollaria inferat. Verbum Christi de fide ad potestatis significationem detortũ priuilegium fit Ro. ecclesiæ in uerbo, quod cõmuniter omnibus ecclesiis conuenit, quia Christus dicit, Super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. Meam inquit. Si ecclesia quælibet est ecclesia Christi, ipsa certe ædificata est super eandem petram, & nullum est ulli priuilegium. Si non est ecclesia Christi, & sola Romana est ecclesia, priuilegium non stat. quia nulla est ecclesia, cui Ro. superior esse possit. Item dico pronomen meum, aut significat solã Ro. ecclesiã, aut omnem ecclesiam. si solam, non habet priuilegium.

FABER



Robatum est multis argumentis ac auctoritatibus Petro creditas oues. Sicut & olim dixit ad Dauid dñs, אַתָּה תִרְעֶה אֶת עַמִּי אֶת יִשְׂרָאֵל Tu pasce populum meum Israel. Ostẽdi deniq; Petrum fuisse caput apostolorum ex Cyrillo/ex Augustino, imo græcis ac latinis id euidentissime patet. Et sunt qui asserunt Hieronymũ scripsisse quomodo Porphyrius etiã uocauerit Petrum principem apostolorum, cuius tamen in pręsentiarum ego non memini. Tamen certum est ꝙ hoc Petrus obtinuit, non ex se, ita ut sese ille præfecerit, sed fideli testimonio domini factum est istud. Non ergo humana sed diuina sententia cæteris ꝑlatus est Petrus. Hanc sancti patres in synodo Nicena cõsiderantes ordinarũt absq; Ro. pontificis sñia nullũ conciliũ celebrari debere, qđq; ad hũc tãq ad superiorẽ fuerit appellãdũ. Sed tu dic, Cur pro primatu pugnarunt olim Antiochena & Ro. de ꝑmatu ꝯtēderũt

Romana & Antiochena ecclesia. item Romana & Cōstātinopolitāa

ecclesiæ? certe quia in utraq; præsedit Petrus. Quanq̄ Romana & Cōstātinopolitana ecclesia pariter inter se & diutissime super primatu pugnarint. At Constantinopolitanus episcopus potissimum propterea primus esse uoluit, quia secum resideret imperator totius orbis dominus. Sed Antiochena ecclesia iustiores causas habebat, tum propter Petrum, tum q̄ huic & sancti & doctissimi uiri præfuerunt Lucas/Ignatius/Theophilus/Serapio/Babila/Lucianus Euagrius/Ioannes/Eustachius. De quibus omnibus passim diuus Hierony. Ignatius etiā, qui secundus fuit illius ecclesiæ episcopus, teste Eusebio in tertio ecclesiæ hist. libro. c. 22. ad Antiochenses scribens, hortatur ut memores sint beatissimi Enodii pastoris, qui sit illius primus ab ap̄lis antistes ordinatus. Et quanq̄ Alexandrina ecclesia fuerit a sancto Marco gubernata, & suæ p̄rogatiuæ causas habuerit non mediocres. Siquidem & ipsa a discipulo Petri instituta, uiros sanctos atq; doctissimos habuit Panthenum/Clementē Origenem/Dionysium Origenis auditorem/Machionem/Presbyterum Pierium dictum/Iuniorem Origenē/Athanasium/Didimū Maximum &c. Sed quid de utraq; putas esse factum ecclesia? certe consensu atq; iudicio patrum non Antiochena, sed Romana præponitur ecclesia. Et Alexandrina ecclesia Romanæ se gaudet esse participem. Et ego nunq̄ crediderim si totidem sanctissimi uiri nō intellexissent Petro non terrena sed diuina sententia deberi primatum, nunq̄ passi fuissent Antiochenā uel Alexādrinā ecclīā decreto patrum aliquando subdi. Monstrauit hoc sat pulchre Leo ille sanctissimus scribens ad Maximum Antiochenum episcopum. Et cū ita in Leonis nomen incidimus, si perspexerimus epistolas, quas scripsit ad episcopos Constantinopolitanos Flauianum/Anachorium, immo ad presbyteros Constantinopolitanos/ad Dioscorum episcopum Alexandrinum/ad synodum Chalcedonēs. ad synodū Ephesinam/Iulianum episcopum Choensem Palestinos, Galliarū episcopos per Cāpaniam, Nicetam, & Ianuarium ep̄os Aquilegiēs. episcopos per Siciliam/& Italiam/ac Germaniam/& Gallias Viennensem/Arelatensem/Narbonēs, imo ad episcopos intra Thraciā & Hispanias. Et sic totius orbis terrarū ep̄os facile cōiectare possumus quid sibi uoluerit, imo in oībus his scriptis euāgelii uerbū/& Nicenæ synodi q̄uo decretū obiecerit. Sed ad tua sermonē uerto. Sic Ro. dicimus esse primā ecclesiā, p̄pterea q̄ in ea p̄sederit is qui

Antiochena doctos habuit viros

Eusebius Ignatius

A Marco Alexandrina ecclesia, quę & doctis viris claruit

Leo

Ro. ecclesia p̄lata oībus, cum caput ap̄loꝝ in ea præsederit.

pcipuus princeps & caput fuit apostolorum, primus ecclesiæ psul, & pastor, cui totus dñi grex imo totus orbis terrarum cōmendatus fuit. Et fuit is Petrus uelut alter Moses, de quo Exodi. 18. & Numeri. 11. legitur dominum dedisse de spiritu, qui erat in Mose septuaginta uiris ab illo in adiutorium suum electis, per quod significatur potestas regiminis a summo ecclesiæ præsidente, iuxta Dionysii sententiam, in alios deriuanda. Hoc intellexerunt procul dubio sanctissimi patres, unde primatum hunc in Petro ac eius ecclesia tollere noluerunt. Scis deniq; scriptum esse apud Ambrosium in priorem epistolam ad Corinthios. c. 12. Sicut idolorum imago in ministris eius est ordinem suum habens per singulos gradus, totum tamen hominis est. Ita & in lege dominica gradus Charismatum sunt officiis ecclesiæ. non utiq; meritis humanis indulti, sed ut membra ad ædificationem ecclesiæ pertinentia, quæ per se & in se habent gloriam, sicut est etiam in humanis officiis. Scholæ enim sunt, quæ positis in se, dant dignitatem, ut loci honor hominem faciat gloriosum, non propria laus. hæc Ambrosius. Non ergo tuum enthimematicum subsistet argumētum, quod de superiori ac inferiori finxisti. Nam non solum Mediolana ecclesia fuit inferior, sed & aliæ post Nicenam synodum fuerunt inferiores. Hoc recognouerunt orientales & Aegyptiorum ecclesiæ, agnouit Cyprianus, nō negauit Hilarius, & suo refugio sanctus testatur Athanasius. Quid q; sanctus Hieronymus ad cathedram Petri tanquam ad sacram confugit anchoram, etiā prope Antiochiam habitans, ut est in epistola ad Damasum papam. Non ergo sic de superiori & inferiori acuto quasi paralogismo argumentari oportet. Nam ecclesiæ per partes diuisæ fuerunt, testante hoc etiam Gregorio Nazianzeno in monodia, imo creduntur per apostolos esse diuisę, ut infra ex Hireneo episcopo primitiuę ecclesiæ intelliges. Quare non est necesse in rebus tāta antiquitate firmatis, spinosis, & per omnia captiosis uti paralogismis. Qd' si damnationem Stephani ac aliorum obieceris, mihi responde quid hoc sit, Deute. 4. ait Moses. Scitis q; docuerim pcepta, atq; iustitias, sicut mādauit mihi dñs deus meus. sic facietis ea in terra, quā possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hic Hebræi cū Latinis concordi sententia dicūt, Quomodo Israelitę non fuerint obligati ad multa præcepta, nisi quando uenerunt in terrā pmissionis, tūc. n. primo obligati fuerūt ut facerēt quicqd

Exodi. xviii.
Numeri. xi.
Petr⁹ alter Moses
Dionysius
Ambro.
Cyprianus
Athanasius
Hieronymus
G. Nazianzenus
Hireneus

præcepit eis dominus• Ita & de Petro ac illius successore dicemus, quamprimum & quando promulgatum fuit in orbem, quid esset Petrus, quo in ordine locandus• imo quando ecclesiarum fuit facta diuisio, iam omnes ligati fuerũt ea seruare, quæ promulgata ac statuta fuerant• Quod si contempsissent aliqui, non Petrum/non successorem illius dumtaxat spreuissent, sed & contempsissent deum Israel, sicuti legitur in Regnorum libro •1• de Samuele• Sed quid opus est uerbis? Tu in omnibus fere actis apostolicis deprehendes Petrum se talẽ gessisse, qualem principem inter senatores reliquos sese gerere optime conueniebat• Nec mirum fuerit aliquem ab eo qui uia est, inter apostolos reliquis fuisse præpositum• Quum tamẽ his qui adhuc sub lege & in umbra uiuebant, dixerit dñs Deutero• 17• Si difficile & ambiguũ apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem/causam & causam/lepram & non leprã & iudicium intra portas uideris uerba uariari, surge & ascende ad locum, quem elegerit dñs deus tuus, ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui illo tempore fuerit, quæresq; ab eis qui iudicabunt tibi iudicii ueritatem• Et facies quodcũq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus &c•


LVTHERVS



Equitur iterum corollarium tali themate dignũ, unde non est dubium, quia quisquis cuilibet ecclesię ius suũ detrahit, iniustitiam facit• Qui autem Ro• ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum (uide hiatũ istum stentoreum) auferre conatur, hic ꝑcul dubio in hæresim labitur• Ecclesia Romana non habet ius, sed priuilegium, quod? quod est supra petram fidei ædificata• Hoc enim solius Romanæ ecclesię est, isto auctore• Deinde petram fidei intelligit prælationem hanc primatus terreni• Nam hæc duo perpetuo confundit hæc palea• Obsecro quanta patientia ista est, tolerare primum, sicut dixi• Si petra fidem signat, eadem est omnium ecclesiarum, nulla reliquo priuilegio• Si autem non omnium est, eadem sola erit ecclesia Romana non habens, cui præferatur• Secundo, si petra fidei dignitatem significat• Iam sibi ipsi contradicit in eodẽ uerbo, uerbumq; Christi adulterat, fidei significationem in potesta

tis significationem subuertẽs,& spiritum in carnem, Christum ad mundum trahens. Non ergo est hæreticus qui negat hoc priuilegium Ro.ecclesiæ. Sed ille deprauator est uerbi dei,qui per fidei petram intelligit priuilegium potentiæ temporalis.

FABER



ABhorres hoc dictum, quo is in hæresim labi dicitur,qui Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omniũ ecclesiarum capite traditum auferre conatur. Minus horrebis, si hæreticũ tanq̃ Leonem ex unguibus agnoueris. Scis autem ab August.dictum.16.lib. de ciui.dei.c.2.hæreticorum genus esse callidum non spiritu sapientiæ,sed spiritu uersipellis astutiæ,quo solent hæreticorum feruere præcordia, & pacẽ turbare sanctorum. Vnde figuranẽ per Cham medium Noe filiũ, qui callidus interpretatur. Vnde & Ambro.in euangelio Lucæ scribens,hæreticis uulpes comparat. Vulpes enim plenum fraudis est animal,foueã parans,& in fouea semper latere desiderans. Ita sunt hæretici,qui domum sibi parare non norunt,sed circũuentionibus suis alios decipere conantur. Iacob domum habitat, hæreticus in fouea est,ut fraudulenta uulpis gallinæ illi euangelicę dolum semper intendat hoc animal, neq; mansuescit unq̃. Vnde & apostolus ait, Hæreticum post unam correptionem deuita, neq; ullius usui est,aut cibo utile. Non enim de hoc dixit Christus,Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei,qui in cœlis est, quin etiam eas a fructibus suis relegat dicens. Capite nobis uulpes pusillas exterminantes uineas, hoc est q; minorem uineam non maiorem exterminent. Et ideo Samson ad caudas eorum faces ligauit, & dimisit in messes alienigenarum,eo q; hęretici fructus incendere conanẽ alienos latratibus magis sonoris q̃ uocibus excitati. Qui enim uerbũ negat,nec uocem habet,ad præsens ore liberi. Sed in futurum finẽ iam uincti caudæ facibus significantes sui finis incendium. Nec mirum est illos hęreticos scilicet uocari uulpeculas uineam domini demolientes. Nam & Herodi uersipelli dicebaẽ.Ite & dicite uulpi huic. Et pseudo prophetæ uulpibus comparantur,referẽte Hiero. in Ezech.c.2. Quin & in lamia quæ est in lamentationibus Hiere. possunt hæretici accipi,qui humanam quidem faciem,sed beluina

August.

Ambro. in euãg. Luc.lib.vii.c.ix.

Ad Titum.iii.

Ioannis.iiii.

Canticorum.ii.

Iudicum.xv.

per impietatem corda gestant. Hi tunc mammam nudant, quādo errorem suum libere prędicant. Nam, ut est apud eundem Hiero. in Esaiam.c.19. in eo se lucrum putant consequi, si alios decipiant, & ipsi perditi, cæteros perdant. Plerūq; enim in multitudine sectatorum cōfidunt, ut habet iterū idem Hieron. in eundem prophetā .c.22. & hoc mira quadam astutia fingunt & faciunt. Quapropter uulpibus comparatione accōmoda comparantur. Quin etiā lupis comparantur. Bestiæ nempe sunt quæ insidiantur ouilibus circa pastorales uersantur casas, habitacula domorum intrare nō audēt, somnum canum, absentiam aut desidiam pastoris explorant, ouiū guttur inuadunt, ut cito strangulent feræ rapaces, iidemq; natura corporis rigidiores, ut se facile non possint inflectere impetu quodā suo feruntur, & ideo sæpe luduntur. Tū præterea siquem priores hominem uiderint, uocem eius quadam naturæ ui ferunt eripere. Si autem homo prius eos uiderit exagitari, memorantur. Nonne lupis istis hęretici comparādi sunt, qui insidiant ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore q̄ diurno. Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scænæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est, fuscare conantur, explorāt pastoris absentiam. Et ideo pastores ecclesiarum uel necare, uel in exiliū agere contendunt, quia præsentibus pastoribus oues Christi incursare non possunt. Spoliare ergo gregem domini & diripere conantur, qui corporea quadam mentis intentione duri ac rigidi nequaq̄ solent a suo errore deflectere. Et ideo Apostolus ait, Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Nec satis est illos in uulpes ac lupos abiisse. Sed & multicolores sunt, & adeo ut eos agnoscere difficillimum sit. Vnde Hierony. in Esaiā.c.15. eos pardis comparat, quorū in Hieremia uarietates / & maculæ non mutantur, unde ex fructibus illorum cognoscimus illos, in euāgelio dicente domino. Sed forte mirabitur aliquis dicens, Qui sunt fructus illorum? dico ergo primo, sunt impudentissimi omnium. Vnde Hieronymus in Ecclesiasten.c.8. Omnis hæreticus & falsum dogma defendens, impudenti uultu est, & odietur, imo semper fœnum habet in cornu, superbi sunt, ut pulchre idem Hiero. in Abdiam habet. Vnde gēs eodem iterum Hierony. teste in Esaiam.c.19. uocatur excelsa ꝓpter superbiam, qui solent regi suo uel Pharaoni dicere, Filii sumus sa-

Hæretici lupis cōparantur

Naturales insidiæ luporum

Ex fructibus eorū cognoscūtur hęretici. pardis enim similes ex colore agnosci nequeunt

Hieron.

Hieron.

pientum, qui ab initio doctrinam nobis apostolicam tradiderunt. Filii sumus regum antiquorum, qui appellantur reges philosophorum, & habemus scientiam scripturarum iunctam sapientiae saeculari. Secūdo quod hęretici prima uictoria est patere quę tegebantur occulta. Ita Hierony. in Abdiam. c. 1. Vnde cum admiratione dicitur. Quō perscrutatus est Esau. Sed & haec certissima est coniectura, siquādo haeretici insectentur ecclesiasticos. Hanc cōiecturam infallibilem Hieronymus habet ac indicat nō in uno dumtaxat loco in Abdiā Amos caeterosque prophetas. Vnde gigantes dicuntur qui gaudent in errore suo. & tunc maxime gloriantur quādo ecclesiae contumeliā fecerint, ut est apud Hierony. in Esaiam. c. 13. Et forsan ob id Nicolaus papa hunc in haeresim labi dixit, qui priuilegium Ro. ecclesiae auferre conetur. Horum insectatio mirabilis est, ita ut citius crocodili pietatem, ac Hiene astutiam depraehenderis. Siquidem August. in Ioannē tract. 97. sic ait. Omnes hęretici qui se christianos uocari uolunt, audacias figmētorum suorum, quas maxime exhorret sensus humanus, hac occasione euangelicae sententiae colorare conantur, ubi dominus ait. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis portare modo, quasi haec ipsa sint, quae discipuli tunc portare non poterant, & ea docuerit spiritus sanctus, quę palam docere atque prędicare, quantalibet feratur audacia, spiritus erubescit immundus. Vnde Ignatius. Sunt quidam uaniloqui/ & mentis seductores nō christiani, sed Christum mercantes, seductione circūferentes nomē Christi, & cauponantes uerbum euangelii, & uenenum erroris cōmiscentes dulci blandimento, sicut puro melli uirus admiscentes, ut qui biberit illius potus sensuales illecebras, dulcedine captus, inobseruanter morti abdicatur. Nec illa sententia Nicolai tam ab Ignatii dissidet sententia. Sed audi quid ad haec Cyprianus dicat. Neque aliunde haereses obortae sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti dei non obtemperatur. nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos/ & ad tempus iudex uice Christi cogitatur, cui secundum mysteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa. Nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret. Nemo post diuinum iudicium post populi suffragium post episcoporum cōsensum iudicē se non iam episcopi sed dei faceret. Nemo dissidio unitatis Christi ecclesiā scinderet. Nemo sibi placens ac timens, seorsum foris nouā haeresim conderet. Haeresis etiam, teste Ambrosio, uelut quaedam

Hieronymus

Gigātes ac gloriosi Thrasones dicūtur q in errore suo gloriantur

Hieronymus

Nicolaus papa

August.

Haereticum ueris falsa / melli uene cōmiscet oportet

Ignatius

Cyprianus

Ambrosius

hydra tabulas; uulnerib9 suis creuit, & dū sępe recidiť, pullulauit• igni debita, incēdioq; peritura, aut uelut quædam mōstruosi scylla portenti, in uarias formas distincta perfidiæ uelut supernæ uacuū christianæ sectæ nomen obtendit • Sed quos in illo impietatis suæ freto miseros inter naufragia fidei repererit fluctuantes, belluinis succincta prodigiis tetri dogmatis sæuo dente dilacerat• cuius speluncam cœcis latebris inhorrentem/omnemq; eius uiciniam cęruleis canibus inter perfidiæ saxa resonantem clausa quodammodo

Ecclesiast.xxviii. Ad Philippen.iii. aure præterire debemus• Scriptū est enim• Sepi aures tuas spinis• & alibi• Videte malos operarios• Et iterum• Hæreticum post primā

Ambro. correptionem deuita &c• hæc Ambrosius libro•1•de fide•c•quarto•

Cyprianus Et in alio loco • Hæreticus Coraci comparatur apud Cyprianū in epistola ad Nouatianum hæreticū• Addo q; is hęreticus dici potest

August. iuxta uerbum August•in lib• de utilitate credendi ad honoratum, qui alicuius temporalis cōmodi, & maximæ gloriæ / principatusq;

Vide Augusti. in libro de unico baptismate contra Petilianū c.xvi. sui causa falsas ac nouas opiniones uel gignit, uel sequiť• Qđ si hoc uerum est, eum hęreticum recte dicemus, qui Ro• ecclesię primatū totidem annis cōparatum auferre conať • Et forsan ea ppter Aug•

August. contra Petilianū/contra Cœlestium ac alios quosdā ita excanduit • Nec pōtifex ille Nicolaus hic tam de terreno q̄ cœlesti iure Petro tradito debet intelligi• Hoc siquidem turbare aut diripere impiissimum duxerim • Nec opus fuit ppterea, uti senserūt aliqui Ariani, hoc est Martiales tuę sectæ professores nouam synodum cōuocare, innixus cōsilio•D• Aur•August•in lib•4• contra duas epistolas Pe-

August. lagianorum ad Bonifacium•c•ult• quasi nulla hęresis aliquādo nisi synodi congregatione damnata sit • Quum potius rarissimæ inueniantur propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multo quoq; sint atq; incomparabiliter plures• quæ ubi extiterūt, illic improbari damnariq; meruerunt, atq; inde per cæteras terras euitādæ innotescere potuerunt • Quid q; idem in•2• libro contra secundam Gaudentii epistolam, hoc hominum genus per imperatoriam curā corrigi debere ait• Ad Niniuitarum nempe regis curam pertinebat deum placare • Et rex Nabuchodonosor q̄uis propheta non fuerit,

Dan.iii. eos tamen qui blasphemarent deū Sydrach/Misach/& Abdenago religiosa seueritate coercuit• Ita & quandoq; reges & principes terrarum structis hæresibus obuiare debebunt • His enim propheta

Psalmo.ii. dicit• Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram•

Seruite dño in timore &c. Hæc ob oculos tuos si ueluti speculum posueris, iam intelliges quid sit in tẽplo Apollinis. γνῶτι σεαυτόν

LVTHERVS



Vod autem in fine Ambrosium adducit, qui se matrem ecclesiarũ asserit sequi Ro. Vtinam & ipse idẽ faceret, quum Ambrosio ecclesia Romana mater est, sed non omnium ecclesiarum. Nam & Metropolis quælibet est mater ecclesiarum iuxta patrum statuta. Deinde Romana ecclesia nunq̃ uerbis Christi has cõtumelias fecit, quas hæc palea facit. Sed per petram fidem intelligit, non tyrannidis ambitionem.

FABER



Anc ecclesiam matrem esse supra ostensum est. Sed quid sanctus Ambrosius de ea sentiat in .3. lib. de sacramentis .c.1. scriptum extitit huius uerba sunt hæc. Audistis lectionem, succinctus est sacerdos. Licet enim & presbyteri fecerint, tamen exordium ministerii a summo est sacerdote. Succinctus inq̃ sacerdos sũmus, pedes tibi lauit. Quid istud mysterium audisti, utiq; quia dominus cũ lauisset discipulis aliis pedes, uenit ad Petrum. Et ait illi Petrus, Tu mihi lauas pedes? Habes hoc & alibi. Venit ad Ioannem. & ait illi Ioannes, Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Ego sum peccator, & tu uenis ad me peccatorem, ut tua quasi peccata deponas, qui peccatum nõ feceris. Vide omnem iustitiam, uide humilitatem, uide gratiã, uide sanctificationem. Nisi lauero, inquit, tibi pedes, non habebis mecũ partem. Non ignoramus q̃ ecclesia Romana hãc consuetudinẽ nõ habeat, cuius typũ in oibus sequimur & formã. Hæc Ambro. Sed qui Thomam incredulum agis, uide octauã epistolam quarti lib. quam scripsit Cyprianus ad Cornelium pontificem Romanum. & ita scriptum inuenies. Quidam mentes nõnunq̃ animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædã q̃ se habet ueritas, nunciant. Nos enim singulis nauigantibus ne cum scandalo ullo nauigarẽt, rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse ut ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscerẽt ac tenerent. Sed quoniam latius

Ambrosius.

Ioannis.xiii.

Cyprianus.

fusa est nostra prouincia, habet etiã Numidiam & Mauritaniam sibi cohærētes, ne in urbe schisma factũ absentium animos incerta opinione confunderet, placuit ut per episcopos, retenta a nobis rei ueritate, ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate maiore, tum demũ scrupulo omni de singulorũ pectoribus excusso, per omnes omnino in prouincia ista positos literæ fierēt, sicut fiũt, ut te uniuersi collegæ nostri & cõicationem tuã.i.catholicæ ecclesię unitatē pariter & charitatē probarēt firmiter, & tenerent. Qđ diuinitus euenisse, & consiliũ nostrũ ꝓuidenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus tui & ueritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima est confirmatione fundata, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos inde literas fecerunt, & ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompeii & Stephani, & Caldonii, ac Fortunati ordinationis tuę, & origo necessaria, & ratio iuxta, & gloriosa innocentia ab omnibus nosceretur. Hęc Cyprian⁹, quę tu ꝓ tua a deo data gratia met cõsiderare uelis.

LVTHERVS

Anacletus



Ctauus, ut finem faciamus horũ deplorandorũ interpētũ scripturæ diuinæ, est iterum Anacletus eadem dist.c. Sacrosancta. Sic enim ausus est, quisqs fuerit iste barbariss. notarius etiam tanto pontifici tribuere tantam inscitiam & temeritatem, Sacrosancta Romana ecclesia. quasi aliæ non sacrosanctæ sint, etiam si eadem fide, uerbo, sacramēto, spiritus prorsusq; eadem sanctitate sanctificentur. Non ab aplis sed ab ipso dño & saluatore primatum obtinuit, sicut beato Petro dicit, Tu es Petrus, & super hanc petrã &c. Si aliquis gentilium sic exponi uerba Christi audiret, quando christianus fieret? Igitur & hic primatum intelligit, Tu es Petrus, seu per hanc Petram. Eligant autē ut iterum eadem repetam, utrũ uoluerint, petra hoc loco aut significat fidē spiritus, aut primatũ exterius. Vtrũq; enim simul nequit significare. Si fidem, iam omnes ecclesiæ super eam sunt ædificatę, quia Christus dicit, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Ergo cuicunq; conuenit dici a Christo, Ecclesia mea. ad eandē pertinet petra & Petrus, super quam ædificatur. Ita nihil proprium Romana ecclesia habet, sed omnia sunt cõmunia, quia ubi eadem

fides,

fides,eadem quoq; potestas clauium. Fidei enim & Petro datæ sunt claues,ut patet. Si potestate iam iterũ omnes sunt ęquales ecclesiæ, quia cuicunq; dicitur a Christo, Ecclesia mea, simul dicitur, Aedificabo te super petrã.i.potestatẽ. Quare quælibet ecclesia hoc uerbo erit omnium prima, quia habet eandem petram, qua Ro. ecclesia gloriatur se esse primam. Ita quoquo uertas te, semper occurrit & resistit tibi Christus, dum ecclesiam suã supra petram ædificat, nec sinit ulli particulari ecclesiæ hãc petrã appropriari, ideo nec Petrũ. Vides ergo ꝙ unicum hoc pronomen meã tanq̃ cristallus cœlestis omnes has decretales infrigidat, ut ante faciem frigoris eius nulla sustinere possit, dum cõmunem petram/cõmunem potestatem cõmunes claues/cõmunem Petrum/& oĩa facit. Ita iure diuino quicquid habet Ro. ecclesia, habet quęlibet ecclesia, quantũlibet parua sit, quia ad oẽs dicit. Et Paulus.1.Cor.3. Omnia uestra siue Paulus, siue Apollo, siue Cephe, siue mũdus, oĩa uestra, uos aũt Christi.

FABER



Lurimis antiquorum patrum auctoritatibus probaui hæc uerba, Tu es Petrus, in personã Petri posse referri. sed adhuc forte nõ credis. Iam alium audi, quem hucusq; non inuenies citatum. Est autem Fulgentius Afer ille Ruspeñ epus doctor millenarius, qui scribens ad Trasmũdum regem, in.3.lib. sic habet Christus discipulos interrogat dicens, Quẽ dicũt homines esse filium hominis? Cũ illi opinionẽ uulgi ꝑtinus indicarent, tunc proprie ab eis qualitas ueræ fidei expetitur, ut erroris humani falsitas auferat. Hæc est igit dñi interrogatio cõsecuta. Vos aũt quẽ me esse dicitis? me utiq; filium hominis? Ibi iã Petrus aplus reuelationis diuinæ firmamento subnixus, generalis salutis confessus est sacramentum, Tu es Christus filius dei uiui. Quid est hoc? Quantũ ad ignaros congruit interrogationi responsio. Petrus enim de filio hois interrogat, & ipse filiũ dei cõfitet. Nunqd interrogantem Iesum unus audiuit, aut ipse ueritatẽ in confessione non tenuit? Absit q̃o error hois ore laudari poterat ueritatis. Sed uere Christus fuerit, hoc interrogãs dixit. Et ꝙ uere Christus fuerit, hoc ex ore Petri cõfitẽtis audiuit. Filius.n.hois Christus dei uiui filius fuit. Nec immerito diuina uoce ꝓmeruit beatitudinẽ, qui ꝓpria uoce

Tu es Petrus

Fulgentius

fidei protulit ueritatem. Propter hoc audit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus, qui in coelis est. Et ipse Christus dei se utiq; iam confessus est filium cum a patre suo, qui est in coelis, Petro asseruit reuelatum.

Augustinus

Et Augustinus hæc euangelii uerba tractans in psalmo. 54. dein in psalmo. 59. expresse tenet hęc omnia, Tu es Petrus, ad Petrum dicta ac ad Petri personam referri posse. Quare satis mirari non possum, cur impugnes & nolis ad Petrum hæc esse dicta? Quid qđ idem August. scribens in psalmo. 118. (quem locum & tu citasti) testatur per hæc uerba, Tibi dabo claues &c. Petrū in discipulis obtinuisse primatum. Vnde mihi non erit absurdum, si id asseuerauero, quod toties repetit & firmat August. Hoc itaq;, quod hic habet Anacletus de primatu, non soli Anacleto, sed & Augustino, ac reliquis sacræ scripturæ doctoribus adscribitur. Et, ni male uideam, non paruam ei facis iniuriam, quē barbarissimū notarium uocas. Habitus est hic textus, ut sit Anacleti, ultra mille & quadringentos annos. Nec ea, ꝑpter ecclesię reliquæ sanctę non sunt, etiā si Romanam ecclesiam sacrosanctam cum Anacleto dixerimus. Siquidem in. 3. lib. Esdræ. c. 7. & 8. dicitur de sacrosanctis operibus & uasis, tamen per id non prohibentur & alia opera, imo & alia uasa, quæ non commemorantur in epistola regis Artaxerxis uocari sacrosancta. Ita & hic & si aliæ ecclesiæ sanctæ dici possent, tamen hāc Romanam ueluti caput & matrem sacrosanctam uocamus. Sed quomodo primatū obtinuerit, iterum ac iteꝝ ostensum est. Nec gentilium quisquam hāc rationem horreret. Siquis dixerit ecce rex aut princeps in hac ciuitate, quę alioqui totius regni, uel prouincię domina fuisset, sedē sibi elegit, an nō responderet huic ciuitati proin primatum deberi? certe hoc decerет. Et ita factum non dubites de Memphite secūdm Chaldæos, aut Nopide in Aegypto, Axumo in India, & Susa ciuitate, quæ fuit exordium regni Asueri in Media, Damaso, in Syria, Babel, in Assyria, Raba, in Amon, Ar, in Moab, Samaria sub decem tribubus inter Philistinos cum Gaza. Et hodie quando Turcarum rex sedem suam Constantinopolim posuit, illi infideles Constantinopolim tanquam primam sedem habere decreuerint. Ita & de Constantino factum esse non dubites, qui a Roma ueteri Bizantium concedens, nouam Romam Bizantium & a se Constantinopolim denominauit. Ita de Petro dicere possumus, quum ille esset

princeps apostolorum, & Romae, quae fuit domina orbis, totidem annis praesedit, uitámq; illic martyrio finiuit, optimo iure huic ecclesię debebatur primatus. At qd' postea subinfers de fide ac potestate, Respondeo q; omnes ecclesiae sunt supra fidem aedificatae, Petro tñ & non alteri dixit dominus, Pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. & tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos. Sed quãdo subinfers. Ecce iniquae ecclesiae dicitur, Aedificabo ecclesiam meã. Ergo quaelibet habet ęqualem potestatem. Dic mihi an nõ domini sit terra & plenitudo eius. an non dominus numerarit gentes, & dominetur populis? Sed nunquid non populum Israelem suũ esse dicebat, & ita suũ, quia non fecit taliter omni nationi, nec fuit natio quae haberet deos sic appropinquantes. Huic denicq; & non alteri dicitur Exodi.19. Mea est omnis terra, & uos eritis mihi in regnum sacerdotale. Et Leui.16. Vos eritis mihi populus. Etiã & Deuter.7. ac.26. Elegit te dominus, ut sis ei populus peculiaris. Et Deute.33. Beatus es tu Israel. Quis similis tui populi, qui saluaris in domino. Et psalmo.32. Populus quem elegit in haereditatem sibi. Hunc populum etiã per prophetas suũ sępe dicebat. Vnde Esaiae.1. Populus meus non intellexit. Esaiae.3. Popule meus, qui te beatũ dicunt &c. Esa.52. Sedebit populus meus in pulchritudine. Hiere.2. Populus meus oblitus est mei. Micheae.6. Popule meus qd feci tibi. Tamen etiam erat dominus aliorum. alioquin non recte diceretur Macha. lib.2. Tu domine uniuersorũ &c. Illi autem quia erant electi, gloriantes in spiritu prophetae dicentes, Nos populus tuus & oues pascuae tuę. Quare ipsi dicti fuerunt populi sui uel eius (ne peccem in Vallam) ita & ecclesię licet omnes sint domini, tamen ecclesia Petri plus dicitur esse dñi, quam quęuis altera. Licet enim dixerit dominus ad omnes apostolos, Vos amici mei estis &c. tamen soli Petro dictum est, Tu es Petrus, & super hãc petram ędificabo ecclesiam meam. Soli Petro dictum est, Pasce oues meas. Et iterum, Rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Sed quid opus est multis? res ipsa probat me recte sentire. Vbi enim sunt ecclesiae Aegypti/Alexandriae/Penthapolis/Libyae/sanctae Sion/Antiochiae/Syriae/Chananeae/Galilaeae/Palestinae/Constantinopolis/Laodiciae/Phrygiae Ephesi/Smyrnae/Pergami/Thiatyrae/Sardis/Philadelphiae/Ascalonis/Caesareae/Nazareth/Tyberiadis/Tripolis/Gibibet/Tharsis/Edesse/Nicopolis/Hierico/Scitopolis/Ieropolis/

Psalmo.xxi.

Exodi.xix.

Esaiae.I.

Enumerant̃ ecclesiae quae olim sub fide christiana fuerunt

Adrassonis / Bersabeæ / Thabor / Sarreptæ / Beriti / Bosciæ / Nilonis / Calcedonis / Nicomediæ / Thessaloniæ / Athenarum / Selonæ / Betsaidæ, & in summa ubi sunt centumquinquagintatres ecclesiæ cathedrales patriarchę Antiocheni? ubi decem nouem episcopatus Cæsareæ, nouem Libyæ, Arabiæ trigintaquinq;, Rectoriæ decem nouem, Bosciæ octo, Ieropolis septem, Apamnæ, septem, Larcię Armeniæ, undecim Damasci? Sic dic ubi tot suffraganei archiepiscoporum Hierosolymitani / Tireñ / Nazareni / Tarsensis / Edesseni / Apariensis / Conzeñ / Cōstātinopolitani / Nicosieñ / Irachieñ / Pariensis Aquisiceñ / Varisieñ / Madiceñ / Macreñ / Philippeñ / Setreñ / Larisseñ Neopateñ / Thebani / Corinth. Patraceñ / Cambalieñ / Selonę. Sed & in cuius manu sunt Tiron / & Acchon / Gazarinum / & Varon Gericum / Ebron / & alia quæ templariorum erāt, de quibus toties in decretalibus mentio fit. Sed & in Aphrica / Numidia / & Mauritania, ubi sunt illæ episcopales sedes, ex quibus Cyprianus tot sanctos patres in unum collegit, quæ & totidem conciliorum, quæ Carthaginensia / & Aphricana uocamus, auctores fuerunt. Dię mihi ubi sūt ecclesiæ a Ioanne cæterisq; apostolis olim ad fidem conuersæ? nōne fera pessima deuorauit eas?, aut saltem maiorem partem illaꝝ, quæ olim erant sub patriarcha Antiocheno / Alexandrino / & Constantinopolitano. Sed quotquot sine contradictione Petri sedem agnouerunt, illi ueniente diluuio saluati sunt. Sic mansere ac manent in hodiernam diem Germania / Hispania / Gallia / Portugallia / Scotia Apulia / Vngaria / Anglia / Hybernia / Dacia / Sicilia / Aragonia / & alia regna, quæ sub nauicula Petri multas huius mundi procellas a pluribus retroactis sæculis transiere. Nec ista mireris, omnia, quę dixi. Nempe si consideres q Iacob habuerit duodecim filios, & benedixit singulis benedictionibus suis, tñ pulchra fuit benedictio, qua dicitur. Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum adorabunt te filii patris tui. Non auferet sceptrū de Iuda, & dux de fęmore eius, donec ueniat qui mittendus est. Sic pulchra similiter fuit benedictio, qua Ioannis ultimo dicit ad omnes. Accipite spiritum sanctum, cui dimiseritis peccata &c. Tamen & hęc specialis bñdictio oium pulcherrima fuit, qua Petro dicit, Pasce oues meas. Hic enim Petrum principē & caput totius apostolici senatus creauit. illius principatus Romana sedes particeps facta est. Vnde elegit eam præ participibus suis.

Oppida & castra templariorum

Genesis.xlix.


Sset sane ridiculum, ꝙ omnium ecclesiarum idem est baptismus, eadem eucharistia, eadem confirmatio, idem uerbum dei, idem sacerdotium, eadem pœnitētię unctionis/matrimonii/& omnia sacramenta, eadē fides spes/charitas/gratia/mors/uita/gloria. & una hæc temporalis potētia uni tributa esset per uerbum dei, quod cōmune est omnibus.

FABER


Vm hęc scriberes Martine in dn̄o charissime, credidisti cum sacra ecclesia non unū dūtaxat uel tria, sed septem esse sacramenta. & re uera melius eo tempore sentiebas q̄ captiuitas babylonica postea docuerit. Siquidē nunq̄ id defensare poteris, quod ibi conaris. Nam & si multa illic de sacramentis expendas, ego tamen tibi credam quæcunq; hic numeraueris, utpote baptisma/eucharistiam/confirmationem/unctionē & matrimoniū esse sacramenta. Hic te habebo ueluti alterū Pytha gorам, quoties mihi fuerit obiectum ordinationem non esse sacramentum, matrimonium non esse sacramentum, unctionem nō esse sacramentum. Dicam te hic dixisse contrarium. & sat fuerit mihi quasi Pythagoreo discipulo, illis si respondeā, αὐτὸς ἔφα, Ipse dixit. Nec iustum fuerit in hac re pœnitere. Nam semel emissum uolat irreuocabile uerbum. Et a Socrate uelut apollinis oraculo recte ꝓditum est, melius esse rē non incipere, q̄ turpiter a cœptis resilire. Quanq̄ difficile non fuerit hæc inter sacramenta reponi, etiam si tu sententiam mutare didiceris. Sed ea res dum toties contraria dicis, ac destructa ædificas, & denuo ædificata destruis, non parum tuā auctoritatem minuit, ea quasi in aliquo Socratis speculo tibi proponam, ut olim uisites speciem tuam, & cum euangelico cœco olim clames, Dn̄e ut uideā. Certe negare nō potes ab initio causę tuę dice bas indulgētias esse aliqd. & iuxta cōclusionē tuā asserebas has dūtaxat soluere canonicas pœnas, quas statuissent pōtifices ac patres antiqui, in tua captiuitate. Et alibi dicis idulgētias prsus nihil esse, imo ad uerbū sic ais. Indulgētię nihil aliud sunt, q̄ meræ adulatoꝝ Romanoꝝ imposturæ, qbus fides dei/& pecunię hoium perdunt.

Lutherus in capti uitate Babylonica quot ponat esse sa cramenta

Pythagoras

Socrates

Dicebas itaq; canonicas poenas per indulgentias posse remitti. Et postea scribis nec pontificem/nec episcopos/imo nec concilia in hominem quicquam statuere posse. Hic ponis septem sacramenta in captiuitate tua. sic inquis. Neganda sunt septē sacramēta,& tantū tria pro tempore ponenda. Quanq̄ ex usu scripturæ loquendo,non nisi unum sit sacramētum. Admiseras,& posuisti liberum arbitriū. iam dicis liberum arbitrium nihil esse contra utriusq; testamenti apertissima testimonia. Et sic peior es omnibus Manichęis/Pelagianis/ac Coelestinis. Detestabaris Bohemos,q ab ecclesia recessissent, iam scribis in hæc uerba. Non sunt hęretici neq; schismatici Bohemi & Græci,quia euangeliis nituntur. Sed uos Romani estis hęretici & impii schismatici,quasi nō uenerit spiritus sanctus in cōcilia contra eos habita,quorum tu,ne tuæ modestiæ obliuiscaris,impiissima aliqua dicis & scribis. Volebas te ac tua iudicio Ro. pontificis submitti,iam nec pontificem audire uis. Appellabas auguste non sine maiestate aliqua ad futuṝ concilium,cui te totum submiseras. huius decreto ex omni parte stare uolebas, sed non solū tibi fatalia labūtur,imo tu renuncias omni conciliorū decreto, quū nō uerearis dicere concilia esse humana decreta sibi contraria proin aspernāda. Et iam nō in uno libello dumtaxat pontificem pro modesto spiritu tuo Sathanam/Luciferū/& Antichristum uocas. Clamabas pro celebrando cōcilio,iam omnia concilia damnas/reiicis, & impiissima uocas. Laudabas Nicenum concilium tanq̄ omnium sacratissimū, nunc per omnia illi contraria scribis/ac dicis. Siquidem nō prohiberes eum uenire ad clerū,qui semetipsum excidit contra canonē.1. Baptizatum gentilem in clero refutare non uideris,contra secundū canonem. Cohabitationem episcopi cum muliere non curas,contra tertium canonem. Rides episcoporum ordinationem, quum Metropolitano nihil tribuas, contra quartū canonē. Episcopum aliis superiorem negas, contra quintum canonem. Romanæ ecclesiæ suburbanarum etiam ecclesiarum sollicitudinem adimis, contra sextum canonem. Metropolitani potestatem cæteris præstare diffiteris,cōtra septimum & octauum canonem. Ordinationem ludis, contra nonum canonem. Episcopos p̄sbyteros ęquales facis,contra decimū canonem prohibētem ne in una ciuitate duo sint episcopi, quum tamen in una ciuitate bene possunt esse unus episcopus/& multi presbyteri. Ordinem ad sacerdotium promouendi nō curas,

contra undecimumum. Pœnitentiam ſeptem aut tredecim annis ab his, qui lapſi fuerunt, irrides, contra duodecimum canonem. & diſpenſationem epiſcoporum tollis, contra eundem canonem, qm̃ in ſeptem & tredecim annis cum pœnitente diſpenſari poteſt. Et ſimile circa tredecimum ſtatutũ cõmittis. Inter laicos & ſacerdotes dyaconos & presbyteros nullam differentiam habes, cõtra quartũdecimum & ultimum canonem. Triennalem pœnitentiam cathecuminorum ridere uideris, contra decimumquintum canonem. Eccleſias omnes pares in poteſtate, & nullam maiorem facis, cõtra decimũſextum canonem. Sacerdotes abſq; ordinatione epiſcopali facis, contra decimũſeptimũ. Et ut finem faciam, credo nec ultimũ uigeſimum uidelicet canonem admitteres, qui fuit ante Nicenum concilium, de obſeruatione paſcæ, quum de obſeruatione paſcæ in biblia parum reperiatur. Vide ergo q̃ pulchre primitiuam ſerues eccleſiam, qui inter uiginti canones tam ſacrati concilii in decem & octo pecces, aperte forſan etiã peccaturus in reliquos, ſi dũtaxat adhuc Paulianiſtæ/aut Fotiniani ſupereſſent. Non negaſti euchariſtiam dici ſacrificium? Iam contra Hireneum/Hieronymũ/Ambroſiũ/Chryſoſtomũ/ & alios dicis impiiſſimus abuſus eſt miſſam dici opus bonum & ſacrificium. Celebraſti miſſas priuatas, & iam libellum ſcribis de abroganda miſſa priuata. Honorabas epiſcopos & uenerabaris ſacerdotes, iam dicis non eſſe dubium uniuerſos ſacerdotes & monachos cũ epiſcopis & omnibus ſuis maioribus eſſe idololatras, in ſtatu periculoſiſſimo agentes ob miſſæ ignorantiam abuſionem/& irriſionem. Liturgiam pro mortuis ſacrã feciſti, nũc uero dicere non uereris manifeſtum & impium errorẽ eſſe miſſam pro peccatis / pro ſatisfactionibus / aut quibuſcunq; neceſſitatibus ſuis, aut aliorum offerre/ſeu applicare, imo addis q; ſcandalum ſit, miſſam credi ſacrificium, qđ offertur deo, contra Hireneum Chryſoſtomum/Ambro. Hierony. imo contra totam eccleſiam per totũ orbem diffuſam. Docuiſti baptizari in nomine patris/& filii/& ſpiritus ſancti, nunc ais, quocũq; modo tradatur baptiſmus, modo nõ in nomine hominis, ſed in nomine domini, uere ſaluũ faciat, cõtra euangelium/ac canonem apoſtoloꝝ. Circa ſacerdotes & epiſcopos non reprobaſti, & ad illos pertinere, Qui uos audit, me audit. Nũc ita ſubinfers hæc uerba, Qui uos audit, me audit, qui uos ſpernit, me ſpernit, dumtaxat apoſtolis euntibus prædicari euangelium

referri debeant, contra Hireneum/Tertulianum/Cyprianum/Hilarium/Chrysostomum/Hieronymũ/Augustinũ/ Ambrosium, imo fere contra euangelium. Nam in Luca habetur ꝙ hæc uerba non ad apostolos sed ad septuagintaduos discipulos dixerit. Cuius rei miror quomodo fueris oblitus. & sic oblitus fueris, ꝙ etiã qui Paulinus es, non attenderis Paulum Thessaloniceñ ita scripsisse. Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Et is Paulus non fuit de illis, qui audierunt Christũ dicentẽ, Qui uos audit, me audit. Immo Christus Ioan. 16. frustra secundum te dixit, Alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in ęternũ, spiritũ quidẽ ueritatis. In decalogo tuo uota uouenda doces, in captiuitate uero cũ desiderio optas oĩa uota religionis peregrinationum/ac quorũcunq; operum tolli. Sacerdotem dixisti ministrũ esse domini talem, qui potestate clauiũ confitentem absoluat, iam dicis ꝙ Christus Matth. 16. Quodcunq; ligaueris. & in. 18. Quodcunq; ligaueritis. & Ioan. ult. Quorũ remiseritis peccata, nihil de potestate, sed de fide omnia agat. Docuisti in decalogo quæ circunstantiæ peccata grauent, in captiuitate iam doces in confitendis peccatis apud Christianos unã esse dumtaxat circũstantiam, quæ sit peccasse fratrem. Nulla enim persona fraternitati christianę comparanda sit. Nec aliquid aliud faciat obseruatio locorum/temporum/personarum. & siqua alia est inflatura superstitiosa, quam ut magnificet ea, quę nihil sunt in iniuriã eorũ, quæ oĩa sunt. Et sic sec'm te non peccarunt illi, qui grauius domũ orõnis speluncã latronũ fecerũt. Neq; peccarũt hi, qui sacerdotem interfecerũt inter tẽplum & altare. Nec fornicatio illius Corinthii Sathanæ traditi maior est, quam alterius. Aut Ioannes præcursor domini frustra dixit Herodi, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Hic sacramentum cõfirmationem dicis, in captiuitate miraris quid tamen illis in mentem uenerit, ut sacramentum confirmationis fecerint ex impositione manuum. Doces ueteris legis præcepta non esse tenenda, & in captiuitate approbas gradus ex Leuitico in matrimonio prohibitos. Dicis nos non teneri ad alia, quam quæ in noua sunt lege præcepta. & incaute matrimonium inter aliquos arctissimo uinculo constrictos, admittis. Leges olim non damnasti, iam imprudentissime scribis te scire nullam rempublicam legibus feliciter administrari. quasi omnes omnium Romanorum conatus

fruſtra fuerint. Ordinem ſacramentum hic aperte dicis, in captiui-
uitate tua ſic tuorum uerborum obliuiſceris, ut dicas. Sacramẽtum
ordinis eccleſia Chriſti ignorat, inuentumq; eſt ab eccleſia papæ. &
iteꝝ. Sacramentum ordinis pulcherrima machina eſt ad ſtabiliẽda
portenta, quę hactenus facta ſunt, & adhuc fiunt in eccleſia. & iteꝝ
niſi fallor, ſi ordinis ſacramentum ruat & cõmentum aliquãdo, uix
ipſe ſubſiſtet papatus. Et ſic cum Ethio hęretico, cuius Auguſtinus
meminit, epiſcopos & presbyteros pares imo nullos facis. Nec tibi
ſunt uicarii, ſed uaccarii dei, ut tuis ac tuorum uerbis utar. Factus
es per manus epiſcopoꝝ ſacerdos, & iam nos ſacerdotes Bethauen,
imo idola uocas, quaſi ſpurciſſima ſimus idola Molech, uel Baal,
aut Beelphegor, ita ut Cham exemplo omnia pudẽda patrũ tuoꝝ
reueles. Extremã unctionẽ hic ſacramentũ affirmas, in captiuitate
tua dicere non formidas, Si uſpiam deliratum fuerit, in extrema
unctione præcipue deliratũ eſt. Papam beatiſſimum uocas in epi-
ſtola dedicatoria reſolutionum tuarum, in libro contra Ambroſiũ
Catharinum concluſum eſſe dicis papã eſſe Antichriſtũ, & Romã
eſſe laruam maloꝝ, & ꝙ papa ſit miniſter diaboli, eiuſq; eccleſia ſit
ſynagoga Sathanæ. Pœnitentiam pro Hieronymi intellectu prędi
caſti, iam dicis non eſſe pœnitentiam poſt naufragium ſecundam
tabulam contra toties a Hieronymo repetitã ſententiam. Allegoriã
in Paulo ad Galatas/ac in pluribus aliis ſcripturæ locis non repro
baſti, ad Ambroſium ſcribẽs dicis. Non permitto ut ſcripturæ plu-
res q̃ unum ſenſum tribuas, & ſolo literali ſenſu pugnandum eſſe
iterum ais, qui & unicus ſit per totam ſcripturam. Sic ergo nobis Ezechielis.i.
deum ex electro/ac quaſi ſtatuã immobilem, imo Chriſtum ouem
balantem & quadrupedem facis. Sic quoq; præputia cordis nunq̃ Deuteronomii
erant Iſraelitis circũcidenda, iuxta uerbum Deuteronomii.11. Sic
lacrimantibus oculis amare fleuit dominus, Eſaiæ.22. imo plorans
plorabit iuxta uiſionem Hieremiæ.13. Et forte hebraicam fabulam
patieris, quod dominus cottidie per horam quoties templi Hiero-
ſolymitani recordatus fuerit, ingrediatur cameram cœli ſecretiorẽ,
quam Talmudiſtæ מסתרים uocãt, ne ab angelis contriſtatus eſſe
uideatur. Aut forte deum uelut hominem riſibilem facies, ex eo qđ
dicat propheta. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Aut tu es ſolus Super hoc uerbo
ille, qui audeat interpretari lũbos dei, de quibus in Ezechiele.c.1. Ezechiel. Talmu-
In prima facie tuę ſectę laudabas olim epiſcopos, illorũq; iura ſalua diſtę ſcribere non
audent

esse uolebas, iam in libello contra missam priuatã episcopos credis apostolos Antichristi. Quando Vittenbergæ professorem agebas, placuere tibi gymnasia, nunc ubi in academia locum non habes, dicis gymnasia pro tua diuina modestia esse Sodomam atq; Gomorram. Et quod impudentius est, ut sacerdotem Beelphegor sacrificantem agas, dicis esse lupanaria, quasi Christus reprobauerit discentium scholas, & non legerit Esaiam in synagoga. Acerrime sępe pro sacerdotio pugnasti, iam in hanc uenis insaniam, ut dicas nullum esse in nouo testamento sacerdotium, nisi quod humanis mendaciis sit per Sathanam creatum. & eapropter nos surdas imagines uocas. Vis per omnia primitiuam sequi ecclesiã, qui prius ecclesiã tanto studio tuebaris. Montani errores euitasti, iam cum illo, ut est apud Eusebium, uniuersam blasphemas ecclesiam, & nihil reuerẽtiæ illi defers, nunc tu concludis non nisi die dominica semel esse celebrandum & cõmunicandum, quum tamen in primitiua ecclesia cottidie cõmunicarent. Iubes misceri uinum cum aqua in consecratione & recte, quum tamen scripturam de aqua nullã habeas. Dicis primitiuam ecclesiam esse imitandam, tamen tu ac tui non uenditis possessiones, & ponitis ad pedes discipulorum. Et qđ maius est, non ieiunatis, imo ieiunium luditis, obliti q; Antiochię prophetis ministrantibus ac ieiunantibus dixit illis spiritus sanctus, & q; per singulas ecclesias cũ renouationibus cõstituerent psbyteros. Sed & confessionem auricularem ab initio probasti maxime, nunc

i. Corinth. xi. uero damnas, & ita refutas, ut etiam qui uelint cõmunicare mensę domini, non sit necesse q; & confiteantur, modo dormiant multi & sint imbecilles non pauci, iuxtã prophetiam Pauli, & quasi in actis apostolicis non uenerint multi credentium confitentes & annunciantes actus suos. & tu forte scis soluere eum, cuius uincula nescis. Sed & ab initio rei siue tragediæ tuæ nihil dictum esse putabas, nisi quod erat ex Cypria. Hieron. Ambro. August. ac aliis firmatũ, ab illisq; transuerso etiã digito discedere grande nefas esse putabas, iam tanta tibi accessit auctoritas, ut quendam Pythagoram agas, tuisq; discipulis sat fuerit audire, Ipse dixit. Et quasi tu sis ille uel Gorgias Leontinus, uel Hermagoras, qui posita sella possis quasi ex tripode de omnibus reddere rationem. Immo quasi non sit alius propheta, cui reuelauerit dominus uerbum suum contra prophetiã sanctissimi Pauli. Et annus me deficeret, si tuas recãtationes/anti-

logias / & contra pugnantia recensere uelim, adeo manca & confusa est lex tua chrysippea. Sed scio uulneri huic adhibere malagma. Finge te per trigintasex millia annorum Platonis abfuisse, & redi iam quasi denuo renatus, Vel reuertere cum filio prodigo a porcis illis atque comestis siliquis. Patrem enim habes Adrianum pōtificē omnium clemētissimum. Pete gratiam, & dabit tibi primam stolā, dabit annulum euangelicum & calceamenta in pedes tuos. Quod si nec mihi tam fido consultori obtemperare uolueris, imo tua dogmata perinde ut Apollinis oracula, seu sibyllina responsa haberi statueris, uide quomodo tamen tuā legem, ubi nec caput cum cauda conuenit, seruare possimus. Est longe monstrosior, quā haec fectura quam prescribit Horatius pueris iam uersus ludere uolentibus. Si tu Aaron quendam agere uolebas, nunquid non congruebat ut in rationali iudicii הָאוּרִים וְאֶת הַתֻּמִּים doctrinam & ueritatem haberes. Aut Thobiam saltem ageres, qui uiā ueritatis nō deseruit. Sed quia tuum regnum in se diuisum est, putas ne non desolabitur? Aut non audisti Salomonem dicentem, Doctrina sua noscitur uir. Et iterum. Labium ueritatis firmum erit in perpetuum. Eapropter reprehendit dominus eos, qui Ioannem quaerebant quasi arundinem uento agitatam. Et tu re uera illa arundo es, quae omni uento doctrinae blandulae potissimum agitaris. Tu es ille, qui crebro mutaris ut Luna, licet in una re uisus es mihi omniū constantissimus, quod in libris tuis nihil unquam contra laicorum mores scripsisti, sed semper uibrasti gladium in eos, qui rei ecclesiasticae praesunt, quasi non sit in aliis ulla macula, nec ullam rugam habeant. Tu ergo discas ut finem faciam, scribere cū illo iuuene tertio custode regis Darii, & pone sub ceruical, quomodo super omnia uincat ueritas. Vincet autem si non contraria tibi ac scripturae loqueris. Siquidem perpetuo stabit, quod Hieronymus in prologo Iosue dicit. Nō potest uerū esse, quod dissonat. Sed ad haec historiā audi. Legitur in scripturis Hebreorum quomodo sub secundo templo Hebraei librum Salomonis, quem ipsi קֹהֶלֶת appellant, nos uero ecclesiasten dicimus, damnare, & igni tradi uoluerūt. Huius rei duas rationes habebāt, Prima quod uideretur Salomon cōtradixisse patri suo Dauid. Is enim in ps. 5. de beato uiro dixit, Ab auditione mala nō timebit. in puer. uero scriptum esset, Beatus homo qui semper est pauidus. Dein non satis erat illi contradixisse patri, sed & sibimet contrarius esset, eo quod

Magnus annus platonis

Ecclesiastes.4.dixisset, Laudaui magis mortuos q̄ uiuētes. & tamen in eodem lib. c.9. pdicasset, Melior est canis uiuus, Leone mortuo. Et nisi exorsus fuisset Ecclesiasten in uanitate uanitatū, ac clausisset librum dicens, Deum time, & mandata eius obserua, ac postremo nisi sanum utriusq; dicti intellectum alii dedissent, proculdubio abiissent illius libri in spōgiam, aut igne cremati fuissent, maxime Ecclesiastes. Sed tibi quid putas olim continget? qui non solum pa tribus tuis, hoc est sanctis illis doctoribus, imo & tibi contrarius es totus. Male ergo tuam turrim armasti, desunt illi propugnacula, mille clypei/& armatura fortium, de quibus in canticis canticorū. Et si iudicare mihi liceat, timeo super harenam fundamēta ieceris. Et descendente pluuia, incursantibus fluminibus, ac flātibus uētis, peritura sint omnia. Consultius itaq; egisses, si sacra nunq̄ contigisses. Sed ut ad priora reuertar, qualis erat iactura fidei ac sacrę scripturæ propter unitatem pacis/ac indiuiduę cōmunionis, quę est inter maritum & uxorem, etiam si matrimoniū permiseris esse sacramentum. Sed & qd' de poenitentia dicis, tantum abest a traditionibus patrum, & potissimum Augustini doctrinis, quantum distat Ganges a Gadibus, & coelū a terra. Ordinationem hic non repetā, quippe ex euangelio & Paulo tibi probaui per hanc ordinationem dari gratiam, proin esse sacramentum. Qd' si te maiorem crediderīs diuo Aurelio nostra firmanti, ipse uideris. Addo quæ sunt apud Ambrosium in libro de dignit. sacerdotali. c.5. Et iam scholasticos si non ex condicto agerē, aduolare uideres sturnatim atq; gregatim cū suis cornutis syllogismis. Qd' si Dionysium citaueris, qui sacramenta enumerans, tantū sex posuerit, certe hac Herculis claua me nunq̄ prosternes. Nam si ita argumentari licuerit, tantum duo superfuerūt sacramēta, aut, ut reprobet Ambrosius, necesse est. Nunqd non Ambro. libros scripsit de sacramētis. Sed uide an illic etiā tua oīa sacramētā tractarit. Nunqd admittes scdm Ambro. poenitētiā esse sacramentum? minime terrarum. Itidem & ego de Dionysio si dicerem, qd periculi imineret. At qd' ad fidē attinet, plurimum tibi cōsentio, tn̄, ut totus inhæream iis, quæ sunt apud Cypria.4. libro epistolarum epi.7. quæ scribitur ad Magnum. Sed de extrema unctione id sentiam, quod habet Augustinus in.2. lib. de infirmorum uisitatione. c.4. et in libro de rectitudine catholicæ obseruationis mihi in litera. E. Tamen de his oibus olim commodius. Ad tua redeo.

Ambrosius

Ambrosius

Cyprianus
Augustinus

redeo. Scio hæc esse oia oium ecclesiarum cōia. Sed ꝓpterea nō auferẽ ꝑlatio, qđ ut tibi demonstrẽ, pono iā. Si Ro. pōtifex deiiciatᷣ de sede ueluti senes deiiciunẽ a ponte, ꝑcipitẽ in imū, supsint soli epi, supsint & ꝑsbyteri, putas ne cū sit unus deus/una fides/unū baptisma, imo cōia sūt sacramēta, an liceat ꝑsbyteris facere, qđ solis datᷣ episᷣ nequaq̄, ut infra ꝓbabimus. Non. n. pñt pbri sacerdotes ordinare, nō possunt chrisma conficere. Hoc ꝓbat Hiero. illud ꝓbat Ambro. Addo qđ Cācellarius Parrhisieñ dicere nō uereẽ. Si nō esset eps aut sacerdos aliqs, in toto terrarum orbe nō posset cōsecrare quisq̄ christianus, nisi noua data lege, uel alia reuelatione facta a dño. Vides igiẽ ꝙ hoc tuū argm̄ nihil ꝓbat, & ad nihilū ualet, nisi ꝙ mittatᷣ foras. Sed & in hac parte plurimū condoleo tibi, ꝙ toties contraria dicis. Hieron. Ambro. Cancellarius

LVTHERVS



Vatc ubicūq; prædicatᷣ uerbū dei, & crediẽ, ibi est uera fides, petra ista imobilis. ubi āt fides, ibi eccłia, ubi eccłia ibi spōsa Xp̄i, ubi spōsa Xp̄i, ibi oia q̄ sunt spōsi. Ita fides oia secū habet, quę ad fidē sequunẽ, claues/sacramēta/potestatem/& oia alia.

FABER



Era sunt partim quæ hic dicis, tñ per hoc non erit a te tollēdus ille ecclíasticus ordo. Audi quid dicat Diony. de cœlesti hierarchia. Nōne diuinus pontificum ordo primus quidē est, deinde ordinationū sublimissimus. Iterum idē etenim in ipsum perficiẽ & impleẽ oīs nostræ hierarchiæ dispositio. Vt enim oēm hierarchiā uideamus in Iesu cōsumatam, sic unāquāq; in propriū diuinū summū sacerdotē. Ipsa aūt hierarchici ordinis uirtus in oibus locatᷣ sacris uniuersitatibus, & per oēs diuinos ordines operatᷣ propriæ hierarchiæ mysteria. Discrete aūt hinc ultra cęteros ordines in suā operationem diuina lex distribuit diuiniores sacrificationes. Hæ āt sunt perfectrices uirtutis diuinæ imagines cōsumātes oia diuinissima symbola, & oēs sacras dispositiones, & si. n. a sacerdotib9 ꝑficiūẽ quędā honorabiliū symbolorum. Sed certe aliqñ sacrā theogenisiā sacerdos opabiẽ sine diuinissimo unguento. Neq; diuinę cōmunionis ꝑficiet mysteria, nisi diuinissi- Dionysius In hierarchiis ordo

mo altari cõmunicatiõis suppositiuis symbolis. Sed neq; ipse sacerdos erit, nisi a hierarchicis cõsumationibus in hoc sortitus. hęc Dionysius. Admitto ergo q; ubi sit fides, ibi sit petra, ubi petra, ibi ecclesia, ubi ecclesia, ibi sponsa Christi, ubi sponsa Christi, ibi omnia quę sunt sponsi. Tamen adhuc stabit illud, qđ post Christũ Petrus dicebat petra principalior, q̃ ullus alius christifidelis. Sed an sic fides oia secũ habeat, ut non oporteat etiam aliquid operari ueluti ipse in multis testaris locis, in breui tibi ostẽdã.

LVTHERVS



Vaero etiam si soli Petro sunt claues datae, & non uniuersali ecclesiae? Cur non uocant claues Petri? cur non uocãtur claues eccl'iae Ro.? Cur ipsemet pontifex in suis literis uocat eas claues sanctę matris ecclesię? Aut enim haec uox communis totius ecclesiae iniuriam facit Ro. ecclesiae in suo priuilegio sibi soli attrahẽtes claues, aut Ro. eccl'ia schisma quęrit, dicens, Ego sum Cephe. & toti ecclesię rapit rẽ, quã ipsamet cõfitet cõmunẽ. Patet ergo testimonio oĩm publico nõ Petro sed eccl'iae esse claues traditas, non Romanae sed uniuersali, & cuilibet. Pręter hęc uide q̃ recte per petrã itelligãt ptãtẽ. Nã potestas esse nõ potest nisi eccl'ia sit prior fundata, quae capiat potestatem. qũo ecclesia sup potestatem idest prius aedificat super posterius? Deniq; potestatẽ nõ per petram, sed per claues Christus intelligit, quas ecclię sup petram .i. fidẽ prius aedificatae tradit, ut clare textus ordo ꝓbat. Vides ergo q̃ ambitio excaecat oculos mẽtis, ut clauiũ potestate nõ cõtẽta, etiã ex petra fidei, quae est ecclesiae substantia, potestatem faciat.

FABER



Excentis fere locis docui Petro/ecclesiae/atq; sacerdotibus datas esse claues. Hos iterum cõmemorare lõgum foret. Sed ne pugnem quasi aerem uerberans, August. induco, quem in hoc loco me citasse non memini in lib. de tpe Barbarico. c. 12. sic ait. Fili tu meus es, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meã. Tu meus es, & oia mea tua sunt. Tibi dabo claues regni coelo℞. Apud te Petre sũt claues regni dignare iam ad cõuiuiũ intrare. Oportebat haec fieri, quoniã frater

August.

tuus latro mortuus erat,& reuixit,perierat,& inuētus est. Si Petrus anteq̃ Christus p oibus crucifigeretur,regni cœloꝝ claues accepit, qa illuc introiuit latro ille iā nō reus, nisi p latus qd' apuit Iudęus. Et nunc ueniāt oēs,qui amant paradisum locū quietis, locū securitatis,locū perpetuę felicitatis,locū in quo non pertimescas,barbarū nō habebis inimicum. uenite oēs,intrate oēs,est qua possitis intrare patet latus. Quis nō uideret hic August. iteꝝ nō negare claues esse datas Petro? Sed qūo fateat' se uti clauib9 ecclesię solius,ēt mōstrare possem ex uerbo dn̄i dicentis, Sermonē,quē audistis,non est meus, sed eius,qui misit me,patris, nisi timerem me hic oportere in pfundiorem tecum inire disputationem. Sed ꝙ prius potestatem, dederit,nō mireris, quia & Moses pariter legem dedit antequā essent ingressi pmissionis terrā,nisi mētiat' qd' metipse dicit Deuter. I. Ita nō miꝝ fuerit etiā si Petro claues dederit anteq̃ in cruce dixerit cōsumata esse omnia. At ꝙ Ro. pontifex utat' clauibus,en is quoties & qn̄ absoluit,ait. Auctoritate aploꝝ Petri & Pauli te absoluo. Vn̄ hic erras in facto.

LVTHERVS



QVod autem hic Anacletus Ro. sedem primā uocat, & Alexandrinā secundam, & Antiochenā tertiā, seipsum iteꝝ redarguit non solū qa iste ordo iādiu mutatus est, uerūetiā ꝙ sequit' hinc aut Alexan. esse iure diuino secūdā,& Antiochenā tertiā. Aut nec Ro. primā,qa eodē iure oportet esse primā,quo secūdā & tertiā. At manifestū est ꝙ secūdā & tertiā suo iure ordinat. Roma ergo & seipsam suo iure primam ordinat.

FABER



IN putas qn̄ Israelitæ captiui erant septuaginta annis in Babilone,ea pter tota corruerit lex,minime qa tunc Talmud maxima pars excogitata legit',licet nō scripta usq; ad tempora secundi templi. Sic per id ꝙ ordo ecclesiarum iamdiu mutatus sit, eapropter non corruet primatus ille Romanæ sedis. Certissimum est ꝙ Antiochena ecclesia metropolis fuit in oriente. De Thessalonicensi ecclesia, quale priuilegium habuerit, & maxime ꝙ illic sederit uicarius Romani pontificis Antiochia metropolis in oriente

Licet ecclesiaꝝ ordo mutat⁹ sit, at disputantes de eis, loquimur nō quales nunc, sed quales fuerunt.

iamdiu intellexisti. Sed & nemo ignorat ꝙ fuerūt etiā in Aegypto & in Palestinæ locis, sicut & in Asia reliquoꝝ metropoles, quæ licet in perfidorum manus uenerint, & iam diu fuerit ordo mutatus, tñ nihil uel parum refert. siquidem commemorant illas historiæ non quales modo sunt, sed quales erāt in ordine, & quales iteꝝ fieri possent. Sed nunquid nō apocalypsim legimus? quanq̄ sedes ecclesiaꝝ quas uidit Ioannes, & quaꝝ meminit August. 20. li. de ciuitate dei · ꝯ · ꝑmutatæ sint. Ascalon in Phenicia nunquid non episcopū habebat, qui & dici poterat episcopus Ascaloneñ ad uocabulum Strabonis, uel Ascalonita iuxta Annii Viterbieñ uerbum. De Constantinopoli notissimum est à tempore Phocæ, qualis fuerit in ordine. Et quanq̄ in Turcæ diram tyrannidem uenerit, attamen de ea disputantes loquimur, non qualis est, sed qualis erat. Sed iā ad caput libri me uerto. Habes hanc propositionem, Romanam ecclesiam aliis ecclesiis fuisse superiorem, probatur ex frigidissimis decretis Ro. pont. contra quæ sunt textus diuinæ scripturæ historiæ approbatæ mille centumq̀ annorum, & decretum cōcilii Niceni omniū sacratissimi. Sed quando semel probas in Niceno concilio statutū siue prohibitum esse, ne Ro. pontifex sedem Romanam primam faciat. Iactabas te id facturum. Descendi ut uiderem an opere compleueris, sed nondum fecisti, imo contrarium ego probaui, maxime ꝙ in Niceno concilio sit ordinatum, nullam synodum absq̀ consensu Ro. pontificis conuocari debere, & ꝙ ad hunc appelletur. Et alia multa sunt, quæ huic Ro. sedi conueniunt. Et quanq̄ aliquid attuleris ex ecclīastica historia, tñ illuc uenientes, habebis, quo tibi respondeam. Ecclesiastica enim Ruffini historia tm̃ uiginti statuta Niceni cōcilii exprimit. Ego aūt tibi mōstrabo capita illius Niceni concilii esse plura. Sed qd' ad Romanam/Antiochenā/ac Alexandrinā ptinet ecclīas, in breui audies ab Hireneo, q fuit nō lōge post Petrū & Paulū. Quid circa ecclīaꝝ regimina fuit ordinatū, pauli sp ibi morare.

August.

Strabo

Annius Viterbieñ

Ruffinus

Hireneus

LVTHERVS



Rrat etiam in historia ꝙ Ignatium scribit constitutū a Petro epm̄ Antiochiæ sibi successorem, cū in ecclīastica historia pateat Enodiū Petro, & Enodio Ignatiū successisse, ideo non est credibile huius canonis auctorē esse Anacletum.


Vdio hic quendam acerrime pugnare contra te, quasi Anacleto nulla salus fuerit, nisi diceret plus Anacleto q̄ ecclesiasticæ historiæ tribuendum. Ego aūt in primis ita respondeo id Antiochiæ forsan contigisse, qd' Romæ cōtigit, ut certissima nobis tradit historia. Petrus.n.ita monētibus amicis ad declinandam inuidiam & iram Neronis, uia Appia ab urbe descēdens, ad primū lapidem, ut Egesyppus loquitur, Christo fit obuiam, quem quidem adorans, rogat, Domine quo uenis? Tū Christus, Romam iterum crucifigi. Extat sacellum eodem loco ubi hęc habita sunt uerba. Tum Petrus de martyrio suiipsius dictum existimans, qd' in se Christus passurus uideretur, ad urbem rediit, ac statim Clementem episcopum consecrat, eiq; cathedrā & ecclesiā dei cōmendat his uerbis, Tibi eandē potestatē soluēdi atq; ligandi trado, quam mihi Christus reliquit, spretis ac contēptis rebus omnibus tum corporis tum fortunæ, oratione & prędicatione hominū saluti, ut pastorem decet, consulere uolens &c. Et quanq̄ hoc Petrus post se reliquerit testamentū, imo & Clementem cōsecrauerit epm, huncq; successorem futurum elegerit. Non tamen Clemens, sed Linus, cuius meminit Paulus in epl'a ad Timoth. illi successit, teste Eusebio in chronicis. Immo, ut Hier. habet in suo catalogo, Clemēs quartus post Petrū Romæ fuit eps. Siquidē secūdus Linus fuit & tertius Anacletus. Tāetsi pleriq; Latinoꝝ secundū post Petrū epm putēt fuisse Clementē, tn̄ ēt Hireneus, qui uixit tpe Victoris, dicit Linū.2.& Clementem.4.fuisse Ro.pontificem. Sed cū tā exq̄situs & rigidus es historiaꝝ interps, qd dicis ad hęc? Hier. ait Anacletū.3. & Clemētē.4.post Petrū fuisse epos. Sed habet ecclīastica historia q; in urbe Roma.12. Anaclet9 ānis exactis, sacerdotii sedē Clemēti tradidit, ut tertius ab hoc Clemēs. Ita in.3.lib.c.14.scribit Eusebius. Qd' si adhuc nō credideris, audi qd eadē habeat historia in.5.li.c.6. Fundata, inquit, & ędificata ecclīa beati apl'i, Lino officiū epatus iniungūt. Cuius Lini Paulus in epl'a ad Tim o. meminit. Huic autē succedit Anacletus, post quem tertio loco epatum suscepit Clemēs. Platina uero & fere oēs chronographi Bergamēsis, & alii Anacleto 3tiū & Clemēti quartū locū assignāt. Vides igit̄ q; ī una re in uno successiōis ordine Hiero. ecclīastica historia/atq; chronographi in-

Historia Egesippi

Clemens eps.

Paulus ad Timot.
Eusebius

Hireneus

Quis in epatu successit Petro

Platina
Bergamensis

ter se oino dissentiunt. Sed ad Anacletum uenio. Scripsit is in hæc uerba qũo Petrus Antiochię Ignatiũ ep̃m cõstituerit. Quid differũt hæc uerba ab aliis, ubi dicitur Petrus Clementem ep̃m consecrasse, licet non immediate successerit Clemens, ut iam primum ostensum est. Quanq̃ Hieron. etiã nõ nominet Enodium, attamen dicit quomodo Ignatius Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum apostolum fuerit episcopus. Etiam Ignatius in epistola ad Antiocheñ sic ait. Memẽtote beatissimi Enodii pastoris uestri, q̃ primus uobis ab apostolis antistes ordinatus est. Et hoc proculdubio nouit Anacletus. Nam sub eo tempore, quo uixit Anacletus, Traianus tertiã persecutionem in christianos concessit. Et sanctus ille Ignatius captus & damnatus ad bestias Romam trahitur, ut pulchre tradit Hiero. Et quid opus est multis? loquit̃ de Ignatio Anacletus. Sed nõne meminit & Ignatius Anacleti, qui in epistola ad Trallianos pulchre scribit quomodo S. Stephanus ministrauerit beatissimo Iacobo, & Timotheus, & Linus, & Anacletus, & Clemẽs Petro. Sed adhuc unum addo. Si tantum ecclesiasticæ fidis historiæ, uide qũo cum aliis cõueniat, quæ Euaristum quartũ dicit Romanum fuisse episcopum, quum secundum alios fuerit sextus. Sed & quum tuũ Tetragonum ita in plano proiectũ habere uelis. Dic mihi an peccauerit Hiero. qui in uita Egesyppi Anicetum decimũ ponit ep̃m, quũ in alio ordine sit duodecimus. Nolim tñ hic contra pugnare, quin Enodius primus fuerit Antiocheñ ep̃s. Nam nisi id facerem, nõn tam contra ecclesiasticam historiã peccarem, q̃ contra Hieron. ac ipsum Ignatium. Sed hoc tantum tueor, ꝙ recte dixit Anacletus quomodo Petrus Ignatium instituerit episcopum. Et certe fieri potuit, & factum credo, ut Enodio defuncto, Petrus, qui tunc uixerit, Ignatium Antiochenũ instituerit episcopum. A tempore enim Tibe. Claudii, cuius anno secũdo Petrus Romam uenit, uel potius ab ultimo anno Neronis, hoc est .14. quo Petrus affixus cruci, martyrio coronatus est, si numerauerimus annos, fieri potuit, ut inter hos .25. annos Enodius primus Antiochiæ episcopus mortuus sit, quo mortuo, & Petrus instituit Ignatiũ, qui in primis sub Traiani temporibus fuit damnatus ad bestias. Sed ꝙ tu Anacleti uerba inuertis, nõ parum miror. Dixerat Anacletus quomodo Petrus apud Antiochiam Ignatium episcopum instituerit, & tu mox inuertis, quasi dixerit Ignatium constitutum a Petro episcopum Antiochię

Ignatius

Traianus

Tiberi⁹ Claudius

successorem imediatum. Quid si dixisset de pcessore & pdecessore? quorum apud canonistas non modica differentia est? Sed nec horũ meminit, imo nec de successore dicit. Sed demus tibi dixerit Anacletus hoc, contra quam quæso grãmaticę regulam peccauit? Putas apud nullũ reperiri historicum, q illle mereatur dici successor, qui interueniente alio succedat. Sed, ut mea probentur, en tibi recito uerba Hieron. in lib. aduersus Iouin. ubi sic ait. Ad hos & Clemẽs successor apli Petri, cuius Paulus apostolus meminit, scribit eplas omnemq; pene sermonem suum de uirginitate/puritate contexuit. hæc Hieron. Vides iam plene quod dixi confirmatum esse, potissimum q is, qui non uenit immediate, etiam successor dici poterit. Monitus ergo meliora sequaris.

Glosa in. c. i. de renuncia. lib. vi. cũ similibus

Etiam is nõ incongrue successor dici poterit, qui alio interueniente succedit

LVTHERVS


IAm audi iterũ securum affirmatorem idem temerariũ. Inter beatos apostolos inquit quædã fuit discretio potestatis. Et licet omnes apostoli essent petræ, tamen cõcessum est a domino. Et ipsi inter se uoluerũt idipsum, ut reliquis apostolis oibus præesset. Obsecro quæ fuit ista discretio potestatis? Nunquid Petrus ordinauit apostolos? Nunquid misit apostolos? Nunquid cõfirmauit eos? Vbi legisti belua q a domino concessum est Petro homini discretam potestatem, ab aliis quãdo hoc ipsi uoluerunt.

FABER


NVnquam te Danielem alterũ a Christo tandem nobis missum credidissem, quanq̃ tui scripserint ac testati fuerint, nisi uelut alter Daniel Anacletum hic bestiam/uel beluam uidisses. Dic mihi mi Daniel an sit hæc bestia grandis quasi leena, quæ alas habet aquilæ? an bestia similis urso, cui sint tres ordines in ore & in dẽtibus eius? an quasi pardus, cuius quatuor sunt capita? Sed forsan quartam Danielis bestiã esse dices, quę sit terribilis/mirabilis/& fortis nimis, quę dẽtes ferreos habeat, & cornua decem? Sed certe talis dici non meruit Anacletus, potissimum, quum id etiam dixerit/ac scripserit, quod olim Iulius episco-

Lutherus cur Danies a suis uocetur Daniel. vii.

Iulius

pus, & Leo pōtifices Ro. dixerint. Repeto qđ habet & ipse Hiero. & ex Chrysost. dum ad Cephe uocabulum uenerimus, aliquid ad id ostendemus. Addo qđ Leo rotundis uerbis habet ꝙ in similitudinem honoris fuerit discretio potestatis. Sic ergo sāctos pōtifices tres habes in ordine, qui unam sententiam proferunt, & nec uno uerbo mutato. Sed ꝙ omnibus præfuerit, habet Hilarius. Et expresse dicit Chrysostomus, approbat Hieronymus, non contra dicit Augustinus. Sed & Cyprianum audi, cuius uerba sunt hæc in tertio tractatu de simplicitate prælatorum. Loquitur dominus ad Petrum. Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam. & portæ inferoꝝ non uincent eam. Tibi dabo claues regni cœloꝝ. Et quę ligaueris super terram &c. Et idem post resurrectionem suam dicit, Pasce oues meas. Et quamuis apostolis omnib9 post resurrectionem tribuat & dicat, Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, si cui remiseritis peccata, remittentur illi, & cui tenueritis tenebunt. Tamen ut unitatē manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant utiq; & cæteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio prædití & honoris & potestatis. sed exordiū ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Dices ne tot pontifices, imo totidē sanctos uiros fuisse mentitos? Non repetam id quod habet Origenes in Matthæum, qui prorsus non audet Ioannem Petro præferre. Quis enim hoc faceret, inquit, quasi dicat, quis nisi mentis inops. Sed caducum habes argumētum, quo quęris ubi legerit hæc belua ꝙ Petrus ordinauerit apostolos, miserit eos, confirmauerit eos. Ostendi superius quomodo supremus ille pastor discipulos elegerit, unde ego elegi uos, miserit eos. Vnde sicut misit me pater &c. Et confirmauit eos. Quare non erat necesse de nouo illos eligere/mittere/uel confirmare. Sed ne me solum hominem loquentem habeas, audi quid dicat Chrysostomus in Ioannem homelia octuagesimaseptima. Siquis percōtaretur quomodo Iacobus sedem Hierosolymis acceperit, responderem hunc totius orbis magistrum præposuisse. Tu pro tuo solerti ingenio interpretare hic Chrysostomum, & uide an nō hic ille tibi rectē respōdeat. Discretionem potestatis in alio loco tibi plenius ostendam.

Leo

Hilarius
Chrysost.
Hierony.
Cyprianus

Q̄ō reliqui apl̄i parem habeant cū Petro potestatem

Origenes

Chrysostomus



Vin hic signa, Duplex est primatus honoris/& potesta tis. Qd' Petrus primus fuit in ordine, nemo negat. Nã & inter cardinales/episcopos/sacerdotes/doctores/principes etiam si nullus alteri subiectus est, tamen necesse est in conuentu primo loco unum sedere, quũ tamen nihil habeat præcipere illis, ita Petrum fatemur principem apostolorum/primum ecclesiæ mẽbrum/caput collegii apostolici, & alia quę de eo sancti patres dixerunt. Ita uidemus Ro. pontifices semper honoratos, ut successores, & primo loco habitos. Et i hoc loco recte & laudabiliter actum est, & agitur, agendũq; est sine querela. Alter aũt primatus potestatis nunq̃ fuit Petro datus, qa quilibet apostolorum sine auctoritate Petri prædicauit euangelium, episcopos & presbyteros ordinauit in locis suis. Omnes a solo Christo sunt ęqualiter missi, & immediate hunc primatum isti honestissimi canones ambiunt, & uerbis dei abutuntur in hanc tyrãnidem stabiliendam. Nolunt enim ullum episcopum in toto mundo fieri, nisi pallium & auctoritatẽ Romani pontificis habeat. Et ubi Petrus se non extulit super apostolos, ibi unus apostoli successor longe minor suo pdecessore. sicut apostolus apostolo non contentus honoris primatu, omniũ apostolorum successoribus uult dominari in potestate & uiolentia. Hanc rationem inuictam oppono omnibus, qui Ro. pontifici adulantur super totius mundi dominio, & expecto cum fiducia quidnã cõtra possint mouere/aut gãnire, Qua simul fretus, tanq̃ certissima & omnibus notissima ueritate cum fiducia proclamo, q; decreta quęcũq; aliter statuunt, non modo frigidissima sunt, sed etiam contraria diuinæ scripturæ/euãgelio/& actibus/& epistolis apostolorum, in qbus tam crebre/tam aperte apostolorum æqualis & in mundo diuersa cõmissa prouincia describitur, ut ego nõ possim satis admirari esse potuisse unq̃ tam temerarios adulatores, qui contra hæc fulmina scripturæ fumum suum terrenum leuare auderent, hoc successori Petri episcopo arrogantes, qd' nec apostolo Petro prædecessori unq̃ permissum est. Nec tamen mirarer si id solum arrogarent, nec quererer, sed qd' huic arrogantiæ repugnantes scripturas maluerint corrumpere, q̃ repugnãtibus temporalem hunc potestatis primatũ cedere



Iſtinctionem hic habes de primatu honoris & poteſta-
tis antea a Leone dictam, ab aliis quoq; receptam, licet
peruerſe inducas. Cum aliis enim dicere debebas in
ſimilitudinem honoris etiam eſſe ſimilitudinem pote-
ſtatis. Sed ne gloriari poſſis, hãc adductã ratione ut dicis inuictã,
& ne uelut alter Gorgias Leõtinus uidearis, tibi reſpondere ſtatui.
In primis quando Petrum primũ in ordine fuiſſe dicis, id nemo
negat. Poſſem quidem in aduerſum pugnare, ſi hic uocationis ordi
nem putes, ſed nolo, ut ſim breuior. Hoc tamen dico Simonem Pe-
trum non ſolum in uocationis ordine fuiſſe primum, ſed ut Cyril-
lus inquit, Petrus fuit ordine maior. Et hoc eſt, qd habet Origenes
in Matth. q̃ oportuerit aliquid maius habere Petrum. Sed quid eſt
Petrũ ordine maiorẽ eſſe? & quid eſt Petrũ habere aliquid maius?
Certe hoc eſt quod habet Orig. reliquos apoſtolos non eſſe in tanta
perfectione. Nunquid non hæc primatũ poteſtatis important? &
non eſt Origenis reiicienda cogitatio, qua ex demãdato euãgelico
Petrum poteſtatem ligandi/ſoluẽdiq; non in uno cœlo dumtaxat,
ſed in omnibus cœlis habere tradidit. Reliqui uero tantum in uno
cœlo habeant. Sunt ne hæc uerba honoris tantum, quæ apud iure-
conſultos non pariunt actionem? Sed dic quæſo an non ſint in ec-
cleſia quinq; ordines, epiſcoporum/presbyterorum/diaconorũ/fide
lium/& cathecuminorũ? certe dices hic me uera dixiſſe, imo nõ ego
id dico, ſed hæc dicit diuus Hierony. in Eſaiam .c.x. Sed nunquid
cathecuminum æquabis p̃sbytero ſiue epiſcopo? minime id facere
poteris. Nam oportebit te imitari Moſen, qui ſeparauit ſacerdotes
a populo. Et poſtea ipſe dominus Moſen nubem intrare præcepit.
Et Ambroſius ad illud exclamat. Vides diuiſiones nihil in ſacerdo
tibus plebeium requiri, nihil populare, nihil cõmune cum ſtudio
atq; uſu & moribus inconditæ multitudinis, et licet baptiſmus ſa-
cerdotes efficiat. Sed hoc ſacerdotium laicale ſacerdotium dicitur.
ita ut laici perpetuo abſq; noua ordinatione ſint, ac maneant laici,
quos Hebræi Goim uocãt. Ita reſpondet orthodoxus aduerſus Lu-
ciferianos circa principium. Et licet Hieronymus ſcribẽs in ep̃lam
ad Titum .c.i. contendat ex ſcripturarum ſententia epiſcopum &
presbyterum eſſe unũ, audi tamen. S. Ambroſiũ ita dicentem. Poſt

Petrũ etiã poteſta-
tis primatũ habu-
iſſe inter ap̃los

Cyrillus

Origenes homel.
vi. in Matth.

In eccleſia quinq;
ordines

Hierony.

Ambro. i. lib. epi.
epiſtola. vi.

Verba Hierony.

Ambroſius

episcopum diaconatus ordinem subiecit. Quare? nisi quia episcopi & p̄sbyteri una ordinatio est, uterq; enim sacerdos est, sed episcopus primus est, ut omnis episcopus presbyter sit, non tñ omnis p̄sbyter episcopus. Hic enim episcopus est, qui inter p̄sbyteros primus est. Deniq; Timotheum p̄sbyterum ordinatū significat. Sed quia ante se alterum non habebat, episcopus erat. Vnde & quēadmodū epm ordinet, ostendit. Neq; .n. fas erat, aut licebat, ut inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit, quod non accepit. Sed & Hierony. Hierony.
ad Euagriū scribēs, tolerare non potest, ut p̄sbyteros atq; dyaconos aequemus. Et. D. Aur. Augustinus in lib. quęst. ue. & no. test. q. 101. August.q.ci.
prorsus admittere nō potest, q̄ leuitę sacerdotibus, & dyaconi presbyteris coequentur, dicens multū distare inter dyaconum & sacerdotem. Liber approbat, quem dicimus Actus apostolorum. Quum enim ex Samaria credidissent Philippo p̄dicanti dyacono ab apostolis ordinato. Miserunt, inquit, ad Petrum & Ioānem, ut uenirēt & iis qui crederent, darent spiritum sanctum per manus impositionem. Sed inscii credo scripturarū aut īmemores legis hoc defendūt. Recordari ergo debet, qui ista putat asserēda, quid leuitis acciderit cum taliter saperent. Quum enim nihil inter sacerdotes & leuitas interesse pręsumerent, deo iudice, hiatu terrę absorpti sunt Chore & Numeri.xvi.
consentientes ei, & ducentos quinquaginta uiros torrens ignis simul .ii.Paralipo.xxvi.
consumpsit. Et Osias rex cum opus sacerdotale praesumeret, lepra perfusus est, ut hoc utiq; exēplo &c. Sed & episcopi atq; presbyteri alia dignitas est, sicut mittentis ac missi, teste Hierony. in epistola ad Pamachiū aduersum Ioannem Hierosolymitanum. Ex quibus Hieronymus
omnibus liquet alterum altero ordine esse maiorem, & ita maiorē ut non solum honore sit maior, sed & pōtestate ad hoc totis uiribus laborarūt Ignatius/Cyprianus/Hieron. August. ac reliqua sanctorū turma, ut laici atq; dyaconi subsint presbyteris, p̄sbyteri uero subsint episcopis, etiam si olim episcopi atq; presbyteri unum fuerint, sed & nomen hoc habet episcopi. Cur enim quis nomen meret epi, nisi superintēdat, & illius tanta est dignitas, ut sit regi praeferēdus? teste Hierony. ad Heliodo. & illi Cęsar obtemperare debeat. Sed & epi potestatem habēt cōstituēdi p̄sbyteros per urbes singulas. Aut mentitus est Paulus ad Timoth. ita scribens. Constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Sed nunquid presbytero Paulus
sic ordinato parem cum Tito/uel Paulo potestatem attribues? Qd .i.Timoth.iii.

ſi hic presbyteros cōtēderis epiſcopos, audi quid iam dicat Hiero. Poſtq̄ unuſquiſq; eos quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Sed & non ſolū inter presbyteros unus electus cæteris ſuperpoſitus eſt, imo nec omnes æquales fuerūt epi non modo honore, ſed & poteſtate. Dicas an non fuit in Paleſtina metropolis Cæſarea, & totius orientis Antiochia. Et ut Hierony. ait de nominibus regionū locoꝝ. Hebraicoꝝ Hieruſalē metropolis quondam totius Iudææ fuit, quæ ab Aelio Adriano Cæſare, ꝙ eam a Tito deſtructam reſtaurauerit, Aelia cognominata eſt, & Tyanā olim fuiſſe primæ Cappadociç metropolim, cuius epiſcopus ad ſe Cæſarienſes præſules trahere uolebat. Nazianzenus Hieronymi præceptor in lib. de monodia teſtatur. Sed & circa annum ab orbe redempto nonageſimum apud Euſebium legimus Hermachoram archiepiſcopū fuiſſe Aquilegieñ. De reliquis archiepiſcopis modo prætereo. Sed dic mihi Luthere cur fuerint electi archiepiſcopi? nunquid ut tantum præeſſent? ſicuti fingis. certe eapropter Metropolitani fuerūt, ꝙ presbyteroꝝ ac epiſcopoꝝ cauſas iudicabant, ad eos quoq; tanq̄ ad ſuperiores cauſæ referebant. Hoc docent hiſtoriæ, & hoꝝ meminit Hieron. ad Pamach. Sed forte iā antiquiorem petis hiſtoriam, & quæ tēporibus apoſtolicis propius accedat. Nec id tibi denegare uolo. & mihi ſufficiat unicum Hierony. teſtimonium, cuius uerba ſubſcribam. Ait is ꝙ poſtea unus putans ex presbyteris unus electus eſt, qui cæteris præponeret in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne unuſquiſq; ad ſe trahēs Chriſti eccleſiam rūperet. Nam & Alexādriç a Marco euangeliſta uſq; ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum epiſcopum nominabant. Quomodo ſi exercitus imperatorem faciat, aut dyaconi eligant de ſe quem induſtrium nouerint, & archidyaconū uocent. Quid enim facit excepta ordinatione epiſcopus, quod presbyter non faciat? Hæc Hierony. Habes hic duo uel tria. primo ꝙ a Marco euāgeliſta uſq; ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos p̄sbyteri unum ex ſe electū in excelſiori gradu collocatū eligebāt. Et unde putas hoc didiciſſe Marcū? Credo ego quidem a Petro. Ad hæc diuum audi Aurelium contra inobedientes, imo & contra poteſtatum turbatores, in li. queſt. uet. & no. teſta.

Metropolitāos habere non eſt noua inuentio
Euſebius

Auguſtinus. q. cx.

& no.test. sic ait. Ordinem ab apostolo Petro coeptũ, & usq; ad hoc tempus per traducem succedentium episcopoꝝ seruatum perturbant ordinem sibi sine origine uendicantes, hoc est corpus sine capite profitentes. Vnde congruit etiam eoꝝ sedem cathedram pestilentię appellare. Nec ideo impune erit, quia sub dei nomine hoc agũt. Cõstat enim suas illas causas sub dei nomine agere. Non enim zelo dei hoc agunt, sed sibi locum uolentes defendere. hæc August. An Hierony. mentitus est, qui hanc ordinationem exorditur a Marco. Vel an errat August. qui hunc ordinem sumit a Petro. Stabit ergo inconcusse sententia, quã alibi habet August. ꝙ ea quæ cõmuniter seruant̃ in ecclesia, ita sint a sanctis patribus, imo ab ipsis apostolis ordinata/uel constituta, etiã si in euangeliis aut aliis apostolis scripta non sint. Alioquin quomodo quadragesimale ieiunium sustinebimus. Non enim id habes in nouo testamento mandatum, sed ut Hiero. inquit. Nos quadragesimã secundum traditionem apostolorum ieiunamus, nec quadragesima iãpridem est instituta. imo de ea Origenes in Leui. homelia. 10. sic habet. Habemus quadragesimæ dies ieiuniis consecratos. habemus quartum & sextum septimanæ dies, quibus solenniter celebramus. Est certe libertas christiana per omne tempus ieiunandi, non obseruantiæ superstitione, sed uirtute. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidiis? Quomodo scientiæ & sapientiæ student? Nonne per continentiam uentris & gutturis? Qũo quis seipsum castrat propter regnũ coeloꝝ, nisi ciboꝝ affluentiam resecet, nisi abstinentia utaris ministra? Hæc ergo christianis ieiunandi ratio est. Ita ad uerbum Orige. Et post hunc Cyrillus in Leui. lib. 10. sic ait. Et multa alia ab ecclesia seruãtur, quæ tamen in agiographis scripta non sunt. Et multa cõmemorat Hireneus ille proximus tempoꝝ apostolicorum in. 3. lib. contra hæreticos. Dein aperte Orig. in epistolam ad Ro. c. 6. docet ecclesiam ab aplis hanc suscepisse traditionẽ, qua paruulis baptisma det̃. Volẽte quoq; dño ex Hyppolito Thebęo/Nicęta/Nicephora/& aliis pulchre olim intelliges q̃ ignarus sis historiaꝝ primitiuæ ecclesiæ. Et certe nõ parũ miror ꝙ nõ & id obseruandũ statuas, qd in actibus aploꝝ legit̃, ucȝ ꝙ qñ dñi nostri adhuc calebat cruor, & feruebat recẽs in credẽtibus fides, ut cũ Hiero. ad Demetriadem loquar, uẽdebãt oẽs possessiões suas, & ptia eoꝝ ad aploꝝ deferebant pedes, ut ostenderẽt pecunias

Vbi sine ordine sacerdotum illic cathedra pestilentiæ

August. li. 1. aduersus quest. Ianuarii c. 1.

Hieronymus

Origenes

Cyrillus

Hireneus

Origenes

Hippolytus Thebæus

Niceta

Nicephora

esse calcandas, dabaturq; singulis, prout cuiq; opus erat. Sed ad Hieron. redeo. is habet. Episcopum uelut imperatorem constitui.

Onosander de optimo impetatore

Sed imperatorem elige talem, qualem habet Onosander, uel qualẽ habẽt iura ciuilia. Si fueris imitatus Onosandrum, nunq̃ exercitũ æquabis imperatori. At ne more hæreticorum auctoritate propria

August. quest. uet. & no. test. q. ci.

dicere uidear, Aurelium ad hæc audi Augustinum. Imperator ut imperator appareat, ordinatur obsequio militari, nõ tamen melior

.l. illicitas. ff. d off. præs.

nec par est exercitus imperatori. Qđ si imperatorem secundum legem acceperis, dabis illi ius condendi leges, ius iubendi, uetandiq; purgandi prouincias a malis hominibus, animaduertẽdi in delinquentes, ac cætera id genus faciendi. Sed non in uno loco dũtaxat

Hieron.

tradit Hieronymus unum etiam inter apostolos esse reliquis præpositum, ut schismatis tollatur occasio. Ita in memorata epistola ad Euagrium, in epistola ad Titum, & quampluribus aliis locis, imo idem Hieronymus in .1. lib. aduersus Iouinianum sic habet. Dicis Super petram fundat̃ ecclesia, licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio. An mi Luthere credis q̃ non præuiderit Christus etiam tẽpore apostolorũ hæreses. Quot schismata putas fuisse usq; ad mortem Ioannis euangelistæ? qui primum mortuus est temporibus

Ioãnes post Christi passionẽ vixit annos .lxv.

Traiani. Vixit enim post Christi passionẽ annos .68. Nũc ergo ad apostolorũ tempora paulo propius ueniamus. Apostolis adhuc in sæculo superstitibus, apud Iudæã Christi sanguine recẽti fantasma

Hęreses multę statim post Christi mortẽ pullularunt

domini corpus asserebatur. Galatas ad obseruationem legis traductos Apostolus iterum parturit. Corinthios resurrectionem carnis non credentes, pluribus argumentis ad uerum iter trahere conat̃. Tunc Simon magus/ & Menander discipulus eius, dei se asseruere uirtutes. Tunc Basilides summum deum Abraxas cum trecentis sexagintaquinq; æditionibus cõmentatus est. Tunc Nicolaus qui unus de septẽ dyaconis fuit, die noctuq; nuptias faciẽs obscœnas, & auditu quoq; horrẽdos coit⁹ somniauit. Taceo de Iudaismi hęreticis

Dositheus

qui ante aduentũ Christi legem traditã dissiparũt. Qđ Dositheus Samaritanorũ princeps prophetas repudiauit, q̃ Sadducæi ex illius radice nascẽtes, et resurrectionẽ carnis negauerũt, q̃ Pharisæi a Iudęis diuisi propter quasdã obseruationes superfluas, nomen quoq; a

dissidio susceperunt, q Herodiani Herodem regem suscepere pro Christo. Ad eos uenio hæreticos, qui euangelia laniauerunt, Saturnum quendam/& Ophitas/& Choitam / & Capocratem/& Corinthum/& huius successorem Hebionem/& cæteras pestes, quorum plurimi, uiuente adhuc Ioanne apostolo, eruperunt. Sed in hisce schismatibus ac hæresibus quid præpositum habere oporteat, dic quæso. Respondet tibi Hieron. q necesse sit q illi detur super alios eminēs potestas. Hic perpēde quid dicat Hiero. Non dicit q inter hæc schismata sat fuerit aliquem p̄sidere honoris causa. Sed q huic detur quedā eminens potestas. Hanc potestatem eminentem inter apostolos habuit Petrus. Sed adhuc forte incredulus es. Neq; credes, nisi cum Thoma digitos imiseris in latus dñi. Scis esse scriptū Quotquot possessores agrorum/aut domoꝝ erant uendentes, afferebant pretia eorum quæ uendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Vir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua uendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia uxore sua. & afferens partem quandam, ad pedes apostolorum posuit. Dixit aūt Petrus ad Ananiam. Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi, manebat, & uenundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiēs autem Ananias hæc uerba cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt. Surgētes autem iuuenes amouerunt eum, & afferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spacium, & uxor ipsius nesciens qd' factum fuerat, introiuit. Dixit autem ei Petrus. Dic mihi mulier si tanti agrum uendidistis. At illa dixit, etiam tanti. Petrus autem ad eam. Quid utiq; conuenit uobis tentare spiritum domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt uirum tuum ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Habes in hac apostolorum historia Ananiam, conscia uxore, quandam partem ad pedes omniū apostolorum posuisse. Sed tamen unus scilicet Petrus damnauit Ananiam, dānauit & Sapphiram uxorem. Non dices ergo Petrū eminentē habuisse potestatem? De qua sententia Hieron. aduersus Vigilantiū legi ait syncerius Chananæi Petri seueritatē Ananiā & apl̄i Sapphirā trucidātis. Et idē ad Hedibiā, Ananias & Sapphira meruere s̄niam, qa sua timide reseruarūt. Sed & aliā audi historiā.

Vt schismata vitēt nō honoris sed etiā ptātis honore unum cæteris præfulgere.

Hieronymus

Actuum.iiii.

Hieronymus

Actuum.viii.

Quum uidiſſet Simon quia per impoſitionem manus apoſtolorũ daretur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens, Date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicunq; impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua ſit tecum in perditionem, quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Nõ eſt enim tibi pars neq; ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis/& obligatione iniqtatis uideo te eſſe. Dic mihi an talem ab aliis apoſtolis habeas ſententiã? Simon non uni Petro ſed apoſtolis pecuniam obtulit dicens, Date mihi hãc poteſtatem. Sed tu dic an nõn fuerint Ananias & Simon de cætu diſcipulorũ? & hos tamen ſolus Petrus damnauit atq; corripuit. Et alia multa ſũt, quæ dixit & fecit Petrus, quorũ & mentionem ſupra fecimus, quę non tam prærogatiuam honoris q̃ & poteſtatis probant. Taceo hic

Apocalypſis

de Nicolaitis, de quibus agitur in Apocalypſi c.2. Nec mirum tibi uideatur, ꝙ in hoc apoſtolorum choro, quem Hiero. uocat uere ho-

Hier. in Eſa. c. xliii

norabilem deo dilectum, ex quo ſalus uenit cunctorum hominum atq; populoꝝ. Quoad fieri potuit ęterna ſapiẽtia patris hũc ſtatuit ordinem, quem in angeloꝝ choro uel in angelica hierarchia nouit ab æterno. Sed qualis inter angelos ſit præfectura, hic non dicam

Ricardus. Bonauẽtura. Dionyſius

ex Ricardo/uel Bonauẽtura, imo nec ex Dionyſio de diui. noibus, (quanq̃ ſi uelim, id facere poſſem) ſed ex doctore gentium, qui raptus in paradiſum, didicit hic eſſe principatum/poteſtatẽ/uirtutẽ/ & dominationẽ. Credit Hiero. eum ex Hebræis hæc nomina quatuor didiciſſe. Et quid per illa uoluit? certe ꝙ intelligamus in cœleſtibus eſſe principatus / poteſtates / dominationes/ atq; uirtutes/& cætera miniſtrorum uocabula, quæ nec nos poſſimus nominare.

Ad Ephe. i.

Ordinẽ in ãgelica Hierarchia ponit Hieronymus

Si autem ſunt principatus, inquit Hiero. & poteſtates/& uirtutes/ & dominationes, neceſſe eſt ut ſubiectos habeant, & timentes & ſeruientes ſibi, & eos qui ſua fortitudine roborentur. Quæ diſtributiones officiorum non ſolum in præſentiarum, ſed etiam in futuro ſæculo erunt. & per ſingulos profectus/& honores / & aſcẽſiones/& deſcenſiones, uel creſcat aliquis, uel decreſcat, & ſub alia atq; alia poteſtate uirtute/principatu/& dñatione fiat. Qđ ſi inter hos mille miriades angeloꝝ, de qb9 in pſ propheta regi9 ait. Currus dei decẽ

Pſalmo. lxvii.

millibus multiplex millia lętãtiũ, dñs in eis. Talis eſt pfectura quã

nūc ipsi audiuimus. Nimirum si in apostolorum ac discipulorum choro talis fuerit ordo, ut præsidentem haberent, cui & cæteri obedirent. Ex reuelatione Danielis etiam habetur q̄ quanq̄ omnes sint administratorii spiritus, tamen prouinciis singulis sui præficiunt angeli. Propter quod & legitur angelos recessuros ex tēplo Hierusalem claris uocib9 dixisse, Migremus ex his sedibus. Sed putas ne q̄ sedebunt super duodecim thronos apostoli, de quibus Matthæi 19. iudicantes duodecim tribus Israel non quodam prælationis ordine sessuri sint? An frustra dixit dn̄s. Data est mihi potestas in cœlo & in terra? Proin uera est sententia Hieronymi, q̄ omnes apostoli & apostolici uiri sint dati pastores iuxta cor domini. Qui pauerunt credentium multitudinem nō in iudaicis cerimoniis, sed in sciētia Christi atq̄ doctrina: qui non in arca domini, quæ custos fuit legis Mosaicæ, sed in euangelica prædicatione fiduciam habuerunt. nō cum errantibus Nazaræis sacrificiā, sed spiritualem cultum sectati sunt. Inter hos pastores Petrus primus pastor dicitur, ut est apud August. in epistola ad Gal. imo totius pastor ecclesiæ dicitur, ut est apud eundem August. 22. lib. cōtra Faustum. c. 70. & ad hūc totius ecclesiæ cura pertinuit. Si pares erāt omnes in hoc pastorali officio, cur Petrus dicitur primus, & Paulus posterior pastor? & semper hic ex græco uocabulo ποιμὴν ueritatem euangelicam repetitā habere uolo. Sed & apud Gregoriū in canticis & pastorali non propterea primus pastor uocat, q̄ sit prim9 in uocatiōe, sed q̄a ordine maior. Quum ergo apostoli pastores fuerint, ut supa docuimus, & pulchre tradit Hiero. in Hiere. 23. c. Nunquid non dignum erat, ut pastor esset aliquis superior, ut si quando inter pastores iurgia fierent, sicut in Genesi contigisse legimus, hęc ille sua auctoritate dirimeret, atq̄ sopiret. Notissimum est q̄ apostoli sint custodes murorum Hierusalem, de quibus Esa. ait. Super muros tuos Hierusalem con stitui custodes tota die, & tota nocte perpetuo non tacebunt. Sed putas non dignum fuerit q̄ inter custodes illos aliquis fuerit maior atq̄ superior? quum tamen inter triginta octo millia leuitarum semper aliqui præpositi fuerunt. Dicuntur apostoli doctores. Sed quid hoc sibi uult, quod, ut est apud Augustinum, sicut in Christo fuerunt omnes causæ magisterii, ita & in beato Petro apostolo post saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit caput esse eorum, ut pastor esset gregis dominici. Hæc

Danielis. xi.
Ex Iosepho historico
Hiero. in Danielē. c. vii.
Hiero. in Hiere. c. iii.
Ap̄li pastores
August.
Gregorius
Hieronymus
Genesis
Ap̄li custodes murorū Hierusalem
Esaiæ. xxii.
Hiero. Esa. lxii.
August.
Apostoli doctores

non sunt mea, sed ab Augustino toties repetita. An dices saluatorem in discipulos nullam auctoritatem habuisse? Qd' si hoc magisterio Christi tribueris, tribues & forte aliquali ratione Petro. Qd' si non feceris, turbabis omnia, quae de instituenda adolescentia tradit Quintilianus. Destrues nobis non solum scholas peripatheticorum/stoicorum/academicorum, sed oēs oium professionum etiā sacratissimam euangelii scholam. Et si in synagoga Iudaeorum archisynagogus erat, non fuerit mirum in hac schola si etiam quispiam primarius ac princeps fuerit. Apostoli dicūtur architecti ecclesiae. Sed nunquid inter architectos non pones pposituū aliquem? negare non poteris necessarium in cōstructione domus haberi praepositū, nisi Babylonem extruere uelis. Qd' si ex Victruuio de architectura ex Georgio Valla/ ac demū ex Dyodoro Siculo de terdenis cētenis millibus opificibus ac architectis, quos Semiramis in extructione Babylonis habebat, multis possemus probare argumentis, Tamen cum theologo negotium habens, praeposituram architectorum theologice probo. 3. Reg. 5. ita scribitur. Fuerunt Salomoni septuaginta millia latomorum in monte absq; praepositis, qui perāt singulis operibus numero trium millium & trecentorum praecipientium populo, & iis, qui faciebant opus. Hisce pręposītis ius erat pcipiendi. Ita Gen. 39. Quanq; in domo cui pręerat Ioseph, fuerit multa familia, tamen Ioseph praepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & uniuersa, quę ei credita fuerant. Sed ad architectos redeo. Putas ne sapiēs ille architectus, de quo Paulus ad Corin. architectos post se reliquerit absq; ordine, uel absq; magistratu. Addo ad hęc q̄ praepositorum etiam officium est non modo praesidere, sed auctoritatem exercere. Quod olim expertus est Paulus, qui scribit. Damasci praepositus gentis Aretae regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprachenderet, & per fenestram in sporta demissus sum p murum, & sic effugi manus eius. Praedixerat illis etiam dominus Matthaei. 24. Surrecturos multos pseudo prophetas & seductores multos, imo exsurrecturos pseudo Christos, ut est Mar. 13. Et factū est illud. Vnde Act. 13. Quum perambulassent uniuersam insulam usq; ad Paphum, inuenerunt quendā uirum magum pseudo prophetam Iudęum, cui nomen erat Barien. & ad Gala. submittebanť pseudo apostoli. Et de pseudo apostolis saepe conquęritur Paulus. Sed & 2. Petri. 2. sic dicit. Fuerunt uero & pseudo prophetae in po

Marginal notes: Quintilianus — Architecti dicunť apostoli — Victruuius — Georgius Valla — iii. Reg. v. — Genesis — i. Cor. iii. — ii. Cor. xi. — Matthaeus — Marci. xiii. — Actuum. xiii. — ii. Petri. ii. — Pseudo prophetae

pulo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, deum negant, superducẽtes sibi celerem perditionem. & multi sequẽtur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis uerbis uobis negotiabũtur. Illos pseudo prophetas, quos Hiero. Luciferi satellites uocat, Hos pseudo apostolos, quos Paulus uocat operarios subdolos trãsfigurãtes se in apostolos Christi, Collegiũ apostolorum, uel quis aliud quõ damnare potuit, nisi præsidenti data fuerit aliqua præcipua potestas? Et ad hoc hodie dicunt electi episcopi ad tollenda schismata. & hoc quoties hæretici uel schismatici caput erexerint, necesse est ut cõtra hos hoĩes, quos Hiero. in Amos. c. i. uocat Ammonitas quædam superior exurgat potestas. Nam hos Ammonitas, qui separant, deceptam multitudinem ab ecclesia dei, & rudes animas, quæ nuper Christi concepere sermonem, abrumpunt & diuidunt, quis ferre posset? maxime cum dominus cõminet se muros Rabbe idest multitudinis in die ululatus, & belli cõmotionis, & turbinis incensurum, & regem eorum auctorem schismatis ire captiuum, & principes ecclesiæ iugo colla submittere. ut id fieri possit, non simplex præsidentia exigitur, sed re uera superior quædam potestas. Et ob id ingenue Hieronymus Petrum fatetur caput inter apostolos constitutum. Hoc & tacite nobis ostendit Aur. Augustinus. 13. lib. contra Faustum. c. 12. quũ disserit illud Hiere. 17. Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cũ iudicio. Perdix enim cõtentiosum animal notũ est quanta auiditate ipsius contentionis currat in laqueũ. Non enim disputare amãt hæretici. Sed quoquo modo separare impudentissima puicacia, ut cõgregẽt, sicut hic dixit, quæ nõ pepererunt. Christianos enim quos maxime Christi nomine seducunt, iam per ipsius Christi euangelium natos inueniunt, & faciunt illas diuitias suas non sane cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderato. Non enim intelligũt ibi esse ueram & salubrem & quodãmodo germanam atque radicalem Christianã societatem. Unde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt. Et quia de talibus dicit apostolus. Sicut enim Ioannes & Mambres restiterũt Mosi, sic & isti resistũt ueritati, homines mẽte corrupti, reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient. Dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Sequitur & hic propheta & dicit de perdice, qui congregauit, quæ

Hier. i Esa. c. xiiii.
.ii. Cor. xi.

.ii. Cor. xi.
Ita Hiero. in epla ad Titum
Hierony.

Amos. i.

Aur. Augustinus

non peperit, in dimidio dierum eius derelinquet eum, & in nouis-
simis suis erit insipiens .i. qui primo tanq̄ per pollicitationem / &
ostentationem excellentis sapientię seducebat, erit insipiens, quum
apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus. hęc Augustinus.
Et hic quod de Petro & reliquis dicimus apostolis, hoc de successo-
ribus illius quoad damnandos & confutandos hæreticos, dicere
possumus. Et tibi ueteres reuoluenti historias sexcenties occurret,
hæreticos a Romanis episcopis potissimum esse dānatos. Ita Leo
secundus anathematizauit Macharium Antiochenum episcopum
una cum sectatoribus uolentibus unam tantum in Christo uolun-
tatem fuisse, contra quos Agathon Vnicus cōcilium sub Constan-
tino celebrauerat. Ita Cœlestinus non solum per se sed & per Cy-
rillum Nestorium, & Nestorianos damnauit. Illum enim Cyrillū
Cœlestinus non solum uicarium & p̄sidentem fecerat in Ephesina
synodo, tempore Theodosii & Valentiniani, sed & illi per orientē
excōmunicandi potestatem dedit. Qd' si par fuit omnium ep̄orum
potestas, putas ne hoc permisissent Orientis episcopi? Sed & hac
opinione tua, nisi te prouocarem ad iram, dicerem te omnibus hæ-
reticis & Nicolaitarum / & Ebionitarum / & Valentinianorum esse
peiorem. Siquidem non inuenies ex centenis hæreticis aliquem
præter unum, qui non fuerit ingenue fassus non solum concilium
sed & pontifices potestatem habere superiorem. Et si miliades hi-
storiarum percurreris, nō inuenies aliquem excommunicationem
ita uilipendisse, deiecisse, ac aspernatum fuisse, ueluti ipse facis, imo
utplurimū inuenies, quoties illis anathema uel Niceni / uel alterius
sacri concilii propositum fuit, iam toto corde tremebant. Eapropter
& multi ad ueræ fidei pascua redierunt, ne excōmunicationis gra-
uem sententiam eos ferre oporteret. Ita Gregorius patriarcha Con
stātinopolitanus Agathoni cessit. Ita cesserūt multi in Ariminensi
concilio. Ita orientales, quod maius est, pascha celebrare cœperunt
iuxta formā Ro. ecclesiæ, licet aliud docuerit Ioannes Euangelista
in Asia. Sed tu cum tuis potestatem sublimiorem spernendo fugis,
ac misere in censura stertis / atq; sordescis, quod pauci hæreticorum
fecere. Tū procedo. Apostolos pincernis comparandos Ioānes ille
Chrysostomus asseruit. At de pincernis quid dices? Nunquid eos
dūtaxat honoris prærogatiuam habere dices? Quod forsan diceret
Biberii / Caldii / Merones / Epicuri de grege porci semper ad pocula

Leo

Agathon Vnicus

De Cyrillo

Cyrillus excōmunicauit in Oriente

Orientales cedūt epo Romano

Apostoli pincernę

Lauticio cognomina

Leontini amphoræ pendentes Sybaritæ Syracusani? Sed non sic impii non sic. Siquidem in Genesi narrauit prior præpositus pincernarum somnium suum. Et iterum succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Et in Asueri conuiuio sic rex statuerat præponēs mensis singulos de principibus suis, ut sumeret unusquisq; quod uellet. Et licet illic fuerit Asuerus, tū ut monarchiam rectam haberet, ex more regio semper ei aderant primi & proximi Charsena & Sethar &c. Sed quid credis an illi pincernæ tantum præsederint, & ad nutum uniuscuiusq; fuerint elargiti quicquid usq; petitum fuerit? minime. Sed illa forsan umbratilia dices, eo q; sint ueteris testamenti historiæ. Festinemus igit ad res gestas in lege noua. Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. illic erat spōsus. illic & Architriclinus erat. & ipse Iesus, qui dicit eis, Haurite & ferte Architriclino. & tulerunt. Vt autē gustauit Architriclinus aquam uinum factam, & non sciebat unde esset. Ministri autem sciebāt, qui hauserāt aquam. Vocat spōsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primū bonū uinum ponit. & cū inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonū uinum usq; adhuc. Habes hic inter pincernas fuisse præpositum atq; magistrum. Nunquid ille magister par erat reliquis? nec ius habuit imperandi? Sed & Architriclinus cur dicatur, uidere potes apud Erasmum in Annotationibus in Ioānem. Græca etenim uox est, & significat eum, qui præfectus est operando conuiuio. Triclinium locus tribus constratus lectis ad discumbendum. Habebant apostoli hoc onus iniunctum, ut inuitarēt ad cœnam paratam, de qua Lucæ quartodecimo. Habebant & hoc officium, ut propinarent ac nunciarent conuiuium pinguium, conuiuium uindemiæ pinguiū medullatorum. Vindemiæ defecatæ, ut est apud Esaiam, fuerunt omnes pincernæ, sed magistrum, immo Architriclinum habebant, Et is Petrus erat primus pastor & pontifex. Qd' autem hic per Architriclinum non simplicem quemq; hominem, sed pontificem intelligere possimus, firmat Cyrillus ille noster. S. patriarcha Alexandrinus, qui sic ait. Miratur tam optimū uinum Architriclinus, Quia pontificum quisq;, quibus saluatoris domus cōmittit, huius mysterii ratione stupescit, cui primum uinum afferri Christus imperauit. Quia ut ait Paulus, Laborantem agricolam oportet primū fruges degustare. Hoc autem unusquisq; per seipsum intelligat.

Genesis.xl.
Hester.i.
Ioannes.ii.
Architriclinus
Erasmus
Lucæ.xiiii.
Esa.xxv.
Cyrillus

Vides & hic pontificem architriclinum dici, quem uere introduxit rex in cellam uinariam, ut est in cāticis. Et hic est ille pontifex, cui ex mysterio superhumeralis credita sunt uniuersa legis mysteria, ueluti Hiero. habet scribens ad Fabiolam de ueste sacerdotali. Sed quid facere debet ille Architriclinus? aut quid fecit Petrus? inter pincernas reliquos curare debet, ne caupones misceant uino aquā, contra uerbum Esaiæ, hoc est ut hæretici euangelicam ueritatem nō corrūpant praua intelligentia. Ii nempe sunt caupones pessimi facientes de uino aquam, cum econtrario dominus noster aquas in uinum uerterit. Et tale uinū miret architriclinus, quale & regina Sabba in Salomonis mirata est conuiuio, pincernas eius & ministros uini sua uoce collaudans. Sed & Ecclesiastes ministeria uini atq; cōuiuii sui mystico sermone describit. Petrum igitur sicut primum & beatissimum apostolorum cum Augustino dicimus, ita & Petrum reliquorum pincernarum dicimus esse præpositum. Possem hic nonnihil tractare super euangelica uocatione, qua Christus dixit ad Simonem, qui uocat Petrus, & Andream fratrē eius. Venite post me & faciam uos fieri piscatores hominum. Et quomodo post insufflationem, ac potestatem ligandi/soluendiq; apostolis traditā, quando simul erāt Simon Petrus/& Thomas, qui dicit Didymus, & Nathanael, qui erat a Chana Galilææ, & filii Zebedęi, & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicūt ei, Venimus & nos tecū. Et exierūt & uenerunt in nauim. Et Lucę. 5. Cur Simoni Petro ad genua Iesu procidēti sit dictum, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiēs. Tamen ut breuior sim, de hac piscatione hic nihil dicam, potius ad August. ac alios iam te remitto. Sed & nemo nō nouit apostolos dici fontes. Vnde Hieronym9 ad Fabiolam sic scribit. Nō dubiū quin de duodecim apostolis sermo sit, de quorum fontibus deriuatæ aquę totius mundi siccitatem rigāt. Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quas & ipsas secūdi ordinis intelligimus pceptores. Luca euangelista testāte, duodecim fuisse apostolos/& septuaginta discipulos minoris gradus, quos & binos ante se dominus pręmittebat. De quibus & Paulus refert q apparuerit dominus primum undecim, deinde apostolis omnib9, alios uolens intelligi primos, alios secundos Christi discipulos. hęc Hierony. Vides ubiq; maiores & minores innui. Sed & domus quæ est ecclesia dei uiuentis, uenatores/ uiatores/architectos/ædi-

Hieronymus

Esaiæ. i.

Hiero. Esa. c. i.

Aug. vii. lib. cōtra Donatistas de baptismo. c. xx.

Marci. iiii.

Aug. lib. ii. de cōsensu euāg. c. xvii.

Hierony.

ficatores/agricolas/pastores/athletas / & milites habet, teste Basilio Magno. Nonne dignum est inter illos aliquem praeponi. Omitto quae Damascenus in.4.libro de orthodoxa fide.c.16.de aplis habet. Et quia Hieronymus testatur super montes euãgelium pdicari.i. super apostolos,de quibus scriptum est, Appropinquate montibus aeternis,& quorum doctrina illuminatio dei est. Et in psalmo dicit Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Vnde exurgendum ac abeundum est mihi cum Maria in Montana cum festinatione. Veniam saliens in montibus,sed non in montibus Gelboe,ubi nec ros,nec pluuia,ubi interfecti sunt inclyti Israel, nec qui sicut cera fluxerunt a facie domini. Sed ueniam ad eos montes,ubi requieuit arca,imo ad eos montes,qui tacti non fumigarunt. Sed qui sunt ii montes? Certe apostoli ii sunt montes,quales fuerunt Synai,mons dei Oreb/mons Thabor. Et quanquã apostoli omnes montes dicti fuerũt,tamen super unum montiũ Christus fundauit ecclesiam.& quis est ille mons? certe Petrus. Ita scripsisse Hierony.plus semel docuimus. Et ob id forte prę cęteris nomẽ petrae promeruit,de quo tamen infra dicemus. Sed quid opus est foliato agere responso? Apostoli duodecim lapides pretiosi dicuntur. duodecim fontes in Helim uinitores / aratores / agricolae/notarii saluatoris. Sed quot quot de similitudinibus hisce leguntur scripsisse unq̃ Petro primatum non tantum honoris,sed & potestatis tribuunt. Ad haec audi Bedam in Abacuc scribentem. Daniel uidit excisum lapidem sine manibus,idest Christum absq; uirili opere procreatum, qui regna mũdi cõterens,sui gloria nominis orbem impleuit uniuersum. Qui uidelicet mons recte umbrosus uocatur & condensus.habẽs multa ligna fructifera.i.multos uiros sactos,& uirtutum pomis onustos. Qui & nostrae mentis esuriem gustu suae suauissimae doctrinae erudiant, & nostra fragilitatẽ ne aestu tribulationum a uirore internae dilectionis arescat,pręsidio suae intercessionis obũbrent. Cui figurę congruit q apostolus Petrus arbor utiq; huius montis eximia non solum fructu doctrinae reficit esurientes & sitientes iustitiam,uerũ etiam membra sui corporis saluat languentes. Verum nunc satis ea enim quae hic fuerunt neglecta inferius, ad satietatem usq; referantur. Sed quia tu callido quasi flumine fateris oportere in uno concilio aliquem esse praesidentem,ne confusio fiat,id te dicere conueniebat. Sed dic cur in conciliis oecomenicis semper praesederit

Damascenus
Hier. in Esa.c.lll.
Lucae.i.
Canti.ii.
.ii.Regum.l.
Psalmo.xcvi.
Gen.ii.
Psalmo.ciii.
Apostoli montes
Hiero. in Ezech. .c.xii.
Haec omnia apud Hier. i Esa.c.lxii.
Hiero. in Matth.
Beda in Abacuc
Hiero. ĩ ps. cviii. sup hunc versum Montes exultabũt in conspectu dñi apostolos pmõtes intelligi fatetur.
Petrus arbor eximia

Ro. pontifex, aut illius legatus, non patriarcha Constantinopolitanus, non Antiochenus, nō Alexādrinus, non Hierosolymitanus. Ita actum est in synodo ducentorum & trigintanouem episcoporū sub Agathone papa, & imperatore Constantino. Cuius rei etiā meminit Nicetas monachus Graecus scribens de azimis sabbatis & nuptiis sacerdotum. Ita factum est in Constantinopolitana quinta synodo contra Theodorum. Sic in Epheso ducenti patres sub Coelestino & Theodosio. & centum ac quinquaginta patres tempore Gratiani Damasum cognouerūt, cōtra Macedonium, & Eudoxiū. Patres sexcenti ac triginta in Chalcedonensi concilio. Ita Romanū agnouerūt pontificem Leonem, ut hunc ter beatissimum acclamarent, imo omnem rem ad illius confirmationem direxerunt, de quo plura apud Facundum Hermanēsem epm. Quid dicam de secūda Nicena synodo, quae celebrata fuit tempore Constantini & Hirenis matris octauo calendas Octobris, indictione undecima, in qua praesedit Petrus archipsbyter Ro. ecclesię sancti Petri, ac alius Petrus abbas uenerabilis monasterii sancti Sabbae Romae sanctissimi, ac religiosissimi Adriani catholicae & apostolicae ecclesiae Ro. legati, ubi fuerūt Parrhasius archiepiscopus Constātinopolitanus, Ioannes, & Thomas Tyrii, Ioannes Ephesius, episcopi Nicomedię Calcedonis, Cretae, Ponti, Sardiniae, Pirrichiae, Nicepolis, Seleuciae Syracusae, Milleti, Chii, Trallae, Magnesiae, & sic trecenti & quinquaginta episcopi. tamen primā potestatem semper habuit uterq; Petrus, imo semper in praxibus illo⁊ prima subscriptio est, Petrus qui erat uicetenens Adriani Romani pontificis. Ita testantur hypomnimata eiusdem sacrosancti concilii, quę adhuc integra persistūt & graece & latine, quae olim contra eos, qui imagines tollunt sanctorum, pugnabunt acerrime. Et non indignum iudicas, ut qđ ibi decreuere trecēti & quinquaginta episcopi, te solo & unico auctore, diruatur. Sed de prima synodo, quam & tu sacratissimam & recte uocas, in Nicea Bythiniae metropoli sub trecētesimodecimooctauo anno a trecētis & decem octo epis, teste Nicephora, celebrato, notissima est historia Siluestri papę. Et, ut antiquiora dicam, uetustissimae & ad adhuc nec tibi nec tuis cognitae ac uisae historiae tradunt Victorem Romanum pontificem non lōge post apostolorum tempora celebrasse concilium in Alexandria Palestinae cum Narcisco epo Hierusalem, & Theophilo Caesareae, ac Hireneo Lugduneñ, &

Nicetas Graecus

Hermanensis eps

Nicephoras archiepiscopus Constātinopolitanus.

firmari

firmari fecit pascha celebrari debere die dominico a quartadecima luna Martii usq; ad uigesimam primam Aprilis, licet Orientales omnino contrarium antea senserint. In his ac aliis sacrosanctis conciliis patres illi non solum honoris causa præsidentem habuere pōtificem Romanum, sed & illi potestatem eam ac tantam dedere, ut ipse conuocaret concilium, præponeret causas, prima uota dederit, primo se subscripserit, primum anathema pronuntiarit, consessum & locum indixerit, & alia nō solum honoris sed & potestatis signa peregerit. Nec dubites si Cōstātinopolitanus episcopus hunc honorem habere potuisset, Nicephoras patriarcha Constantinopolitanus chronographus ea scripsisset. At licet etiam is patriarcha quintam synodum Cōstātinopolitanam descripserit, nihil tamen uspiam quid tale deprehendo. Nec dubito in concilio quod celebratum fuit Antiochiæ temporibus apostolorum, sicuti testantur acta secundi Niceni concilii, Petrus primas ibidem partes habuit. Sed quid opus est multis? ordines ecclesiarum negare non potes. Sed hos fecerunt apostoli, nisi Hieronymus/Cyprianus/Tertullianus/Anacletus/Leo, imo Hireneus Lugdunēn Photini episcopus, qui fuit discipulus discipuli Ioannis euāgelistæ hoc est Polycarpi, mentiantur. Et qualis erat diuisio, certe talis, ut essent presbyteri episcopi/archiepiscopi/& patriarchæ. Qđ si pares in potestate erāt, cur princeps uel primarius episcoporum dicitur archiepiscopus? si idem erat presbyter quod patriarcha, cur patrum princeps patriarcha græce dicitur? tollemus hoc nomen non solum ex Suida, sed omnibus auctoribus græcis. Vanum est ergo mi Luthere quod hic somnias, primatui uidelicet honoris non respondere primatum potestatis, quum omnis ratio/omnes historiæ contrarium asseuerent. Et ego iam in transcursu & quasi obiter consensum fere duorum millium episcoporum contra te in testes statui/atq; produxi. Venis itaq; haurire aquam, sed reportas uasa tua uacua, iuxta uerbum prophetæ. At quid iam te facere conuenit, sine stare sanctorum imagines, iuxta decretum secundi Niceni concilii. permittas episcopum superiorem esse p̄sbytero, iuxta canones primi Niceni concilii. uenerare reginam celi, ueluti genitricem domini, secundum synodum Ephesinam. sinas illam perpetuam uirginem, ne in Heluidii labyrinthum labaris incaute. celebrato pascha, etiam si in euangelio solennitatem illius minime celebrandum inuenias,

iuxta decretum in Alexandria Palestinę factum. Et sic adimplebis legem Christi, quia ut cum Augustino contra Faustum libro tertiodecimo capitulo quinto dicam, Nostrorum portio librorum auctoritas tot gentium consensione per successiones apostolorum episcoporum/conciliorumque roborata uobis aduersa est, uestrorum aūt nulla est. Nec moueor q̄ dicis illa.s.cōcilia errasse. Nam nisi aliter monstraueris, tibi nō credam. Qd' si error fidem adimit, ita q̄ errāti parum credendum fuerit, iam tibi toties erranti nihil credemus. Sed alibi de conciliorum erroribus non pauca.

Augustinus

LVTHERVS



Ddo ad hæc q̄ nec in hoc recte & euangelice fit a Romanis pontificibus, q̄ episcopos e Ro. ecclesia propagatos.i.ecclesiam Latinam sic administrant, ut soli ipsi ordinent & confirment episcopos omnes. In hoc enim non Christo, sed sibi ecclesias Christi uidentur arrogare, quum apostoli Pauli exemplo deberent aliis cōmittere constitutionem episcoporum uidelicet archiepiscopis & uicinis. Deberent ergo illos deo cōmittere, & nequaquam negare, ut pro nouo episcopo ad urbem mitterent. Habet enim speciem non leuem auaritiæ/& tyrannidis, quæ dominentur fidei eorum, quod Paulus noluit sibi usurpare in Corinthiis. Sufficeret enim semel episcopum dedisse, & deinceps eos gratiæ dei cōmendatos propagationi propriæ eos relinquere, aut solummodo curam gerere, ne a fide denegarēt. Sicut apostolus in Galatis monstrauit exemplum. Nunc uidemus prætextu huius beneficii & primatus omnium episcopatus & sacerdotia in uoraginem Romanæ auaritiæ rapi, tot symoniæ impudentissime monstris hoc uno operculo tectis.

FABER



IRCA Episcoporum ordinationem uariam obseruationem fuisse legitur. Primo omnium Christus ordinauit episcopos, & fuerunt apostoli. Vnde episcopi sūt successores apostolorum. Apostoli ius habebāt, ut alios ordinarent apl̄os & ep̄os. Ita Paulus in multis urbibus peragratis,

Hierony. ad Paulinam de institutione monachoꝝ

reuertensq; Hierosolymam, a Petro/Iacoboq; / & Ioanne apostolus
ordinat. Sic scribit Hieronymus in catalogo, & illic in uita Pauli
Ita Paulus Timotheum ordinauit Ephesiorum / & Titũ episcopũ
Cretę. Ita apostoli Iacobum, qui appellatur frater domini, episcopũ
Hierosolymorum, cui in episcopatu successit Simon Chananæus
cognomento Iudas. Ita Barnabas Cyprius cum Paulo gentiũ apľs
est ordinatus. Sic Ioannes apostolus Polycarpũ ordinauit Smyrnę
episcopum. Sic proculdubio Petrus Enodium in Antiochia ordina
uit episcopum. Sed postquam in Nicena synodo patres sancti con
uenerunt, ordinatum est ita, ut is eligeretur in episcopum, quem
clerus & populus cõmunis ille ad id dignum iudicaret, hunc quoq;
consecrarent in episcopum episcopi uiciniores. quod & hodie fieri
solet. Ita actũ esse cum sanctissimo uiro Gregorio / Nissene / plerisq;
aliis inuenio. Sed sancti patres illi uiderunt multos ambire episco-
palem dignitatẽ, cognouerũt deniq; quid ad episcopũ pertineret.

Ambro. in episto lã. i. ad Cor. c. xii. Caput i ecclia apostolos posuit: quia legati Christi sunt hic idem dicit apľo p quo legatiõe fũgimur istud Petro apľo sic dicente: Inter cætera de Iuda epatum eius accipiat alter &c.

Vnde aliter composita res est. Siquidem scripserat Paulus ad Ti-
motheum. Oportet episcopum irrepręhensibilem esse unius uxoris
uirum/sobrium/ornatum/prudentem/pudicum/hospitalem/docto
rem, non uinolentum/non percussorem/sed modestum, non litigio-
sum/non cupidum, sed suę domui bene prępositum, filios habẽtem
subditos cum omni castitate. Siquis autem domui suę bene pręesse
nequit, quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? non Neophitũ
ne in superbiã elatus, incidat in iudiciũ diaboli. Oportet aũt illum
testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in oppro-
brium incidat, & in laqueum diaboli. Et ad Titum. Oportet epũm
sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbũ non iracun-
dum/non uinolentum/non percussorem/non turpis lucri cupidũ,
sed hospitalem/benignum/sobrium/iustum/sanctum continentem
amplectentem eam, quæ secundum fidem est, fidelem doctrinam
ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt,
arguere. Præuidentes itaq; sancti patres a præponendo episcopo
multa exigi, quæ hic scripsit Paulus, & maxime q̃ natura sit pru-
dens, docilis moribus/tẽperatus/uita cast9 / sobrius/puigil/humilis
affabilis/misericors/literatus, in lege domini instructus, in scriptu-
rarum sensibus cautus, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, ac
ante omnia q̃ possit esse fidei defensor. hæc inuenire hoc opus
hic labor est. ista tractare/perquirere superiori conueniunt, qualem

Pauli ad Timo. iii. Epi condiciones

Paulus ad Titum

Ro. pontificem agnouimus. nec unius anni consuetudo est. Nam Anacletum id statuisse, ac ita obseruatū esse legimus, ne episcopus a paucioribus, quam tribus episcopis ordinaretur. Et Ro. pontificē hoc ius ante mille annos habuisse, cōpertissimum est. Imo, ut supra ostensum est, *Leo* Leo episcopo Thessalonicen̄ de confirmandis epis. hāc formam tradidit. *Forma cōfirmādi episcopos* Vnde ait quum de electione tractabitur, ille omnibus p̄ponatur, quem cleri plebisq; consensus cōcorditer postulauerit, ita ut si in aliam forte personam partium se uota diuiserint, metropolitani iudicio is alteri praeferatur, qui maioribus & studiis iuuatur & meritis, tantum ut nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa q̄ cōuenit, cui non licuerit habere quem uoluit. De persona autem consecrandi episcopi, & de cleri plebisq; cōsensu Metropolitanus episcopus ad fraternitatē tuam referat. qd'q; in prouincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoq; affirmet auctoritas, quae rectis dispositionibus nihil morae aut difficultatis debet afferre, ne gregibus domini diu desit cura pastoris. Metropolitano uero defuncto, quū in eius locū alius fuerit subrogādus, prouinciales episcopi ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debebunt, ut omnium clericorum atq; oium ciuium uoluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiae/ uel ex dyaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant sacerdotes, impleturi uota poscentium. siquid ipsis placuit, tibi quoq; placuisse cognouerint. Sicut. N. iustas electiones multis dilationibus uolunt fatigari, ita nihil permittimus te ignorāte praesumi. *Hieron.* Et apud Hieronymum/Eusebium/Sozomenum/ac reliquos Graecos ac Latinos historicos auctores legimus sub Arriano tumultu plurimos episcopos e propriis sedib9 eiectos. Et abiecto Machario Antiocheno episcopo, surrogatus est Theophanius abbas. Et notissima historia est, Eusebium Nicomediensem Constantinopoleos episcopatum inuasisse, ubi praesedit sanctissimus Alexander, & Eusebius praesulatum Constantinopolitanum tyrannice obtinuit. De his quae in Nicomedia/ac Nicea/ac post in Antiochia peracta sint, silentio pertransco. Quid dicam de Athanasio uiro illo sanctissimo? contra quem toti Arriani coniurarunt. Inter hos tumultus etiam ius aliquod habebat pontifex ille Romanus. Nam Eusebius Constantinopolitanus eiusq; con-

fortes calumnias in Athanasium factas, Romam destinarunt • qui etiam ipsos Romam uenire praecepit, & uenerabilem Athanasium ad iudicium euocauit • Et mira est tragoedia Homousianorum & Arrianorum hisce tyrannicis electionibus, quia uix fieri posset ut semper uicini episcopi de causis recte cognoscerēt • Quare i Niceno cōcilio statutum ac ordinatum est, ut episcoporum causae iudicētur ab Ro• pontifice• De qua re paulo uberius infra dicemus• Qd' & tranquillitati episcoporum ac cathedrarum plurimū conuenire credo, ut sit quispiam superior, qui electionem & causas disquirat epōrum• Sed nemo hic putet q tyrānicam exactionē tueri uelim • Semper enim Simonem magum illum Samaritanum odi• Giezitas quoque simul oēs de redemptione pallii Ioannis Andreae respōdeat, qui se Romae multa uidisse gloriatur in lib• quem Prouinciale uocant• De hoc nō pauca sunt in decreto sub dist•100• Sed & Romae hoc dico, qd' scribit Hierony• in•2•lib• aduersus Iouinianū, Roma urbs patēs, urbs orbis domina, urbs apostoli uoce laudata, interpretare uocabulum tuum• Roma aut fortitudinis nomen est apud Graecos, aut sublimitatis iuxta Hebraeos• Serua q diceris uirtus te excelsam faciat, non uoluptas humilē • Maledictionem quā tibi saluator in Apocalypsi cōminatus est, potes effugere per poenitentiam, habens exemplum Niniuitarum• Caue Iouiniani nomen, quod de idolo deriuatū est• Squallet Capitolium • Templa Iouis & cerimoniae conciderunt • Cur uocabulum eius & uitia apud te uigeant? Adhuc sub regibus & adhuc sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagorae continentiam, quam sub consulibus Epicuri luxuriam susceperūt• Ad priora uenio• Circūferuntur concordata, quae principum uocant• ea inter pontificē ac principes cādide seruari, ne utrinque fluxa fides esset, forte non foret inutile, aut tam inhonestum • Ego quidem inuenio pontifices Romanos/epōs/& archiepōs constituisse & confirmasse longe ante mille annos• Taceo hic de diuersis legatis, quos in diuersis conciliis semper habuerunt Romani pontifices, maxime quando illi non interfuerunt • Et si non fuissent Romani pontifices Antiocheno/Caesariensi/Constantinopolitano / ac Alexandrino maiores, credo uix toties ad occidentē Athanasius ex Aegypto fugisset • Sed quid putas (ut me totum in hac re aperiam) Romanum episcopum legimus a pluribus saeculis Archiepiscopos/Episcopos/Abbates/& reliquos certos praelatos confirmasse Germaniae

Eporum causae a Ro• pōt• iudicādae

Giezitae

De pallio

In additiōe speculi lib• de auctoritate & usu pallii

Hieronymus

Roma vnde

Iouinianus vnde

Concordata principum

Hiſpaniæ/Galliæ/Portugalliæ/Apuliæ/Vngariæ/Noruegiæ/Britanniæ/Poloniæ/Bohemiæ/Daciæ/Scotiæ/Aragoniæ/Cathaloniæ/Granatæ/Aquitaniæ/Romandiolæ/Lombardiæ/Gotiæ/Tuſciæ/Picardiæ/Sclauoniæ/Corſicæ/Campaniæ/Cretæ/Suetiæ/Burgũdię Calabriæ/Sardiniæ/Sabaudię/Sicilię/Achaiæ/Dalmatiæ/Caſtellæ Rhodi/Chii/Ruſciæ/Liuoniæ/Syriæ/Lothringiæ/Iſtriæ/ac aliorũ regnorum & prouintiarũ. Et licet totidem reges & principes totidẽ ſæculis obedientiam Romano fecerint pontifici, tñ tu omnia conaris euertere. Tu graue ſaxum Syſiphi uoluis, ſed uide ne olim in lapidem te impegiſſe dicamus. Tu nimis emũgis. Siquidem ut ῥώμη græce, teſte Suida, ἰσχύς eſt. ita Romanus pontifex ῥωμαῖος ἐστι. Sed ſine mi Luthere hic me iocari tecum in fine eorũ, quæ obiicis Simoniæ mentionem facis, quam uti non dubito in eo conſiſtere putas, ꝙ pecunię pro beneficiis aut dentur/aut recipiantur. Si hoc ſenſeris, certe & hic te erraſſe credo. Quandoquidem ex hiſtoria Simonis id probare non potes. Simon enim, ut eſt actuum. 8. nõ beneficia, ſed ſpiritum ſanctum emere uolebat. Vnde Lucas ait. Quum uidiſſet Simon quia per impoſitionem manus apoſtolorũ dareť ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens, Date & mihi poteſtatem hanc, ut cuicũq; impoſuero manus, accipiat ſpiritũ ſanctum. Vides hic nihil de epiſcopatu/altari/ſiue beneficio, ſed ſolo ſpiritu ſancto ac dono dei petitũ. Non ergo ſcdm te peccat, aut ſimoniã cõmittit, qui pecuniam pro beneficio dederit, quum nihil credere uelis, niſi quod ex omni parte in lege fundetur aut quadret ubiq;. Romani ergo ſecundũ te non peccarent dantes uel recipientes pro beneficiis pecunias. Sed hac de re aliorum eſto iudicium. Satis eſt hic oſtendiſſe a millibus annis Ro. pontificem alios confirmaſſe epiſcopos.

LVTHERVS

SEquitur & Cephas. i. caput & principium teneret apoſtolatus, uel hic locus oſtẽdit magno affectu poteſtatis ꝙ ueritatis ſtudio hũc primatum quęſitum. Quomodo enim tot falſis argumentis uterentur, ſi ſemel & ſolidã haberent cauſam? Multis autem eget mendacium, ut uerum appareat. Itaq; tam inſcius eſt iſte ſcenicus/& poeticus Anacletus, ut Cepham caput interpreteť, contra euidentiſſimum & apoſtolicum te

ſtimonium Ioannis apl̄i, qui dicit Ioan. 2. Intuitus eum Ieſus dixit Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Pudet me q̀ ſup hoc errore craſſiſſimo tantum negotiū ſtruitur, in quo ſimul indiligentes ſe fuiſſe euangelii lectores. Ideo non mirum, quod & falſos intellectores oſtēdunt. Melius Leo ſupra petram ſoliditatem intelligens uocabulum Cephæ, bene nouit. At hic nec euangelium, nec canones recte intelligit. Eſt autem Cephe, teſte Hieronymo, ſyrum uocabulum ſignificās ſoliditatem, quam Græcus petrum uel petrā ideſt ſaxum uel rupem firmam tranſtulit. At noſter hic nugator cephalen pro cepha accepit, & tamen inter ſacros canones uel primus habetur.

FABER

HIc contra te mi Luthere uix hiſcere audeo, qui adeo fremis, ut etiam Anacletum inſcium/ſcęnicum/nugatorē/atq; poeticū uoces. Mirum eſt q̀ non & hunc Beroticū appelles, ſed forſan iratior q̄ conſideratior hoc dicis. At ſine uideamus aliqua de Cepha. Hierony. in Hebraicis nominibus tractans de his, quæ ſunt in Ioan. ſic ait. Cephas Petrus ſyrum eſt. Et iterum in epiſtola ad Corint. Cephas Petrus Syrum eſt. Et iterū ad Corint. Cephas Petrus, Syrum eſt. Habemus itaq; iam quid ſit Cephas. Sed Luthere dic ex Hierony. quid ſit Petrus. Eſt ergo Cephas Petrus. Sed quid eſt Petrus? Ecce uno & eodem libro utpote in lib. de nominibus Hebraicis ſcribens Hiero. de iis, quæ ſunt in Luca, reſpondet & dicit. Petrus eſt agnoſcēs. deinde ad acta apoſtolorum, Petrus ideſt diſſoluens. Et ad Galatas inquit, Petrus ideſt diſcalcians. An & hic Hierony. dices inſcium/& nugatorem/& ſcęnicum hominem, qui Petrum fecerit agnoſcentem/diſſoluētem/& diſcalciātem. An hic Hieronimus in Petri uocabulo plus peccauit, quā Anacletus in Cepha. Sed dic quomodo hic Hieronymus cum Auguſtino conueniat, qui petrum a petra dictū eſſe contendit. Sed & quid q̀ apud Hieronymū πέτρος in græco ſaxum eſt. Et Petrus per eundem pro ſoliditate accipitur. Tu qui tam naſutus es, iam compara quod dixerint illi, quum iam Petrum agnoſcentem/diſſoluentem/diſcalciantem/ſaxum/ſoliditatemq; ſignificare, nemo negare pōt. Quis ſcit an Cephas itidē in Syro ſignificat. Nā Cephas

Hieron. Cephas idē Petr.

Petrus. i. agnoſcēs
Petrus. i. diſſoluēs
Petr. i. diſcalciās

Petrus a petra Auguſt. in euāg. Io. tract. vii.

etiam, ut ipse testatur, Syrum uocabulum est, & significat id, quod
Nicolaus Cusanus Petrus. Quid quod Nicolaus Cusanus Germaniæ lumen ac decus
Cephas etiam caput esse dixit. Et fere idem Rabanus habet in. 4.
libro de uniuerso. Et forte non tantum hic oberrauit Anacletus ꝓ
κεφαλὴ Cephas, intelligens quantū Rheticius Augustudinēsis ep̄s,
qui quōdam a Constantinopolitano imperatore sub Siluestro ep̄o,
ob causam Montensium Romam missus est. qui & in cōmentariis
Hiero. super cantica canticorum, teste Hieronymo ad Marcellam, aurum
ophan significare scripsit. quia Cephas in euāgelio idem Petrus sit
appellatus. Sed dem tibi ꝙ hic Anacletus in Syrorum dictionario
errarit, & κεφαλη quid sit ex Græco lexico nō intellexerit, propterea
tot cōuitiis post mille & quadringētos annos non erat lacessendus.
Sed si potes, responde an non uerum sit quod Hierony. in Abacuc
prophetam capite. 2. scribit, ubi Paulum ingenue fatetur ad Roma
nos abusum testimonio septuaginta citans illud prophetæ, Iustus
ex fide uiuit. Sed excusationē eo meret' ꝙ ipse Romanis scribebat,
qui tunc scripturas Hebraicas nesciebant, nec erat ei cura de uerbis
quum sensus esset in tuto, & damnum ex eo præsens disputatio nō
habebat. An non credis ex errore scriptorum id contigisse, qd' legi-
mus in uno euāgelista dominum nostrum hora sexta crucifixum ?
quū tamen rursus in Matth. scribatur hunc hora tertia crucifixū.
Sicut & errorem esse fatetur Hierony. in ps̄. 77. ubi pro Asaph legi-
mus Esaiam. Et antea monstrauimus quod & p̄monuit idē Hiero.
in epistolam ad Ephe. c. 5. apostolos & euangelistas non eisdem uer
bis usos in testamenti ueteris exemplis, quibus in propriis uolumi
nibus continentur. Siquidem testimonium istud, quod Paulus ad
Ephesios ex Genesi citat. Propter hoc relinquet homo patrē & ma-
trem suam, & adhærebit uxori suæ. & erunt duo in carnem unam.
Apostolus pro eo qd' habetur ἕνεκεν τούτου, propter hoc posuit ἀντὶ
τούτου. Omitto de pronominibus ablatis. Qd' si hoc fecerunt apo-
stoli, fecerūt euangelistę. Nimirū si labitur errore Anacletus modo,
si error censeri debet, attamen excusatur eo ꝙ Hierony. scribit pri-
mitiuam ecclesiam de imperitis congregatā fuisse gentibus, & ma-
xime iis, qui forsan Syrum nesciebāt. Sed ꝙ in uocabulis tralatisq;
Aquila Theodotion Symachus Hieronymus sententiis Aquila/Theodotion/ Symachus & primo omniū septua
ginta peccarint, non in uno loco dumtaxat Hieronymus ostendit.
Exemplo sit in primis de alma uetere dissensione. de qua re abunde

idem Hieronymus in Esaiæ .c. 7 .& in prophetas scribens, hisce rebus resonāt omnia cōmentaria. Tamen sanctus ille uir alioquin non parum habens de cholera, nunquam eos propterea scęnicos & nugatores uocauit. Siquidem non ignorauit ꝙ in iis excusationem mereretur omnes quotquot olim in Hebræa lingua lapsi fuerunt, & maxime eo tempore quo Christi fides cœpta est prædicari in terris, ꝙ forsan eo tēpore in detestationem iudaismi pauci studuerunt linguæ hebrææ. aut forsan habentes bibliam, non habuerunt illam punctatā. licet & forsan fecerunt sicut septuaginta, non reddentes literam literæ, nec uerbum uerbo, sed in plerisq; sentētiam reddere uoluerunt. In una ergo dictione si Anacletus etiam errauit, non erat adeo insaniendum. Nam etiam in lingua Latina primarii & optimi oratores aliquando lapsi fuerunt, sicuti castigationes Hermolai Barbari, annotationes & miscellanea Politiani, & multa multorum opera testantur. Et forte si tuos locos Hebræos in psalterio tuo ad unguem excutere uellemus, uix repræhensionem effugeres etiam in his, ubi ex fratre Felice te felicissimum esse putasti. Addo ꝙ nuper quidam ex tuis sectatoribus in odium sedis Romanæ egregie lapsus est, qui uerbum Matthæi sedecimo, Tu es Petrus, interpretari uolens, quædam plane ridicula de Petro protulit. Hęc autem non ex latino, sed hebræo Matthæi euangelio sese accepisse iactitabat, quasi ipse euangelium Matthæi ex India cū Pantenone ad Demetrium Alexandrinum attulerit. aut a Nazaręis qui in Bersabeæ Berosa urbe Syriæ descripserit. aut forsan ex bibliotheca Cæsariensi contra uoluntatem Pamphili martyris obtinuerit. Errauit autem insigniter in eo ꝙ Petrum a dictione Hebræa פָּטַר uenisse dicebat, uolens nescio quam stultam apertionem inducere. Vtcūq; tamen sicuti Petrus tria significare potuit, imo potius tria uel quatuor significat, ita forsan apud Syros cepha significauit. Quanquā non desunt qui credant Petrum fuisse filium cuiusdam Cephæ ex familia dicti κίφα, & ad id alluserit dominus, cum Cepham appellans. quod an uere subsistat, ignoro. Et rabbi Nathan Romanus auctor, qui inter Hebræos antiquissimus fuit, dictionarium composuit Chaldaicum, quod Aruch dicitur. i. ordo, hic ponit ꝙ Cepha inter dictiones Chaldaicas numeranda sit, inter cætera dicens, כֵּפָא בְּרִדָא פֵּרוּשׁ אֶבֶן בָּרָד .i. Cepha grando expositio/lapis grādo Vide quæ de Cepha multifarie dicantur. Sed ad eos qui familiæ

nomen esse putarunt, id faceret, q forte apud Hebræos erat id, quod apud Romanos, ubi Cicerones a ciceribus, Fabii a fabis, Pisones a pisis, & Lentuli a lentibus serendis nomen meruerunt. Sed quid opus est multis? oportet in his quoque ætates & conditiones temporum aduertere. Nemo negat aut negare pôt septuagita græce & hebraice fuisse doctissimos. Sed nonne in psalmo .64. ubi Hebræi legunt, לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה אֱלֹהִים בְּצִיּוֹן Ipsi græce fecerunt, σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν σιών. Vnde nos legimus, Te decet hymnus deus in Sion. Credit & recte in primis post tot secula Angelus Politianus in prima centuria Miscellaneorum .c.68. Tibi silentium laus deus in Sion, esse legendum. Et multa sunt illius genera, in quibus nos patientiã habere oportet. Sed uis ut ingenue dicã quid sæpe cogitarim? certe fere omnibus, qui in ecclesia primitiua uixerunt, uidetur impingendum q non solum erant non syriace docti, imo nec ad perfectũ Hebræi. Nam in uocabulis multi errores cõmissi fuerunt, qui nec in hanc horam sublati sunt omnes. Vnde legimus Abinadab pro Ahinadab, Achitob pro Abitob, Beniamin pro Meniamin, Beri pro heri, Anan pro Ana, Bersabe pro Bethsabe, Delbora pro Debbora, Chanaan pro Maon, Cherubin pro Cherub, Damascenus pro Daranascenus, Ethan pro Ethnan, Hus pro Ichus, Iolel pro Iololel, Iechonias pro Chonias, Iesus pro Iesaias, Iobad pro Iob, Obed pro Oded. & toties Sunamitis legimus & canimus oẽs pro Sulamitis. Et ut ad testamentum nouum ueniam, nemo est fere qui non legat Acheldemach pro Hahaldema, & Geraseni pro Gadareni, Iason pro Mnason, Ioseph pro Ioses, Iulia pro Iunia. Et nescio in actis apostolicis melius esset pro Mitylene Melita. Et infinita sũt illius generis Hebræa, in quibus siquis calumniator esse uelit, nos errare diceret. Taceo q Interpres primus qui bibliam nobis latinam reddidit, sæpe ר legit pro ד, ut in psalmo .18. ubi legimus, Ab alienis parce seruis tuis, quoniam est זָרִים debebat esse זֵדִים idest superbis. Et in psalmo .4. ubi legimus, Filii hominum usque quo graui corde ut quid diligitis uanitatem, sunt duo egregii errores. legitur enim beth pro caph, & duo uerba legit interpres pro uno. Et canticorum .1. tres insignes errores admisit interpres, uti mihi uidetur. Quæ omnia si recẽsere uelim, dies me deficeret. Hęc tamen omnia sustinuimus, & longe ante tempora Hieronymi forsan ista erant. Siquidem Cypriani/Hirenei/Tertulliani ac aliorum libri testãtur bibliam iam

.iii.Reg.iiii.
.i.Para.viii.
.ii.Para.xxxi.
Genesis.xlvi.
Genesis.xlvi.
.ii.Reg.xi.&.xii.
Iudicum.x.
.ii.Regum.xxii.
.i.Para.xviii.
.i.Para.iiii.
.i.Para.viii.
.i.Para.iiii.
Hierem.xxii.
.i.Para.iii.
Genesis.xlvi.
.ii.Para.xv.
Cant.vi.
Lucæ.viii.
Actuum.xxi.

diu ante tempora Hieronymi Latinam fuisse. Et ut ad Anacletum demum reuertar, re uera multis ex causis Anacletus excusationem meretur. Siquidem Cephas non græcum, qđ Anacleti tempore uigebat plurimum, sed tā hebręum, q̄ syrum erat. Scire uero Syrum difficultatis est maximæ. qđ certe nobis indicat historia in quatto Regum, ubi Eliachim/& Solna/& Ioha dixerunt ad eum, quem miserat rex Assyriorū דַּבֶּר נָא אֶל עֲבָדֶיךָ אֲרָמִית idest precamur, ut loquaris nobis seruis tuis Syriace. Siquidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis iudaice audienti populo qui est super murum. Addo ꝙ multa est uarietas scripturæ hebreæ in exprimendo petram. Siquidem aliquando dicitur סֶלַע, ut in psalmo centesimo quadragesimo, Iuncti sunt petræ iudices eorum נִשְׁמְטוּ בִידֵי סֶלַע שֹׁפְטֵיהֶם aliquando צוּר, ut psalmo. 77. הֵן הִכָּה צוּר וַיָּזוּבוּ מַיִם, Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ. Aliqñ כֵּיפָא, ut Hieremiæ. 4. בָּאוּ בֶּעָבִים וּבַכֵּפִים Ingressi sunt ardua & in rupes. Et sicuti uariarunt Hebræi, ita Chaldæi/uel Indiani de quibus supra fecerunt, qui aliquādo petram Chuhoho, aliquando aliis nominibus appellāt. Attamen Cephas etiam petros esse dicūt.

Duplex Targum

Sed & hoc notandum est duplex esse targum, scilicet Chaldæum/ Babylonicum/& Hierosolymiticum, primum super quinq; libros Mosi fecit Vncalas, secundum uero Ionathan Akilles. hæc in pluribus differunt, sicut in hac dictione. siquidem סְלָא hebraice dicit saxum, & Vncalas semper dicit טִנָרָא Ionathan uero כֵּיפָא Vnde & nobis dum est in psalmo, Statuit supra petram &c. ibi hebraice est סְלָא & est in Targum כֵּיפָא Sic ps. 77. Eduxit aquas de petra, ibi hebræum Sela, Targum kepha. Sic Esaiæ. 42. Quare hic potius tibi considerandum erit, cur Petrus hoc uocabulo uocetur a domino, rationem Cyrillus dicit. Respicit, inquit, ut deum decet, qui corda & renes scrutatur/uidetq;, qui nihil ignorat ad quantam & fidem & uirtutem discipulus peruenturus sit. & antequam aliquid de eo quæsiuisset, tam ipsum q̄ patrem eius nomine appellat. Et hac re discipulum instruit cum esse, qui cūcta etiam antequam fiant, nouit. Nec Simon iam fore nomen sibi, sed Petrus, prædicit uocabulo ipso commode significans, ꝙ in eo tanquam petra lapideq; firmissimo suam esset ecclesiam ædificaturus. sed forte Cyrilli sententiam, quam contra te militantem audis, nauseas. Audi arietem

Cyrillus

Chrysost.

muros tuos fortius quatientem. Chrysostomus in Ioan. homel. 18 sic ait. Animaduertendum autem q non omnia quę euentura erāt, ei, hoc primo congressu prędixit. Non enim appellauit eum Petrū, non dixit super eam petram ædificaturum ecclesiam, sed dixit, Tu uocaberis Cephas. Illud enim maioris erat & potestatis & auctoritatis. Ea enim Christus nūc continuit humilius, a principio loquitur. Quū uero diuinitatē suā monstrauit, maiora narrauit, inquiēs, Et ego dico tibi tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā. Tu iam pro tua industria hic expende Chrysost. uerba, quid hoc sibi uelit, Tu uocaberis Cephas, illud maioris erat & potestatis necnō etiam auctoritatis. Et res est non parui momenti Petro mutari nomen. Nam quoties scriptura nomen alicui mutat, grande aliquid præ se ferre uidetur. Vnde Abraam pro qualitate prioris & consequenter conditionem sortitus est nominis. Sicut Hierony. in Esaiam scribit. c. 63. Iacob quoq ut appellaretur Israel, multo ad id labore peruenit. Ita & de Simōne, cui dicit dominus, Tu uocaberis Cephas, considerare oportet magni aliquid hic uoluisse dominum. & potius nominis erat consideranda imitatio, q̄ lapsus unius Anacleti. Et quia κηφας i saxo, uel Petrus a petra quasi impositio nominis dicitur, putas id frustra factum fuerit? An non mihi persuadere possem hic itidem de nomine Petri contigisse, quod & 1. Paraligomenon uigesimosecūdo de Salomone pdicit. Filius qui nascit tibi, erit uir quietissimus, faciam eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum. & ob hanc causam pacificus uocabitur, & pacem dabo in Israel cunctis diebus eius, & Abraam. Nunquid non Abraam dicitur, quia futurus esset pater multarum gentium. Sic Petrus si dicitur a saxo uel petra, aut ergo quia in omnibus cōstanter stabat, ac intrepide, & sic eum petram dictū esse tu ipse negas. Quanquā & hic tibi partim aduerser. aut a petra dicitur, quia super illum dn̄s uoluit ædificare ecclesiam. Quod si nec illud admiseris, redde mihi rationem tu, qui omniscius es, cur Petrus a petra nomen habuit? An non pari mysterio, quo deus quibusdam nondum natis, infelicia & inauspicata nomina dedit. quibusdā uero natis noia non sine causa mutauit. Sic & Simoni filio Iona nomē dedit, quod in Syro Kepha, & als Petrus dicitur. Sed hic tu quia negare non potes, quū ipse fateris q Petrus fuerit & sit caput apostolorum, quum quis caput in scriptura constituitur. Nunquid non propterea caput dicitur, q sit

Cephas nomē potestatis & auctoritatis

Hieronymus

ꝙ sit cæteris & honore & potestate superior? Sed negabis forsan, si non ex aperto ostendam illud quod dico. En Deutero. 28. dicitur. Constituet te dominus deus tuus in caput & nō in caudam, & eris semper supra & non subter. Nunquid non hebraice ראש & septuaginta posuerunt εἰς κεφαλὴν. An forte putas psalmo. 17. propterea scriptum sit, Constitues me in caput gentium, quasi subesse nō præesse debuerit. An frustra legimus Lucæ. 20. de lapide, quem reprobauerunt ædificantes, quomodo sit factus in caput anguli. Et ad Ephesios. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. An nō hic ubiq; sic caput intelligimus, quasi superiorem etiā in potestate prędominātem? Ita re uera Petrus caput est & pastor talis, cui similiter ueluti Dauid dicitur, Tu pasces populum meum Israel, & eris princeps super eum. 1. Paralipo. 11. Qd' si caput est & princeps iuxta mentem omnium, cur illius principatum euertis? Putas nō ęqualis cura domino fuit de Christianis, qualis de Israelitis? quibus suos principes dedit. Vnde legit' ꝙ de filiis Caach Vriel princeps fuit, & fratres eius ducenti, uiginti de filiis Merari. Asaia princeps & fratres eius ducenti triginta, De filiis Gerson Iohel princeps, & fratres eius centum triginta. De filiis Elisapham Semeras princeps, & fratres eius ducenti. De filiis Hebron Elihel princeps, & fratres eius octuaginta. Et nunquid non super omni tribu iuxta ueritatē hebraicam Iudas princeps erat? Sed tu licet istæc sane intelligas, tamen audire non uis, & magis est cordi, ut ex ראש capite mutata aleph in uau, et רוש uenenum facias. Sed iam satis est, Mali culices ranæq; palustres auertere somnum. Hora. in sa.

LVTHERVS

SEquitur. Et non solum in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit, sicut scriptū est. Moses & Aaron in sacerdotibus .i. primi inter eos fuerunt. Quid audio? quam non frustra hos canones lego, quā egregie dico scripturas intelligere. primum quia unum solum summum sacerdotē in ueteri lege noui. nunc didici duos fuisse primos.

Secundo etiam grammaticam nouam uide in sacerdotibus eius. Idem est q primi inter eos fuerunt, cum hucusq; hoc uersu psalmi intellexerim nihil aliud dici, quam Mosen & Aaron sacerdotes, uel de numero sacerdotum fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomē eius, nihil de primitate uel cogitans.

FABER

Aug. super Leuit.



PArum abest herbam tibi porrigerem, nisi contra te/& Origenem / & diuum Aurelium Augustinum aperto Marte pugnantes agnoscerem. Sed forte non credis. Audias ergo quid Augustinus habet in tertio libro quæstionum super Leuiticum qōne uigesimatertia. huius uerba sunt hæc. Quum uidebatur ab Aaron cœpisse summum sacerdotium, quid putamus fuisse Mosen. Si ergo sacerdos non fuerit, quomodo per illum omnia illa gerebātur? Si autem fuit, quomodo summum sacerdotium ab eius fratre cœpisse diffinimus. Quanq etiam psalmus ille ubi dictum est, Moses & Aaron in sacerdotibus eius, auferat dubitationem q sacerdos fuerit & Moses, uestem tamē illam sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentum, Aaron iubetur excipere, & successores eius summi sacerdotes. In Exodo Antequam omnino aliquid de sanctificandis & quodammodo ordinandis sacerdotibus præcipiatur, Cum Mose ascendente in montem iubentur non ascendere sacerdotes, quos intelligere alios non possumus, nisi filios Aaron, non quia iam erāt, sed quia futuri erāt. hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationem, sicut sunt pleraq; talium locutionum. Nam & filius Nauæ Iesus appellatus, quum longe postea hoc nomen ei scriptura narret impositū. Ambo ergo summi sacerdotes erant Moses & Aaron. an potius Moses, Aaron uero sub illo? An ipse summus propter uestem pontificalem, ille uero propter excellentius ministerium. Nam & principio ei dicitur. Ipse tibi quæ ad populum, tu illi quæ ad deum. Quæritur etiam, post mortem Mosis quis ungebat successorem summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto non utiq; poterat? an quia iam unctus erat inter secundos sacerdotes. Idem quippe

Prolepsis in scriptura frequēs cuius mentio est crebra apud Ciceronē de natura deorum

Moses & Aaron summi sacerdotes ambo

oleum fuit, quo & summus, & quo secundi ungebantur. Vestem tantum sumebat ille pontifex, quo eius sumitas appareret. Et si ita est, utrum ipse sumebat? an eum alius induebat? Sicut & post eius mortem Moses filium fratris sui. Si ergo ille ab eo uestiebatur, nunquid non poterat summus a secundo? praesertim quia talis erat uestis, ut eum ab alio indui necesse fuit. An sic induebatur prius, ut etiam postea? Non enim semel indutus non eam ponebat, aut cum posuisset, non eam resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, ut secundi uestirent primum obsequendo non excellendo. Vnde autem apparebant, quisnam filiorum summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitum aut maiorē scriptura definiuit, nisi intelligamus aliquo diuino iudicio fieri solere, siue per prophetam, siue quolibet alio modo, quo consuli deus solet, q̄ ex contentione res peruenisse uideat, ut postea. Propterea fuerūt plures summi sacerdotes, quia contendentibus excellentioribus litis finiendę causa, pluribus honor ipse tribuebat. hęc Augustinus. Habes hic Mosen & Aaron summos appellari sacerdotes. Non ergo tam Anacleti illius beatissimi uiri, quam Aurelii Augustini sententiam confundis. Ad hæc non parū confert quod Gregorius Nazianzenus habet in oratione uere diuina, quam fecit pro Gregorio Nisseno. Age igitur, inquit, quis inter omnes legislatores illustrior? nonne Moses? Quis sacerdotum sanctior? nonne Aaron? ambo germani fratres. Non tam sanguine quam ueri dei cultura erat Moses a deo constitutus deus Pharaonis & Israelitici generis dux & legislator. qui solus & in nubes ingressus deo colloquebatur. Mysteriorum nouorum unicus inspector, & sacerdotum creandorum sacer princeps, & ueri tabernaculi celebrandorum sacrorum designator, in quo se habitare deus promiserat, quod ipse profecit deus non homo. Sacerdotes tamen ambo erant. Ait enim regius propheta. Moses & Aaron in sacerdotibus eius; Ecce princeps principum, sacerdos sacerdotum. Nihilominus utitur lingua ipsius Aaron. Et si ea quæ ad deum referenda erant, Moses ipse præstaret, Aaron uero post illum proximus multa præ aliis dignitate in his quæ dei culturam exigebant, & ceremonias sequebat. Ambo plagis cōcusserunt Aegyptū. Ambo mare intersecantes &c. Plura Greg. Nazianzenus in dicta orone, quā habuit in laudē Greg. Nisseni, quā altero die electionis suę ad cōfirmandū ipsum superueniret. Sed adhuc forte nō credis;

Litis finiēdę causa plures sūmi sacerdotes dicit.

Greg. Nazianze.

Orige. sup Iosue homelia.xxv.

antiquiorem tibi citabo auctorem & Origenem, Filii Leui, inquit, dicunt esse Caath/& Merari, & filii Caath fuerunt Amran. Moses & Aaron de Caath quidem plebis pars effecta est sacerdotalis, quae est Aaron & filii eius. Moses autē aut in sacerdotali ordine, inquit Orige. aut si quid etiam plus a sacerdotali esse potest, habendus est. Alia uero ratio est de filiis eius, & sequit. Prima sors exiit Chaatis, & facta est filiis Aaron sacerdotis, qui erat in Leuiticis, cuius primā sortē exire decebat, cui oportebat primatum dari, nisi Aaron primo pontifici, primo in uitae meritis, primo in honoribus & uirtute, & sequitur. Caath accepit sortem primus in filios Leui a parte oriētis cum illis tribubus, quae ipsae primatum omnium tenuerunt. Vide ergo, inquit Origenes, quomodo uniuersa conueniunt in quatuor partibus, certum est orientalem plagam nobiliorem uideri, in qua nobilior oīum reliquiarum Iudę tribus habebat. Et filii Caath sacerdotis primā ducūt in primis & tribub9 & orbis partib9 sortem &c. Habes igit Mosen & Aaron dici summos ac primos, nisi subethico sono oppssus uidere nō uelis. Sed forte id times, qd' in. 12. Metaph. scribit Aristo. quē tamen inuitus cito qd noluit entia male disponi oporteat, itaq; unū esse principem. Nam pluralitas principū stare non ualet. Possem hic p te citare, quae in. ff. habentur de Remo & Romulo. & illud poetae, Non bene conueniunt, nec una in sede morantur Maiestas & amor. Et alterius omnisq; potestas impatiēs cōsortis erit. At non est qd' timeas Moses & Aaron in sacerdotibus eius exponit Hierony. Vnus legis, alter sacerdotii regulam tenet, tamen uterq; aduētum domini sacerdotali pconio uel in legalibus tubis, uel in Vestis tintinabulis nunciauit. Sed quod subdis, Et Samuel inter eos q iuocāt nomē eius, nō est iteq; quo timeas, quasi etiā hunc sacerdotē facere uelimus. Eapropter necesse est ut pariter paulum hic tecum in harenam descendam. Dices ne Samuelem sacerdotem, aut natū, aut factum, aut dices eum esse prophetam? Et aduerte quo tendam. Si sacerdos est natus, forsan erit ex semine Aaron, extra cuius progeniē constituit dominus deus non fieri sacerdotes. Nec alicui praeter filios eius concessum est, ut poneret in altare incensum. Qd' si dixeris sacerdotem illum factum esse, non natum, dic mihi, quum Chore non esset ex filiis Aaron, & uoluisset super altare ponere incensum, hiatu terrae absumptus est cum sociis suis. Ozias Rex quum non utiq; esset ex semine

Moses plusquam sacerdos

Aaron Pontifex primus

Aristoteles

Hieronymus

Numeri.xvi.

ii.Paral.xxvi.

Abraam, sed ex tribu Iuda, & præsumpsisset agere sacerdotium, stãs ante altare percussus lepra in frõte est, & expirauit. Sed nec minus id dicere potes q Samuel non fuerit natus aut factus sacerdos, tñ uices egerit sacerdotis. Nam licet scriptum sit, Obtulit deo sacrificium Samuel. sed per id sacerdoté nec uicé sacerdotis egisse cognoscitur, ut pulchre probat Augustinus. Samuel quoq; propheta fuit. & cum dicit fiant Moses & Aaron in sacerdotibus eius &c. dicit Augustinus, Quis nõ aduertat ex hac distinctione diuisas esse personas dignitatum causa, ut Moses & Aaron sacerdotalem dignitaté adepti noscãtur. Samuel uero inter prophetas deo dignus extitisse habeat. Sed qd fecit Samuel? Samuel iudicauit filios Israel, leuita & adhuc puerulus succinctus erat Ephod. Alia ergo est ratio in Mose & Aaron ac Samuele. Nam Moses & Aaron sacerdotes fuere non infimi sed summi & primi. Aut tu mihi dicas, qui sub lege Mosi, non dico de lege naturæ ante hos fuerint primi aut summi. Samuel non erat sacerdos nec natus nec factus, sed cognouit uniuersa Israel a Dan usq; Bersabee q fidelis Samuel pphẽta esset dñi iudex is fuit, ut dixi. Et cum senuisset, posuit filios suos iudices sup Israel. Vides ergo qualem tu comparationem feceris. Sed quia de Aaron cœpta prosequeris, unde te prius loquentem audiam, dein Mosen per dies octo sacerdotem fuisse monstrabo.

In lib. quæst. vet. & no. test. q. xl vi.

i. Regum. iii.

LVTHERVS



Tertium documẽtum, q summus sacerdos ueteris legis fuerit figura Romani pontificis. Apostolus enim ad Hebræos me mirum imodum decepit cum uniuersis ecclesiæ doctoribus, docens non Romanũ pontificem sed Christum solũ fuisse per summum & unum pontificem significatum, ut hoc omittam q illis omnia in figura cõtigisse scimus. Et nouo testamento figuram denuo ille reuocat, ut sit similis figura utriusq; testamenti nihil iam utrũq; ab utraq; differre. Vror ergo diuinas literas ab his porcis tam impudenter cõculcari, pſertim sub noie Ro. põtificis & ecclesię Ro. Quid aũt hoc est? q duos primos sacerdotes i ueteri testamẽto statuit magno sui primat9 detrimẽto. Imitare qd dicis, & si falsa stet similitudo, & da ẽt nũc duos primos. Vides ergo hos hoies eos fuisse, qui simplicitate fidei nrę abutiausi

sunt statuere quicquid uel somniare potuerunt. In fine cōcludit & eadem dexteritate Romanā ecclesiam cardinem uocat, in quo oēs ecclesię reguntur, domino disponente, & tandem sit finis hic. Nam ueteres canones quæ eadem spirant, horum nimis influxu infecti sic spirant.

FABER



Ertur hic quendam Heliam mire contra tuas assertiones hallucinatum esse. Cum illo hic nihil contra te mihi cōmune erit. Anteq̄ tamen hic tecum agam, Primo omnium libere & ingenue fateor cum euangelii tuba ad Colocen. i. Christum in omnibus primatum tenere. Et quod ad propositum attinet, dominus Iesus iuxta dictum Origenis, sicut in pontificibus pontificū princeps est, & sicut in pastoribus princeps pastorum est, ita & in presbyteris uel senioribus princeps presbyterorum putandus, & in episcopis princeps episcoporum. Et omne qd cunq; honorabile nomen est primum in hoc principe esse credēdū est saluatore, quia ipse est caput omnium. Attamen & hoc uerū est, q; per Mosem & Aaron recte intelligere possumus legem & sacerdotium/opera/& cultum dei, quorum alterum altero indiget. Ita Hieronymus ad Fabiolam de. 42. mansionibus circa principium. Sed & hoc etiā uerum est quod idem scribit Hieron. ad Euagriū, Vt sciamus, inquit traditiones apostolicas de ueteri testamento, q; Aaron & filii eius atq; leuitæ in templo fuerunt. Hoc sibi episcopi & presbyteri uēdicant in ecclesia. Nunquid hic Hierony. peccauit in deum. Sed & si percurramus eiusdē scripta, quæ sunt ad Fabiolam de ueste sacerdotali. Iterum, ac iterum quę dicta sunt de Aaron & quæ sub illius uestitu mystica sunt, ad Christum ac ecclesiam duodecim apostolorum rectissime conferunt. Et in q̄plurimis locis quando Hieronymus de ordine ecclesiastico agit, totū id ab ordine ueteris illius tabernaculi desumit. Vnde nimis absurdū fuerit hāc figuram Aaron filiorum ac leuitarum non solum ad Christum, (quanq̄ illi potissimū, quæ de Aaron dicta sunt, cōuenire possunt) sed ad episcopos/sacerdotes/ad leuitas etiam in ecclesia ministrātes referri. Qd' si ad episcoporum quempiam, quisquis is fuerit, pontificatus Aaron conferri poterit, quale erit inconueniens, ut seruetur

Christus primus Orige. sup Iesum Naue homel. xvi.

Christus caput

Hieron.

ordo tabernaculi, stet hierarchia Christi, si psecturã, quæ in Aaron erat, conuertamus in Petrum? Quum tñ Aaron non unius Christi tantum sed & reliquorum episcoporum inferiorum figura fuerit. q̃q̃ præ oibus Christo id conuenit, qui solus uere sacerdos est magnus, qui potest dimittere peccata, qui pontifex est ille, qui non per sanguinem taurorum, & hircorum, ac uitulorum, sed per propriũ sanguinem semel introiuit in sancta sanctorum æterna redemptione inuẽta. Et antea citaui quomodo Cyrillus patriarcha Alexãdrinus pulchre probet tabernaculum Mosi fuisse figuram ecclesiæ, & dein re ipsa sacerdotium Hebræorum fuerit figura nostri sacerdotii. Sed & quantũ ex Hermanẽsi episcopo licet elicere, Epiphanius ille Cypri episcopus in epla, quam misit ad Theodorum de sacerdotio Aaron scribẽs, assertioni quidem nostræ minime aduersatur. & nõ sine cã credo Hierony. fuerit animatus scribere. Aaron uetus sacerdotium noui figuram fuisse. Qđ si obieceris, cur ergo pontifici uirginem ducere non licet? supra partim ostendimus. Et ratio est, inquit Theophilactus, non mediocris, cur in ueteri lege licuerit sacerdotibus atq; leuitis ducere uxores, sed modo põtifici Romano imo sacerdotibus ista minus cõueniunt. De quibus oĩbus profusissime tradit Ambro. in epistolã. i. ad Timotheum. c. 3. Et si stabit sẽtẽtia Hieronymi, Apostoli postquam in apostolatum assumpti fuerunt, reliquerunt officium coniugale, ita ut etiam beatissimus Petrus apostolorum primus post apostolatum cõiugale reliquerit officiũ. Sed ad reliqua tua, quæ obiicis, respondere necessarium est. Licet Aaron fuerit figura futuri sacerdotii, nõ tñ opus erat, ut rei figuratę per omnia respondeat, nisi per omnia serpentem, quem exaltauit Moses in deserto, uelis æquiparare saluatori mũdi. Deĩn & si uenditio Ioseph uenditionem domini præfigurarit, tamen hic dũtaxat pro uiginti argẽteis, ille uero triginta uenditus est. Et licet imolatio Isaac mortem Christi pfigurauit, tamen Christus nõ habuit arietẽ, cornubus in uepribus hęrẽtẽ, nisi allegoriã capias. Et Melchisedech figura fuit domini secundum Paulum. Tamen non legitur per oĩa posse illi assimilari. Dein quanquã met dixerit dñs, sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit dominus in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Tamen uix uideo similitudinem illam per omnia quadrare. Nam in uentre cęti Ionas fuit uiuus, alš nõ orasset ad dominum deum suum de utero piscis.

Christus solus uere sacerdos magnus

Cyrillus

Facũdus Hermanensis epus

Epiphanius epus Cypri

Theophilactus

Ambrosius

Hieronymus

Matthæi. xii.

Exodi.vii.

Iudicum.xv.

Hieronymus

Aaron duos lapides in humerali gestat

Christus uero mortuus & sepultus est. Nec id solum in testamẽto nouo sed ueteri inuenit. Nam Exodi.7. legitur ꝙ similiter fecerũt malefici sicut Moses. tamen certum est Mosen fecisse per manum domini, illos uero per artem magicam. Et Sanson postq̃ in segetes Philistinoꝝ trecentas uulpeculas immiserat, inter cætera ait, sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Tamen non legitur Philistinos itidem & prorsus simile fecisse. Omitto hic de pręcepto Leui.24. ubi dicitur, Sicut fecit, sic fiet ei. Satis est ergo impræsentiarum ostendisse non semper figuram seu & similitudinem ex omni parte respondere oportere. Sed ut ad tua redeam, Moses & Aaron fuerunt iustissimi iudices, alter legis, alter ministerii. Ita Hierony. in.2. libro contra Pelagianos. & ea propter etiã sacerdotes dici poterant. At quid erit necesse hic me tecũ agere multis? nõ solum oẽs docti Hebræi sed & Penthatheuci historiæ docuere per dies octo Mosen ante Aaron sacerdotem fuisse. qđ clare Exo.29. & Leui.8. depĥenditur. Vnde Leui.9. sic legit. Facto autem octauo die uocauit Moses Aaron & filios eius ac maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron &c. Et nunquid non duplici lege egemus? ecclesiastica, uel spirituali, ac alia, quam temporalem uocant, aut si ita uolueris ciuilem. primæ præest episcopus figuratus in Aaron. Iste enim est qui duos lapides gestat in superhumerali, qui significant literam & spiritum, in quibus continentur legis uniuersa mysteria. in dextra spiritus, in leua litera est. Temporali præest imperator. Et hi duo fratres ita se gerere debent, ut alter alterum adiuuet. ea propter forsan imperator ungitur. Qđ & sanctissimi patres diutissime obseruarunt. Præfertur itaq; Aaron Mosi, q̃a superior est. Sed forte ridebis si audieris sacerdotẽ legis honoratiorem principe fuisse. Audi ergo historiam, quæ est in numeris.c.27. Respondit Moses, Prouideat dominus deus spiritũ omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos, uel introducere, ne sit populus domini, sicut oues absq; pastore. Dixitq; dominus ad Mosen, Tolle Iosue filium Nun uirũ, in quo est spiritus dei, & pone manũ tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis uidentibus, & partem gloriæ tuæ, & audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. Pro hoc siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum. Ad uerbũ eius egredietur & ingredietur ipse & omnes filii Israel cum eo & cætera

multitudo. Vides nũc qd honoris Eleazar filius Aaron ac primus sacerdos habuerit præ Iosue, qui post mortem Mosis gubernauit populum. Quæ omnia ac alia multa, si æquo iudicio inter se collata fuerint, deprehendemus Anacletum non tam absurde de duobus qui fuere primi ac summi, & deinde uno dixisse pontifice.


LVTHERVS

NON possum autem obmittere quin aut decretalem unã adducam, ut appareat quid prosit ecclesias regere, & sacras scripturas nõ intelligere. Sunt enim & decretales q̃plurimæ frigidissimæ, hæ maxime quæ sunt in usu. Transeo illam de constitu. c. Translato, quam puto sic a me uindicatam antea, ut necesse nõ sit recipere/assumere onus illud. c. Significasti de elect. ubi archiep. Panormitanus cum regẽ & regno Siciliæ iustissime miratur ꝙ palliũ accepturus exigeret iuramẽtũ. Et ubi pulchra modestia contra hanc infelicissimam exactionem adduceret præceptum Christi & statuta conciliorum, talem accepit responsionem, & interp̃tationem scripturæ sanctæ a Paschale Ro. pontifice. Mirentur, inquit, dominum nostrum Iesum Christum, qui cum omnium suorum curam Petro committeret, conditionem apposuit dicens. Si diligis me, pasce oues meas &c. Adeo proculsi sunt papæ & Ro. Curiæ proceres unius huius episcopi interrogatione, ut quid responderent non inuenirent, donec spiritus domini eos hic rotaret, ubi omnibus ostenderent in lege domini nec uoluntatem/nec meditationem eis fuisse. Agam interim partes archiep̃i, Si exẽplũ Christi placet, & ualet apud te o Pascalis, cur nõ imitaris? Cur tu quoq; non contentus quærere an diligat Christum, sine iuramento committis oues Christi. Cum placeat exemplum, cur non sufficit & conditio? An melior & sanctior est conditio iuramenti, q̃ amoris? An plura speras eum facturum, qui coactus iurat, q̃ qui sponte amat? Christus soluit Petrum a lege & coactione uoti & iuramenti, solã libertatis & societatis, solã libertatis & charitatis quærens. Ideo quærit fidem. Et tu libertatẽ tollens, lege iuramẽti tegis. Vbi est exemplum Christi? ubi cõditionis similitudo? Est per unũ diligere intelligẽdũ iuramẽto. Nunqd Christus a Petro iuramẽtũ exegit pro Romana ecclesia? Quid hoc ad oues Christi, ꝙ tibi

iuratur, & ecclesiæ tuæ? tuæ sunt oues an Christi?

FABER

Pallii antiquissimi consuetudo



SAtis superq; super hoc textu Paschalis respondimus. At ut nr̃a paulo ualidius roboremus, ad id adiicimus q; pallium quod datur archiepiscopis, institutum est non nouum iampridem natum, nec sub tempore Paschalis, qui uixit circa annum dn̄i. 822. inducta est pallii receptio. Sed res est, qua usi fuerunt Romani pontifices etiam dudum ante tempora Leonis secundi. Quod certe probant ea quæ scripsit Gregorius Magnus ad Maximum episcopum Saloritanum Græcum/ Sebastianū/Risinum. De pallio Anastasio patriarchæ Antiocheno misso. dein ad ep̄os Dalmatiæ aduersus Ioannem Rauennæ ep̄um, ad Virgilium episcopū Arelateñ, Brunichildem reginam Francoꝝ, Leandrum Hispaniaꝝ episcopum. quæ omnia in secundo/quarto & septimo registroꝝ Gregorii libris inuenies. Et Ioannes quintus pontifex Romanus ante octingētos annos librum scripsit de pallii dignitate. Ex quibus omnibus manifestum est usum pallii rem nō esse nouam. Antiquissimam igitur consuetudinem infringis. Sed forte conditio tibi nō placet, quæ nec Panormitano placuisse legit̃. Scis uero conditionem istam in sacra scriptura receptissimā. Vnde Exodi. 15. Si audieris uocem domini tui, & qd' rectum est, coram eo feceris & obedieris mādatis eis, custodierisq; omnia præcepta illius, cunctum laborem, quem posui in Aegypto, non inducam super te. Exo. 19. Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Deuter. 11. Si obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio uobis, ut diligatis dominū deum uestrum, & seruiatis ei in toto corde uestro/& in tota anima uestra. dabit pluuiam terræ uestræ temporaneam & serotinam, ut colligatis frumentum/& uinum/& oleum, frumentūq; ex agris ad pascenda iumenta, ut & ipsi comedatis ac saturemini. Deutero. 28. Si audieris uocem domini dei tui, ut facias atq; custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi, hodie faciet dominus deus tuus te excelsiorem cunctis gentibus, quę uersant̃ in terra, uenientq; super te uniuersæ benedictiones istæ, & appræhendent te. Si tu præcepta eius audieris, benedictus tu in ciuitate, & benedictus in

Greg. Magnus

Exodi

Nota conditionē nusq̄ nō obuiam in sacris literis. Exodi Deutero.

Deuteron.

agro, benedictus fructus uentris tui, & fructus terrae tuae, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulę ouium tuarum. benedicta horrea tua, & benedictae reliquiae tuae. 1. Reg. 7. Si in toto corde uestro &c. 3. Regũ. 2. Si custodierint filii tui uias. Lucae. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare & trasplantare in mare, & obedient uobis. Et multa sunt illius generis, in quibus conditio adiecta est. Sed qđ ad iuramentum attinet, unius rei tota est summa. Si Ro. pontifici subsũt archiepiscopi, subsint episcopi, sicut uere subiciunt, superest ut solitum ab illis iuramentum exigatur. Quid enim reipublicae christianae obest, & si iurarint christianae fidei tutores se se futuros, haereses & schismata in ecclesia dei nõ admissuros, in honestis man datis apostolicę sedi obtẽperaturos. Quum tamen id faciant uasalli dominis, religiosi p̃latis, serui dominis, sacerdotes episcopis. & raro superior est, qui non exigat iuramentum ab inferiori. Quid quod lõgo usu didicit ecclesia multos episcopos quandoque fuisse rebelles non solum pontifici, sed imperatoribus ac sacris cõciliis. Vnde pulchre Facundus Hermanensis episcopus recitat in eo quem scripsit libro ad Iustinianum imperatorem. Quomodo Gratianus Valẽtinianus & maior Theodosius ad Auxenium proconsulem Asiae de restitu endis ecclesiis ita scripserint. Soli illi habeant ecclesias, qui cõmuni cant Nectario episcopo Constantinopolitano & Timotheo Alexã drino/& Pelagio Laodiciae Orientalis/& Diodoro Tarsi/& totius concilii sub uicario Asię constituti, & Amphilochio episcopo Ironii & Optimio Antiochiae/& Pontico uero concilio Helladio episcopo Caesareae/& episcopo Melitinae/Otreio/& Gregorio Nisseno/& Te rentio Scythiae/& Martyrio Marciopolitano. Qui uero & eandem fidem non honorant, ueluti haeretici ab ecclesiis excludãtur. Vides hic multos a fide & obediẽtia defecisse. at alibi de pluribus audies. Sed forsan non tam id quaeris q̃ exigis dilectionẽ in pontifice Ro. Scis quid saepe tibi responderim. Si non diligit pastor, & tu cõside rare debebas. Si uideris sacerdotem indignũ, non ob id & calũniari sacerdotium debes. Nec enim calumnianda res est, ut inqt Chrys. & August. in secundo libro contra Petilianum sic habet. Si uelles imitari Paulum, intus esses falsorum fratrum tolerator, non foris Innocentium calumniator.

.i. Reg. vii.
.iii. Regum. ii.
Lucae. xvii.

Iuramentũ archie piscopoꝝ non est absurdum

Hermanẽsis epus

Chrysost.
Augustinus

ET tu optime pater an Christum diligat, prorsus nihil curas. Sordet hæc tibi ut uilissima conditio. Tibi,ut fidelis sis,iuramento astringis. Adhuc stat interrogatio archiepiscopi,nō satis fecisti. Adhuc quæritur quo iure hanc fidelitatem extorqueas. Tua responsio profundius te mergit & capit. Deinde cui quæso tu iuras fidelitatem. Cur facis & imponis alteri onus, quod digito non uis mouere? contra charitatem & legem naturæ.

FABER

Momus

Hieronymus

NIsi cessaris,olim te totus orbis Momum alterum clamabit,a quo Sandalia Veneris etiam tuta non sint. Semp habes quod uellices. Eapropter qualis possis iudicari Hierony.habet in uita sancti Hilarionis. Hanc uitam percurre,& teipsum uidebis. Quid hæc tua uellicatio prodest? nunquid ad ædificationem? Sed iuxta uerbū sapientis. Nonne qui moderatur labia sua prudentissimus est? & qui profert contumeliā insipiens est,Prouer.10. Sed & prohibitum in lege nosti, ne quis sit criminator/aut susurro in populo. Leui.19. At dicito quæso cur in Exodo legitur,Non ascendes per gradus altare meum,ne reueletur turpitudo tua? Qđ si tu turpitudinem pontificis etiā usq; ad nates denudaueris,an ne duxeris imitandum Cham filium Noe patrem Chanaam, qui uidens uerenda patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. an rectius fecerint Sem & Iaphet, qui pallium imposuerunt humeris suis,& incedētes retrorsum operuerunt uerenda patris sui. facies eorum auersæ erant, & patris uirilia non uiderunt. Nunquid non iuste super impudentissimum Cham aut saltem filios suos grauissima seruitutis maledictio uenit? Sed ad Sem dicit. Benedictus dominus deus Sem. & ad Iaphet. Dilatet deus Iaphet. Nunquid legisti quid fecerit Anon? Inuenio ego.2. Regum.10. hunc omnium impudentissimum tulisse seruos Dauid rasisseq; dimidiam partem barbæ eoꝝ. & q; præcidit uestes eorum medias usq; ad nates,& dimisit eos. Sed quale factū hoc erat? certe grandis contumelia. Ita.1.Parali.19. scriptum est. Tu dispercam rē non mi-

Cham uerēda patris nudata fribus nunciauit

Anon .ii.Regum.x.

.I.Parali.xix

non minorem facis, ubi ſemper peſſima quæq; de pontifice dicis. Quanquam hic ſatis modeſte reſpectu aliorum locorum egeris. Sed & non parum miror, qui etiam linguæ ſanctæ hoc eſt Hebrææ quandoq; ſtudueris. An non didiceris unquam cur lingua tamen Hebræa ſancta dicatur? & eo maxime q; nihil impudicum/laſciuũ aut turpe illic facile reperiatur. Quod licet multis tibi probare poſſim, tamen tribus dumtaxat locis oſtendam. Dic mihi cur Deuteronomii uigeſimo octauo legitur וְאִישׁ אַחֵר יִשְׁכָּבֶנָּה extra uero יִשְׁגָּלֶנָּה quũ nos dicimus, uxorem accipias. & alius dormiet cum ea. Sed cur primo Regum. 5. intus legitur וַיַּךְ אֹתָם בַּעְפֹלִים extra uero בַּטְּחֹרִים Quum noſter interpres ait, Percuſſit in ſecretiori parte natium, & azotum & fines eius. Et quarto Regum decimooctauo cur legitur dicito quæſo intus לֶאֱכוֹל אֶת חֲרֵיהֶם extra uero צוֹאָתָם Taceo de aliis, quæ tibi in mille locis oſtendere poſſem, quæ te ac tuos ſectatores, ſi diuini eſſe uelletis, docent, non ita oportere, neq; debere ſacra tractare, ſicuti uos impudentiſſime/ & ſpurciſſime dialogos luditis, & quicquid in buccam uenit, turpiſſime euomere ſoletis, etiam in optimos quoſq;. Hic ergo ſcrutamini ſcripturas, & ad nos uenite non in gladio, non ut abundent ora malitiis, & ſedeatis aduerſus fratrem loquentes, nec ſint linguæ ueſtræ ſicut gladius acutus. Si placuit ut hic citares hoc euangelii uerbum, Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Cur non & illud adiungis, quod ante hoc dixerat dominus, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ/ & phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, ſeruate & facite. ſecundum uero opera eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Vbi Chryſoſtomus in homelia ſeptuageſimatertia dicit. Ne quis dogmata negligat, neue in ſacerdotes inſurgat. Id ſummopere iubet, ſolum uerum etiam facit. Non enim a docendi gradu corruptos deiecit, ut nullam audientibus occaſionem inobedientiæ relinqueret, & maius illis iudicium præpararet. Sed ſcis quid fieri ſperemus in domino. Miſiſti ſuper nos Balaam ad maledicendum nobis. At conuertet proculdubio deus noſter maledictionem in benedictionem.

Chryſoſt.

.ii.Eſdre.xiii.

GG


Einde adhuc quæstio etiam illa stat. Cur præcedentes pontifices non exegerunt iuramentum? Cur alii non præstiterunt? Vnde noua ista exactio? Vis dicam? ex male fidei possessa potestate conscientia metuit, iustitia non suffragatur. Ideoq; quæritur ubiq; solatium/& firmamentum. Itaq; hodie pontificari non licet, nisi iuret Romano pontifici fidelitatem. Iurata autem fidelitate, mox dignus es pontificari, siue diligas, siue pascas. Has enim conditiones, Christus requirit? Quid de iis nostro sæculo? nec hoc curatur an sanctus, an doctusq; sit, an minus, solus sit seruus Ro. ecclesiæ. Non licet Christo libertatis magistro seruire, nisi prius tu facias iuramentum, fiasq; mancipium Romanæ curiæ.

FABER


Sciperis in q̄pluribus locis, qui credis multa in ecclesia seruari, quasi iāpridē a Ro. pontificibus nata. Et nobis ueteres recēsentibus historias, demum manifestū fit ca ante mille annos, imo in primitiua ecclesia fuisse. sicut est apud Sozomenum de consuetudine psallendi hymnos/de abstinentia carnis/ouorum/ac casei sub certis diebus. Sed ut ad tua ueniam, dic mihi ubi uel in euangelio/uel epistolis Pauli, seu reliquis scripturę locis hoc iuramētum, quod baptizandum facere oportet, inueneris. Velles aūt hoc etiam ab usu sanctæ matris ecclesiæ tolli, quum nullibi scriptum inuenias? Sed tu dic an non in Nitria fuerint fere quinque millia monachorum diuisis cellis habitantes? An non in Aegypto tria genera monachorum, Cœnobitæ/Anachoritæ/Romeboth? Sed qualis illorum status fuit, res secundū quosdā manebat integra. licet commigrandi/remigrādiq; quoquo uellent, potestas manebat, dulcissimum ac liberrimum otium ad studium ieiunia/psalmos/uigilias, aut suopte incitabantur animo, aut exemplis inuitabantur, non cogebantur hominum constitutiunculis, uestitus erat simplex. Nec is tamen præscriptus, sed suo cuiq; arbitrio sumptus, non qui prodigiosa nouitate faceret insignē, et digito notandum, sed qui simplicitatem Christianam præ

In Nitria. v. millia monachi

Hiero. ad Eustochium de custodia virginum

In Aegypto tria monachorū gn̄a

Quales olim monachi

ſe ferret, uotorum nulla uincula. deniq; ſi quem forte ſui inſtituti pœnitētia cepiſſet, tota demum pœna erat inconſtantiæ nota. Sed mihi uiſum eſt rem aliter ſe habuiſſe. ꝗ licet olim ex Græcis tibi ac aliis, qui uitam monaſticam adeo ſpretam facitis, olim oſtendere uelim. Ad præſens tamen rogo uidere non dedigneris duas Hieronymi epiſtolas, quarum altera eſt in Suſannam uirginē a dyacono corruptam. altera uero eſt in Sabinianum dyaconum lapſum. Has amore Fabri quæſo perlegas, ac diligenter pēſare non graueris, & inuenies Suſannam uirginitatem publice profeſſam, ante altare uelatam. & ſic caſtitatem uouiſſe, ut iam ſancto uelamine accepto, illi nubere non licuerit. Nam immortali iuncta erat uiro, unde adulterium committere non potuit, aut nec debuit. Sed & uide an illi a monaſterio in ſæculum redire licuerit. Eo ſolo tibi probatum eſſe uolo, ꝗ res non eſt noua, moniales caſtitatem uouere, quod in uidua Pauli & alibi agnoſcere potuiſſes. niſi ad id forte natus eſſes, qui poſt mille & ducentos annos uotum caſtitatis a religioſis ſanctimonialibus ſolus auferre audeas. Sed & dices ne ſanctos patres primitiuæ eccleſiæ erraſſe, ꝗ uotum caſtitatis monachis iniunxerint? Etiam ſi hoc uerum eſſet, quod tamen adhuc certum non habeo, ꝗ potuerint impune monachi renunciare caſtitati, ac redire in ſæculum. Tamen id ſi dicatur, facile non credo. Nempe inuenio ego ꝗ primi monachi Aegyptiorum lingua dicebantur Nonni, id eſt caſti, & nonne, id eſt caſte. ita apud Hieronymum. Et quomodo Nonni dici potuerunt, ſi caſte non uiuebant? Sed reſpōde ſi potes. Nonne dixit dominus Deuteronomii duodecimo. Quod præcipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas. Dein licet antea ordinarit ſabbatum ſanctum eſſe, ut eſt in Exodo, tamen pro intellectu maiori / ac obſeruatione ſtrictiori eſt ſcriptum ſecundo Neemiæ tertiodecimo, quomodo Neemias etiam prohibuerit non ſolum non calcari torcularia in ſabbato, portare aceruas, & onerare ſuper aſinos uinum / & uuas / & ficus / & omne onus, ſed etiā dum quieuiſſent portæ Hieruſalem in die ſabbati, & ipſi clauſiſſent ianuas, ꝑcepit ut non aperirent eas uſq; poſt ſabbatum, immo & emere ac uendere prohibuit. Sed ut manifeſtius aliquid aliud dicam, ambulare in ſabbato non erat prohibitum. Sed & ambulare in ſabbato uetat Eſaias, ut eſt in eiuſdem libro capitulo quinquageſimo octauo. Vnde & in Euangelio

Monachi Aegyptiorum lingua Nonni hoc eſt caſti nūcupati forſan ab Cydeo Aegyptiorum, de quo in Biblia Hebrça in Exodo

Exodus

Neemias

Eſaias

forte legis iter sabbati. Sed & Hieremiæ decimoseptimo scriptum habes. Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Hierusalem. & nolite eiicere onera de domibus uestris in die sabbati. Vides ergo quomodo circa unum & idem præceptum scilicet sabbati Neemias Esaias / & Hieremias egerint. Ita & in aliis multis actum est, ubi ad generale præceptum aliqua speciatim explanata sunt, quæ & sapientes hebraice סְיָג uel גְּדֵר. sepem uocarunt. Ita quum lex nostra euāgelica in pluribus generalissima sit. Vnde patres antiqui ex spiritu sancto ordinarūt aliqua statuta/regulas & ordinationes, sicuti fecit Basilius Magnus ac alii, quibus putabant uoluntatem domini peragi posse. Et hoc est, quod decretum/decretales ac alia sanctorum patrum concilia habent. Ita in uita monastica seruatur, quod dicit dominus. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia, & da pauperibus. Ita multa alia seruantur, quæ primam originem tamen habent ex euangelii fluētis. Non ergo ualet argumentum id in primitiua ecclesia, uel ēt post ducentos aut trecentos annos aliquid non esse statutum, uel prohibitū. Ergo quod posteri

Missæ plura adiecta. statuerūt, irritum erit. Meminit Ignatius missarum, quas suo tempore celebrarunt episcopi atq; presbyteri. A tempore Ignatii multa sunt addita, quorum partim meminit Ambrosius, & partim Augustinus. Nunquid ea propterea reiiciemus, q̄ a primis patribus aut triginta uel quadraginta Romanis pontificibus addita non sint? Et tu nescio quid contra confessionem auricularem mussites.

Cyrillus in.ii. lib. Leuitici quum tamen hæc fuerit longe ante tempora Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, qui scribens septem gradus remissionum, inter reliqua uerba sic ait. Est & adhuc & septima licet dura & laboriosa per pœnitentiam & remissio peccatorum, quum lauat peccator lacrimis stratum suum, & fiunt ei lacrimæ suæ panes die ac nocte, quū non erubescit sacerdoti domini indicare peccatum, & quærere medicinam secundum eum qui ait. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem cordis mei, in quo impletur illud, quod Iacobus apostolus ait. Siquis autem infirmetur, uocet presbyteros ecclesiæ &c. hæc Cyrillus, Leuitici secundo.

Augusti. Placet ergo quod diuus Aurelius Augustinus habet in secundo libro ad inquisitiones Ianuarii ad mouendum pie & accēdendum diuinæ lectionis affectus uaria consuetudo est. Et hoc ab ecclesia

reiici non debet. Qd' si dixeris, Nulli me præcepto subdam, nisi quod est in noua lege mandatum, nec mihi prohiberi permittam, quod non est in euangelio/uel Paulo prohibitum. En hic te paulo strictius urgebo. Dic mihi ubi sit prohibitum de lege, ne pater filiam suam accipiat uxorem? non quidem Leuitici .15. non in euãgelica lege, non in Paulinis institutis. Et tu in tua captiuitate seu lege Babylonica (nisi male uiderim) non prohibuisti. Credis autem peccasse patres, qui hoc matrimonium inter patrem & filiã interdixerint? minime terrarum. Sed dabis ne inter patrem & filiã non sit impedimentum perpetuum? At quando hic negotium canonistarum agitur. unde Theologũ respondere permittam. Theologum inquam doctum/& nõ pœnitendum ipsum sanctum Ambro. Huius uerba sunt hæc. Non reperies prohibitum sermone legis, ne pater filiam suam accipiat uxorem. Nunquid ideo non licet, quia non est prohibitum? minime. Interdictum enim est naturæ iure. Interdictum est lege, quę est in cordibus singulorum. Interdictum est inuiolabili præscriptione pietatis. Titulo necessitudinis quanta huiusmodi inuenias non esse interdicta lege per Mosen edita? & interdicta sunt quadam uoce naturę. Multaq; sunt, quę licet facere sed non expedit. Omnia enim licent, sed non omnia expediunt. omnia licent, sed non ædificant. Si ergo etiam ab iis nos reuocat Paulus, quæ non ædificant, quomodo faciendum putamus, quod & non licet legis oraculo? & nõ ędificat discrepãtes pietatis ordine. & illa ipsa uetera, quæ fuerunt duriora, temperata sunt per euangelium domini Iesu. Transierunt modo uetera, ecce facta sunt noua. hæc Ambro. Vides hic tibi non licere omnia, quę tñ in lege scripta nõ sunt. nisi quendam Cynicum agere uelis, ut olim canat

Inter socraticos notissima turba cinedos.

Iam, qđ aliud est, addo, quod nec Ambrosius admittere uoluit, ut Paternus filio neptim ex filia copularet. Et licet hæc olim ordinata non fuerint, tamen dum ordinata sunt, contemni non debent. Ita licet de hoc iuramento non omnes pontifices Romani statuerint, per id tamen cassum non erit. Septingentis etenim & pluribus annis hoc iuramentum seruatum est. Nescio an iusta tibi sit causa, ut illi reclames, nisi uelis euertere/ac diruere omnia.

Leuitici

Ambro. viii. libro epl'ax. epla. lxvi.

Multa voce naturæ phibita, quæ tñ lex interdicit

Paulus

Vetera duriora p euãgeliũ tẽperata ĩmo noua sunt facta

Ambro. Paterno nõ cõcessit quo filio neptẽ iungeret Iuramentum hoc ante. lxx. annos

Sed tu eo quo statuta patrū adeo friuole & temerarie reiicis ac dānas, uideris nos quibusuis Iudæis uelle facere deteriores, immo & inconstantiores. Siquidem Iudæi olim sub captiuitate Babylonica dedere præceptum, ne quis Hebræorum cum extraneo biberet, id longe post illius mortē etiā sublata causa seruarunt. Hoc & partim in daniele notat, qui regiū uinum bibere recusabat. Hoc & nostri Germani Iudæi in hanc horā seruare uident. Sed & Rabi Gerson inter Hebræos una cum reliquis olim Moguntiæ ordinauit ac statuit ne Iudæi quamdiu inter Christianos manerent, duas ducerent uxores. Hoc non solum Germani, sed Hispani/Itali/ac omnes Hebræi susceperunt. Etiam ii seruare tenentur, qui ex Turkia quādoq; ad christianas prouincias ueniunt. Sed nunquid non potuissent habere Iudæi plus quā unam uxorem? sicut est Deuter. 21. & Deut. 18. tamen ex causa hanc legis libertatem renunciant. Qd' si tanta est obedientia inter Hebræos, alioquin in hac parte suæ legis libertate uiuere potentes, mirū ergo nō fuerit, si etiam inter Christianos aliqua statuantur, quæ in dei honorem ac salutē nostram maxime tendūt. etiam si forsan aliud ex libertate, quā nobis Christus dedit, facere possemus. maxime dum ex captiuitate carnis sequatur uita animæ. Sed sic dum blandula & placentia, ut est in Esaia, prædicas & loqueris, tollendo ieiuniū, remittēdo uota, bona cassando opera, tollendo obedientiam, nullas gehennæ flāmas cōminando, sed mox post luxuriam & delicias paradisum pandēdo, & alia id genus permittis. Nonne hoc est, quod apud Hieronymum in Esaiam. c. xc. legitur, ubi dixerunt. Noli nobis uidere quod nolumus, noli nobis interdicere uiā Aegypti. nec quæ recta sunt pdices, sed loquere qd' nobis placet, ut pergamus in Aegyptū, qd' cumulet pctā peccatis. Quid nobis ingeris, qd non libenter audimus? Quid monstras uiā, per quam ingredi nolumus? Quid frequenter ingeminas auribus nostris? hæc dicit dñs sanctus Israel. Cesset a nobis ista prædicatio.

LVTHERVS.



Satis est ab exemplo Christi didicisse quamlibet conditionem fratribus etiam iniquissimam imponere pro libito, ipsam uero Christi cōditionem ne syllaba quidē meminisse. Sed respondet adhuc semel Paschalis. Tuo

te iudicio pete si Christus cōditionem ibi posuit, ut dicis. Iam tuo ore diffinimus nullum esse Ro. pontificem, nisi diligat & pascat. Quia pactum & commissio conditionales, si conditio non stet, non ualet. Ut ergo enthimeme utar, archiepiscopus Panor. sine conditione iuramenti pstiti in facto non est episcopus. Ergo nec tu papa, nisi in facto primum praestes conditionem amoris/& pascuae. Quae si uera sunt, iam in sexcentis annis non habuimus papam. Nullus enim docuit nos uerbum dei. Nec sufficit q promittas te amaturū, quia tibi non sufficit promissio iuraturi. Sed sicut tu a fratre exigis conditionem in facto, ita nos in nomine Christi maiorem hoc conditionem egimus in facto, aut tua auctoritate papā negamus. Quid hic facies? Vides ergo q̄ impatiēs scriptura sit corruptionis, q̄ uanos ostendat eos, qui se maculant. noluit Paschalis uinci interrogatiōe, nec male egisse uideri. Et ignarus se ipsum toto pōtificatu indignū redarguit. Dumq festucam fratris eruit, trabes suas nobis ostendit. Ista est pascua, q Romani omnia sibi inflectunt, omnibus omnia imponunt, oībus se subtrahunt, & quod atrocius est, nō ad Christū sed ad seipsos nos cogunt. Non exigunt conditionem, qua Christi libertatem promittamus, sed qua sibi seruitutē iuremus. Quae aūt maior miseria ecclesiae, q̄ non amare, sed ui conglutinari pontifices non beneuolentia sed potestate imperare. subditos non amore, sed odio & timore coactos seruire. Enthimeme

FABER

Hieronymus ad Ruffinum ita scribit. Cuius est humanitatis, cuiusue clemētiae insultare aliorum miseriis, & uulnera cunctis aliena mōstrare. Siccine te docuit ille Samarites semineccem ad stabulum reportare, oleum plagis infundere, mercedem stabulario polliceri? Si reuectām ouē repertam drachmam/prodigum filium legis esse susceptum, & tu ex totidem pontificibus nullum papam dicere fuisse nolebas, cur saltem inter cētum & uigintisex pontifices, qui fuerunt a tempore Bonifacii sexti, non quadam pietate ob patriae amorem, Gregoriū quintum natione saxonem papam fuisse permittis. Quid hic Saxo in te peccauit? Quid malefecit Ottoni imperatori? An in pontificibus etiā id tolles, quod Gregorius ille quintus ordinauit? Et quid

Hier. in epl'a cōtra Ruffinum.

Greg. v. Saxo

Germanus ordinauit ut essent septem electores imperii, Archieps Mogūtinus Germanię, Archiepiscopus Treuereñ Gallię, Archiepis copus Coloniēñ Italiæ. Nonne ordinauit ut essent quatuor principes, Marchio Brādeburgeñ imperatoris post electionē camerarius, Comes Palatinus, qui dapes. Dux Saxonię, qui ensem fert. Regem Bohemiæ pincernam esse uoluit. Vnde ipse Egnatius hanc sanctionem his uerbis expressit. Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem uendicato. Principes sex, sacri ordinis tres, prophani totidem eum deligunto. Ii, si discordes fuerint, Bohemiæ Regem coaptato. Sed mirum est q tu eo tēpore cum tua tragœdia Saxoniam turbas/atq; confundis, quo sunt ac uiuunt eiusdem nominis pontifex ac imperator, quorum conatibus Saxonia ad fidē cōuersa est. Tempore enim Adriani Romani pontificis, qui fuit compater Caroli Magni Saxoniam ad fidem perfecte conuersam, Carolus Magnus in primo libro contra eos qui tollebāt sanctoꝝ imagines, ingenue testat. Et tu iam nobis contigisti sub eo Adriano pontifice qui pater disciplinæ fuit Caroli nostri imperatoris. Et mirum est qui non priorum temporum memor sis, & a septingentis annis a Saxonibus creditam fidem non potius confirmes, q̄ q nouam religionem hucusq; nec a Græcis/nec a Latinis receptam plantare non erubescas. Et re uera tuæ religionis præcepta sunt mira, qui iam Vittenbergæ facis episcopos, quos olim sacerdotes dūtaxat simplices agnoscebamus. Miror quis sit illis infulas daturus. Hæc quasi obiter dicer lubuit, ad priora rediēs. Quid in te peccauit Clemēs. 2. Bābergeñ olim episcopus antea Syndegerus uocatus? Qd' si Leonē .x. ex albo ita delere decreueras, cur non a Leone .ix. abstinebas. Germanus is fuit, qui & anno dñi millesimo quadragesimo nono pontificatū iniit. Sed nunq̄ legisti sicuti Platina fuit censor maloꝝ pontificum, ita bonoꝝ fuit preco egregius. Sed quid ait is de Leone nono. Ad Leonem inquit redeo uirum certe pietate/innocentia/benignitate/gratia/hospitalitate adeo insignem, ut eius domus peregrinis/& pauperibus semper patuerit. Nam cum semel ante fores leprosum pauperem inuenisset, eūq; præ miseria collocari in lecto suo mādasset, apertis mane a ianitore foribus, nusq̄ pauper inuētus est. Christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditū. In rebus propterea ad religionem pertinentibus, tanta diligentia & solertia usus est, ut & in concilio Vercellensi Berengarium hęreseos auctorē

Septē imperii electores a Greg. v. ordinati

Egnatius

Lex Imperatoris eligendi

Clemens. ii. antea Bambergeñ eps

Leo. ix. German⁹

Platina

Leo. ix.

Conciliū Vercellense

Berengarius

damnauerit,& Constantinopolitanum imperatorem suis moni-
tionibus impulerit sepulcrum domini Hierosolymis a Barbaris
diruptum restituere. Vides quantam iniuriam Germanis hoc uno
inferas,qui dicis nos in sexcentis annis non habuisse papam. Qđ
si forsan Bonifacius. VIII. apud te nomen papæ nō meruerat, ex eo
ꝙ in prouerbiũ cesserit hũc intrasse ueluti uulpem,regnasse Leonẽ,
& mortuũ ueluti lupum. Boni tamen ac sanctissimi uiri Cœlestini
quinti Bonifacii prædecessoris meminisse debueras,ad cuius coro-
nationem interfuere ducenta millia hominũ. Cuius si pontificatus
tempora moresq; perpẽderis,nihil in hoc homine usq; inuenies,qđ
non miram uitæ sanctimoniam prę se ferat. Nolo iã amplius alioꝝ
pontificum reddere rationẽ,nisi me prouocatis. Supra tibi ostendi
defunctis gratiã non prohiberi. Et ꝙ monachoꝝ sit prima conditio
nihil de episcopoꝝ causis iudicare,nisi hoc dicto mentiatur Hiero-
nymus. Qđ si omnino ita cõtenderis eos papas dumtaxat esse atq;
uocari qui diligant,aut qui sint in charitate Christi perpetua. Vide
quot annis ecclesiam pastore destituas. & idem argumentum quod
contra Ro. papam affers,etiam contra reliquos episcopos atq; pres
byteros locum habebit. Nam non solum Ro. pontificem papam
sed & alios papas dictos fuisse legimus. Vñ Hiero. ad Aug. scribit.
Sanctum & uenerabilem fratrẽ nostrum papam Alipium,ut meo
obsequio salutes,obsecro. Tamen hic non sisto. Christus peruersũ
honorauit pontificem. Paulus percutere contra legem iubentem
ueneratur. Etiam nõ solum bonis sed & discolis obedire iubemur.
Et alibi ostendi non mox charitate amissa perire prælationem.

Bonifa.viii.
Prouer.de Bonif.
Ioã.Andreæ.c.de renuncia.lib.vi.
Celestinus.v.

Monachi cõditio prima nihil de episcoporum causis iudicare.
Hierony.

Nõ solum Rom. Pont.dictus papa.

LVTHERVS



Ed sequitur digna applicatio similitudinis. Si cõscien-
tiarum factor/& cognitor secretorum hac usus est,nec
semel tantum,sed & secundo,& usq; ad contristationẽ.
qua nos oportet similitudine tantam ecclesiæ præla-
tionem imponere fratribus,quoꝝ conscientias non uidemus. Nec
mirum certe,quia Petrus/Paulus/& alii apostoli non erant tam sol
liciti tanta sollicitudine quanta nunc sunt Romani. Deinde quia
cognouerunt forte conscientias illoꝝ,quos sacerdotes constituebãt.
nec exemplum Christi adeo curauerunt. Nonne hoc est seipsum

uidere? Sed nec Christus,cuius oues sunt propriæ, licet pro eis se traderet,non tamen fuit tam sollicitus,ut iuramentum a Petro exigeret,sed uelut dormitans ad lectionem tantummodo rem sane leuissimam exigit. Quandoquidem nisi iuramentum Paschalis charitatis præponeret, sine dubio exemplo Christi contentus esset. ne se oportere magis sollicitum esse quęreretur,q̃ Christum ipsum. Vides enim, ut arguit minori Christus exegit, quanto magis nos quasi uero hoc aliquid ad rem pertineat, q Christus conscientias nouit, Ro. pontifex non nouit,quum Christus exemplum p̄buerit in hoc omnibus imitandū. Denicp & nos non nouimus consciētias Ro. pontificis. Iuret ergo & nobis conditionem Christi saltem. Iterum quæro si ex ignorantia conscientiaꝝ sola est causa exigendi iuramenti,cur non cogis ut iuret se recte iurasse, idq; sine fine,cum in nullo iuramento cōscientiam eius noscis recte ne iuret,an secus. Si autem ignorantia ista conscientiæ nō mouet ad exactionē iuramenti,qua fronte ignorantiam conscientiarum pro causa adducis? Quę est ista mirabilis in uno homine super eodem homine patientia? & impatientia ignorantis conscientiæ?

FABER

Ignem gladio ne fodito

Hieron. coñ Ruf.



Ic iterum contra te loqui uix audeo, non ignorans hoc Pythagoræ symbolū. Ignem gladio ne fodias. hoc est iratum & tumidum animum, sicut interpretatur Hieronymus , uerbis maledicis ne lacessas. Sed & tacere uix possum. Et licet puer ego sim,tamen adhuc faciam olitoris officium,qui & quandoq; est ualde oportuna locutus. Totum quod hic habes,qd' & in priori textu dixisti,conditionis est enthimema. Vnde constantissime inferendum putas. Si nō dilexerit Petri successor,papa non sit. Possem hic ex iureconsultis differere , si uelim de triplici conditione post Baldum de conditione , si seruabis post Salicetum de discrimine conditionis & modi,post Alexandrum de Imola de pulchra materia uerborum conditionem importantium, post Bartholum & Baldum. Quæ omnia aptissime huic proposito conuenirent,sed cū homine theologo theologice mihi balbutiendū uideo,unde ista prætereo. Sed nunquid non mi Luthere Salomon rex fuit in Israel? Illius officium erat ambulare in uia dñi. Dixerat

Bal. in. l. i. §. Sin āt . C. de caducis tol. Sal. in. l. fina C. de nonnu pecu. Alex. in. l. impossibile de ver. obli. Bartho. in. l. i. ff. de condi. & demon. Bald. in rub. C. de insti. & substi. sub condict. fact.

enim dñs ad Dauid patrẽ illius. Si custodierint filii tui uias meas .iii.Regum.ii.
& ambulauerint coram me in ueritate, & in omni corde suo, & in
omni anima sua, non auferetur tibi uir de solio Israel. Sed quid fe-
cit Salomon Rex? adamauit mulieres alienigenas multas, filiam .iii.Regum.ii.
quoq; Pharaonis/& Moabitidas/& Amonitidas/Idumęas/& Sido-
nias/& Cetheas, de gẽtibus super quibus dixit dñs filiis Israel, Non
ingrediemini ad eas. neq; de illis ingrediẽtur ad uestras. Certissime
enim auertent corda uestra, ut sequamini deos eorum. Iis itaq; co-
pulatus est Salomon ardentissimo amore, fuerũtq; ei uxores reginę
quasi septingentæ, & concubinę trecentæ. Et auerterunt mulieres
cor eius. Quumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mu-
lieres, ut sequeretur deos alienos. nec erat cor eius perfectum coram
domino deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon
Asterthen deum Sydoniorum, & Chamos deum Moabitarum, &
Moloch idolum Amonitarũ. fecitq; Salomon quod non placuerat
coram domino. & non adimpleuit ut sequeretur dominum, sicut
Dauid pater eius. Et tunc ædificauit Salomon phanum Chamos
Idolo Moab in mõte, qui erat contra Hierusalem, & Moloch idolo
fluuiorum Amon. Atq; in hunc modum fecit uniuersis uxoribus
suis alienigenis, quę adolebant thura, & imolabant diis. Et licet hęc
Salomon fecerit, imo pactum cum domino initũ non custodierit,
tamen non mox de throno regali ebore grandi auroq; fuluo uestitũ
illum dominus deiecit. Nec Salomon mox dum hoc faceret, Regis
nomen ac dignitatẽ amisit. Sed ita dixit dominus Salomoni. Quia
habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum/& præcepta
mea, quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnũ tuum, & dabo
illud seruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter
Dauid patrem tuum de manu filii tui scindam illud. Nec totum
regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter Dauid
seruum meum & Hierusalem, quam elegi. Vides q; non mox etiã
ob tã grande idololatriæ peccatum Rex ille Salomon fuit a regno
excussus, imo in sua megaloprepia, hoc est magnificentia diutius
mansit. Ita & si Petri successor non dilexerit, nec in mandatis dei
ambulauerit, propterea pontificatum nõ amittit, nisi tu in quosdã
errores prius dãnatos cadere, aut quadã impietate gemitũ hũc per Ezech.xviii.
Ezechielem prænũciatum non modo pontifici, sed cuilibet peccãti
pmissum, auferre uelis. Cogitarẽ debebas duodecim esse horas diei.

Nihil hic dicam de Dauid peccante/ac de multis aliis • sit ille tibi unus ex mille • At cum tu putas sat esse, si absq; iuramēto cōmiserit oues • Iam tibi respōdebo postq̄ tua uerba ex ordine posita fuerint •

LVTHERVS

SI accepto iuramento tātam administrationem ei cedis, cur non, quod leuius erat, iuramentū cedis? An putas ꝙ maior res sit iuramentum tibi præstitum, q̄ tantę ecclesiæ administratio? Ad hæc ignorata conscientia debuit te quam tutissimum facere ad imponendam prælationem, ut eo magis relinqueres iuramentum, quo minus conscientias nosti, ne forte ad periurium eum cogeres, gaudendum tibi fuit hanc tibi a Christo relictā libertatem, ut possis ei oues cōmittere, quorū corda non nosti • Nunc per iuramentum secreta exploras, aut in periculū fratrem adducis, quorū utrūq; grauissimum est • idq; sine causa • nec propter deum, sed propter fidelitatem Romanæ ecclesiæ • Demū si ignorantia est causa iuramenti, sequitur si scires conscientiā, male te exegisse iuramentum • At cum quisq; de quolibet debeat optima præsumere, & charitatis sit omnia credere, hæc ipsa fides tui fratris bonitate certior est omni scientia • ꝙ etiam si scires, diu scire nō possis • credere autem semper possis •

FABER

Ecclesiastis.iiii.

NVnquam legisti Luthere in ecclesiaste scriptum, Funiculus triplex non cito rumpitur • Et sit tibi qd' in Christiana anima sit pater/filius/& spiritus sanctus, nō cito rumpetur ista sodalitas • Qd' autem non cito rumpitur

Hiero.

inquit ibi Hieron • tamen aliquando rumpitur • In Iuda enim apostolo triplex fuit iste funiculus • Sed quia post buccellam introiuit in eum Sathanas, funiculus iste diruptus est • hæc Hieronymus • Ita & in epō dicere possumus, sit licet Christi fidelis, constantem fidem habeat in corde, & ore confessionem faciat ad salutem • At facile contingere potest, ut ex apostolo fiat proditor • sicut & facile fieri potest, ut fiat e publicano discipulus, & ex latrone filius paradisi • Quid fecit Cœlestinus? qd Pelagius? qd Paulus Samosateñ?

Nusq̄ enim tuta fides

quem ēt

in grām Nicena synodus recipere noluit. Pollicitus est multa Cœlestius, sed nō seruauit. Et nolens ac inuitus dicam, q̄ Hierony. de Praga, licet hussiticos errores abiurauerit, ac sup hac re iusiurandū solēne pstiterit, fidem tamen fregit. Ita multos hæreticos periuros factos esse legimus. Sed hic dicito q curiosus es historiaꝶ scrutator, an nunq̄ in scriptura legeris, q̄ archiepi/& epi desciuerunt nō solū a cōciliis sanctoꝶ patrū ab obedietia Ro. pōtificis, imo ab ipsa fide & in pniciosissimas hæreses plapsi sint. Sed & nunq̄ cogitasti cum epis fieri posse, qd' in Regnoꝶ lib.3.c.2. Legit̄ de Sem filio Gera, qui Dauidi maledixit maledictione pessima, quādo ibat ad castra, cui licet dixerit ac pceperit Salomon, Aedifica tibi domū in Hierusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc atq; illuc. Quacunq; die egressus fueris, & trāsieris torrentē Cedron, scito te interficiēdū, sanguis tuus erit super caput tuum. licet post hæc asperrima uerba Sem responderit. Bonus sermo, sicut locutus est dñs meus Rex, sic faciet seru9 tuus. tñ id nō diu seruauit, imo post tres annos, strauit asinum suum, & exiuit Hierusalem ad Achis regem in Geth. Ita & in nouo testamento sæpe talia cōtigisse legimus, uq; q. aliqui certas abiurarūt hęreses, quas tñ postea iteꝶ fouer̄ cœperūt. Id de Achatio ac aliis ifra docebo. Nūc ad hāc rē omissis illis, quæ circa Onesymū Alexandrum/Galatas/ac alios peracta fuerunt, etiā tempore Pauli. saltem aliqua ex parte me redimā, aliquot cōmemorabo historias. Primo hanc, quæ est de Augustino/ac Felice Manichęo. Siquidem August. accepta charta scripsit hæc uerba. Augustinus eps ecclesiæ catholicę iam anathematizo Manichęū/& doctrinā eius/& spiritū, qui p eū tā execrabiles blasphemias locut9 est, qa spiritus seductor erat nō ueritatis, sed nephandi erroris. Et nūc anathematizo supradictū Manichęū/& spiritū erroris ipsius. Et cū eandē chartā Felici dedisset, ēt ipse manu sua hęc uerba scripsit. Ego Felix, q Manichęo crediderā, nūc anathematizo eū/& doctrinā ipsi9/& spūs seductorē, q in illo fuit, qui dixit deū partē suā gēti tenebraꝶ ministrasse, & eā tā turpiter liberare, ut uirtutes suas trāsfiguraret in fœminas cōtra masculina, & ipas iteꝶ in masculos cōtra fœminina demonia. ita ut postea reliqæ suę partis cōfigat in æternū globo tenebraꝶ. Has oēs & cęteras Manichęi blasphemias anathematizo. Hoc anathema a Felice p Augustinū extortū, nū cōueniebat reip. an nō? certe subscriptionē ac abiurationē illā nemo bonus dānabit unq̄. Præcognouit

Constañ. concili'.

Achatius

HH

Auguſt. Manichæoꝝ ingenia, q̃ uerſatilia eſſent. Quare ne Felix in priſtinos laberetur errores, caute prouidit. Et hanc abdicationem nõ ſoli cõſcientiæ credidit, ſed & ſcriptura firmauit. Quod & patres in ſecunda Nicena ſynodo feciſſe legimus. Sic & noſtris tẽporibus quandoq; factum fuiſſe perſpectiſſimum eſt. & uerba Hieron. ſunt ad Alipiũ. Quicquid in illa miſerabili ſynodo Dioſpolitana dixiſſe ſe denegat, in hoc opere confitetur. Et in aperto Hierony. habet ꝙ inuidia & cõtumeliis clericoꝝ Ro. eccleſiæ Tertullianus ad Montani dogmata delapſus eſt. Vtinam hodie nihil tale contingat. Sed hic quid tã diu imoramur? Neminem eſſe credo, qui indigne ferat, etiam ſi epiſcopus electus, & iam confirmandus, hoc iuramentum fecerit, qđ ſupra traditum eſt, ac ſeruat eccleſia Romana. At dudũ ſubodoraui quo tẽdas. ad qđ nihil aliud dicam, q̃ illud Virgilianũ

Hierony.

Frigidus o pueri fugite hic latet anguis in herba. Attamen illius caput hic contundere nolo.

Virgilius

LVTHERVS



Vltimo nunquid poſt iuramẽtum noſti eius cõſcientiã? Cur ergo non toto tempore tibi iurat, qui toto tempore cauſas iuramenti tibi præſtat. Hoc dixi ut uideamus quid ſit uerbo dei nolle credere, & ſcripturas ſuo ſenſui aptare. Quomodo ego ſperem apud Ro. pontifices eſſe ius interpraetandæ ſcripturæ? qui tam manifeſte ſcripturas in alieno ſenſu tractant? uel quid non obtineãt in terra Romani? Quid nõ audeãt eorũ nomine adulatores? Si hæc perſuaſio coꝝ nos ceperit, & euerterit, non licere ſcilicet errorum dicta cum iudicio legere, & eis ſolis interp̃tandæ ſcripturæ iure conceſſa eſſe. tunc enim (ut Aug. uerbo abutar) uere ſine periculo primatus huius in ecc̃lia ludi&c. Sed miꝝ ſi nõ deo & nobis illudi&c. abſit abſit plus q̃ babylonica captiuitas.

FABER



De cõſcientia hic ex ſcholaſticis multa axiomata poſſem adferre, at nõ audeo. Paulinis ergo ſentẽtiis utar. Quid hoc eſt apđ Paul. ad Ro. Gloria nr̃a hęc eſt teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ. Sed qđ illo uult Paulus ad Titũ ſcribẽs. Habẽtes myſteriũ fidei in cõſciẽtia pura. An nõ cũ illo cõuenict, quo ſcribit ad Titum, Oportet ep̃m eſſe tanq̃ diſpenſatorem miniſterioꝝ dei.

Ad Romanos
Ad Titum

Quid putas exigitur? certe mysterioꝝ dispensatores, ut nos docuit in epistolam ad Corinth. Theophilactus. Haud temere debent dei sermonem omnibus impartiri. Sed tempus per eos & oportunum & modus seruandus, cũ illum impartiũt. Quinetiam nec mysteria ipsa aperienda sunt cunctis. Non enim uel prudentis est uiri, uel recte credita dispensantis, passim illa & sine delectu omnibus pate facere. Hanc sententiã Greg. Nazianzenus pulchre tuet̃ in libello de Arrianis, q̃ non liceat semper & publice de deo cõtendere. Dein ad dispensationem dei exigitur ut sit fidelis, ita ut candida fide spiritualia ministret. De qua ministratiõe pulcherrima tradidit nobis Theophilus Antiochenæ ecclesiæ .7. post Petrum apostolum eps. Et sanctissime disserit Hierony. in .6. quęst. ubi Algasiæ respondet super parabola euangelica, quæ est de uillico iniquitatis. Sed & ad dispensatorem istũ exigitur, ut ecclesiasticos redditus bene dispẽset illius non ego sum auctor. Sed hanc dispensationis normam nobis tradit Origenes homel. 5. in Matth. Hæc & alia sunt episcoporum officia, quæ Ro. pontifices non quidẽ ex se, sed in primis ex Paulo didicerunt. Non enim abs re Paulus inqt. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysterioꝝ dei. Hic iã quęrit̃ inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Qd' si ulli fidelium dispensatoris nomen cõuenire potest, episcopo in primis cõueniet. Hoc dicere nos Paulus docuit, scribens ad Titũ. Vt igit̃ sit memor episcopus officii sibi traditi, & ut hoc scribat in tabulam cordis sui, semperq; fidei domesticus inueniatur illius conscientia, merito per iuramentum astringitur, ut semper habeat torsiones uentris. De quibus apud Esa. imo ut sit ille fidelis dispensator & prudens, quẽ constituit dominus super familiam suam, ut det in tempore tritici mensurã. Nec opus est semper iurare, q̃ diu uiuit. satis fuerit semel iurare, ac quamdiu uixerit, seruare. Ita in Exodi. c. 24. Venit Moses & narrauit plebi omnia uerba dñi atq; iudicia. respondit q; cunctus populus una uoce, Omnia uerba dñi, quæ locutus est, faciemus. Et iterum, Omnia quę locutus est dñs faciemus, & erimus obedientes, nihilominus tñ. 4. Reg. 10. legit̃, Pepigit Ioiada fœdus inter deum & regẽ, & inter populũ. ita ẽt ut quilibet discat seruare legem, & in obedientia stare sui superioris iuramento, quasi fœdere obstringit̃. Hinc ẽt eps iurãs quẽadmodũ Petro fidẽ seruare tenet̃, licet tu successori nihil tribuere uidearis, quasi uer9 Moses nõ ordinarit anteq̃

Theophilactus
G. Nazianzenus
Theophilus
Hierony.
Origenes
Paulus
.i. Cor. iiii.
Ad Titum
Quis domesticus fidei
Hieron. in. i. q. ad Hedibiam
Hier. i Esa. c. xiiii.
Lucæ. xii.

Deutero.ult. moreretur in terra Moab, nõ reliquerit post se Iosue, qui regeret in populo. An non id Ro. pontifici licet, quod olim facere licebat meretrici Raab ad eos qui missi fuerunt per Iosue in Hierico? quos

Iosue.ii. iuramento obstrinxit, ut saluarent domum patris/& matris/fratrũ atq; sororum. Sed & de adultis baptizandis nonne semper uniuersalis seruauit ecclesia? ut etiam illos non solum propriæ conscientię relinquat, sed & quasdam abrenunciationes enumeret? An uelles ut nemo obedientiam domino feudi, in litem, aut de pace tenenda iuraret, sed quiuis relinqueretur propriæ conscientiæ? Quod licet maxime probarem, eo q̃ nihil sit, quod tã recte Christianũ deceat, q̃ si illius sermo fuerit, est est, nõ non. At quia respublica forsan aliter & sine iuramento persistere commode non potest, unde melius ita uidetur, ut iuramentum exigatur in his, ubi de fide uacillante dubitandum fuerit. Sic Ephesina synodus iureiurando obstrinxit Nestorium anathematizare hęresim. Sic Hysichius ad fidem cum iuramento reuertitur. Et semper, Haymaro Remorum episcopo de synodis referente, redeũtes hæreticos ecclesia Romana suscepit. Nec opus est ut semper iuret episcopus. satis est hũc semel iurasse.

Conscientia mille testes. conscientiam habet, quam mille testes uocare solemus. hæc semper uigilat, semper tortoris uicem gerit. Vnde Hierony. ad hanc rem

Hiero. in Ezech. .c.xvi. lib.v. pulchram sentẽtiam habet. Secunda inquit post naufragiũ tabula est, cum peccaueris erubescere, & non illi subiacere increpationi, quæ contra Hierusalem dicitur, Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Portat autem tormentũ suum, qui propria torquet conscientia, & in isto sæculo sustinet propria uoluntate cruciatum, ne æterna tormenta sustineat. Corrumpimusq; fratres nostros/uel sorores peccatis nostris, quãdo per nostra peccata ad maiora scelera prouocantur. Qđ dico ita fiet manifestius. Finge aliquem in sacerdotali culmine cõstitutum, non bene uiuere, & deturpare operibus dignitatem. Nonne imitatione uitiorum eius laicus corrumpitur. Nam & qui unum de minimis scandalizauerit, mola collo alligata præcipitetur in profundũ. Sorores quoq; Hierusalem Sodoma & Samaria iustificant, nõ quo per se iuste sint, sed ut diximus cõpara

In Esa.c.xiiii. De hac re Hiero. in Esa.c.xlvii. tione peiorũ. Ex his & aliis habes hãc captiuitatẽ nõ ẽẽ Babylonicã, nisi forsã ex Roma Babylonẽ feceris. qđ tñ nõ undequaq; admittis, maxime si Petrũ cõtẽdas nõ fuisse Romæ. Adde q; ab his uerbis, quæ Paschalis hic habet, nõ dissimilis est huic negocio sẽtẽtia apđ

Augustinum in libro de ouibus. Et utinam adeo sancte scripturã tractares, ueluti pontifices Romani fecerunt, & non esset inter Germanos tanta tragœdia. Sed pergo. Aug. lib. de ouib. cap. ix.

LVTHERVS



Equitur oppositéq; dissolutio. Aiunt omne iusiurandũ a domino in euãgelio esse prohibitum, nec ab apostolis post dominum, nec in cõciliis inueniri posse statutum. His ictibus insuperabilibus prostratus, quid dicat, audiamus. Quid est ergo quod dominus subsequenter ait, Quod amplius est, a malo est? Hoc enim amplius ut exigamus malum, nos illo permittente compellit. Quod Christus prohibet & negat, hic affirmat, & præcipit. Christus dicit, Quod amplius est, a malo est. i. non debet fieri. Loquitur enim de pronitate iurandi, sine necessitate fratris, hoc est de libidine iurandi, sicut mulierum concupiscere prohibuit. qui tamen debitum coniugibus reddendum nõ ꝓhibuit. Hic dicit. hoc amplius cogit nos. i. fieri omnino oportet. Sed audiam9 hoc malũ, qđ null9 in uerbis euãgelii cogitauit unq̃.

FABER



Ilarius in explanatione Matthæi tractans hoc euãgelii uerbum, ait hic Christum superstitionem contumaciæ ueteris damnasse. Hieronymus credit dominum pessimam consuetudinem iurandi Iudęis reprobasse. addẽs in fine ꝙ euangelica ueritas non recipiat iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. Augustinus in uariis locis hunc locum euangelicum uarie tractat. Sed tu dic ubi hic Paschalis qđ Christus prohibuit, affirmauerit? Nunquid non eos reprobat, qui aiunt omne iusiurandũ a domino in euangelio prohibitum esse, & neminé ad iurãdũ admitti debere. Vtcũq; tñ certe istius dicti euãgelici sit sermo uester, est est, non non. Quod aũt abundantius est, a malo est. difficilis est intellectus. Hoc testatur Chrysostomus. 17. homel. super Matthæum, Cuius uerba si recte intuearis, cum Paschalis interpretatione sat bene cõueniunt. Sed hic quum sit sermo de malo, cuius cõtrarium est bonum, de quibus in psalmo. Declina

Hilarius

Hieron.

August.

Matthæi. v.

Chrysost.

Psalmo. xxxvi.

Malum
Bonum
Hieronymus

a malo,& fac bonũ &c. Vnde prius ostẽdere oportet quid sit malũ, quid ue bonum. Proprie malum dicitur, quod uitandum. bonum quod facere debemus. Ita Hieronymus in epistolam ad Galatas. Qđ si malum uitãdum est, & malum imo pessimum est ab unitate ecclesiæ recedere, hæreticos per Gog & Magog figuratos non compescere, ac alia id genus admittere. iuramentum itaq; ne ab unitate discedatur ecclesiæ, iuste exigitur, intellectus etiam illius euãgelici dicti cum pulchro theologoꝝ ænigmate cõuenit. Est autem ænigma hoc. Si iurauero benefacere, & non faciam, peccati reus sum. Et si iurauero malefacere, & non fecero, pariter peccati reus sum. Sed quomodo sphingis ænygma soluemus? Docet nos Origenes super Leuit. homel. 9. dicens. Malefacere, aduersari alicui est, & nõ indulgere ei, ut faciat quod uult. & nos uenientes ad deum, iuramus nos carnem castigaturos, & ei malefacere, atq; in seruitutem redigere. Illius autem uox est. non quod uolo ago, sed quod odi facio. Quod siquis ita iurauerit, & non fecerit, certe peccati reus est. Qđ siquis carni malefecerit, spiritui benefacit. propter quod cum Paulo bene dicere non potest. Cum infirmor potens sum. nec potest uni eorum benefieri, nisi alteri malefeceris. Hoc est quod ait dominus. Ego occidam, & uiuere faciam. Quid occidit deus? Carnem utiq;. & qđ uiuere facit? spiritum sine dubio. Et rursum ait. Percutiam, & ego sanabo. Quid percutit? carnem. Quid sanat? spiritũ, prorsus ut illa deficiat, iste proficiat, ut faciat aliquem mortificatum carne, uiuificatum spiritu. Et hic est ordo, quo aliquis iurat malefacere. & id seruare tenebitur. Et iterum quo quis benefacere iurat, & pariter seruare tenebitur tale iuramentum sc'dm Origenẽ. Hæc obiter dixisse uelim, ut ab hoc ænygmate obscuro iuramenti materiam disceres esse perplexam. proin Pascalem minus errasse. Sed hic quid dicã? fuit hoc iuramentum ante multos centenos annos. & non fit ex libidine iurandi, sed necessitate reipublicæ in suo ordine conseruandæ. Quare dum non sit peccatum, id fieri prohibere non uelis.

Aenygma theologicum
Origenes

LVTHERVS



Onne malum est, inquit, ab ecclesiæ unitate, & a sedis obedientia resilire? & contra canonum statuta prorumpere? q multi etiam post præstitum sacramentum præ

sumpserunt. Ego putabamq; hoc malum esset interpretaturus, nō diligere Christum, non pascere oues. & hoꝝ sollicitudine exemplo Christi torqueri ad iuramenti exactionem. Verum hoc Christus a Petro requirat. Hodie curandum ne ab obedientia sedis apostolicę resiliant episcopi. Tunc ego, episcopus meus nondum quicquam illorum fecit. Vt quid ergo exigis iuramentum? An quod ignoras eū non facturum. Cur nō in omni præcepto dei exigis iuramentū? Cur hic te non compellit malum? An non est malum a præceptis dei resilire, quin ecclesiam reples nonnisi iuramentis? Si autem in dei præceptis tam patiens es, ut te tot mala quæ in conspectu dominantur, etiam in domesticis tuis ad iuramentum nō compellūt. in tuis præceptis mala nec præsentia, nec forte unq̄ futura te compellunt? Nonne perspicuum fit, q amor sui, quo magis se se uenustat, magis seipsum prodit. Prorsus nulla reliqua ratio est. Quid si in tuis præceptis iuramenta exigas, pro dei cōmodo. Aut si hic nō facis, non sine culpa ibi facis. Habes ergo, quod Ro. in euangelio intelligunt. qđ est suspitio mala de fratribus bonis. Nam trāsgressiones mandatorum an malæ sint, alii uiderint oculus ambitionis & auaritiæ.

FABER



Dic mihi Luthere, Nunquid bonum sit ab ecclesiæ unitate, & a sedis apostolicæ obedientia resilire, & contra canonum statuta prorumpere. Ve tibi si hæc dixeris Nam facies bonum malū, imo nutries in sinu sorores peccatricis Hierusalem. Legisti ne unq̄ quæ sint sorores peccatricis Hierusalem? de quibus apud Origenem in Ezechielem. Si non legisti, uidere poteras in homel. 9. Sunt quidem schisma & hæresis. & harum fautores teste Hieron. sunt sacerdotes in Samaria. Sed & audi quid ibi dicat Orig. Vbi schismata, ibi hęreses, ibi dissēsiones. Vbi autem uirtus, ibi singularitas, ibi unio. Ex quo omniū credentium erat cor unum, & anima una. Et ut manifestius dicam, principium malorum omnium est multitudo. Principium autem bonorum coangustatio, & a turbis in singularitatem redactio, ut puta nos omnes, si saluādi sumus ad unionem, ut perfecti efficiamur in eodem sensu/& in eadem sententia, & simus unum corpus & unus

Esaiæ.v.
Ezech.xvi.
Origenes

spiritus. Si uero tales simus, ut non nos unitas circumscribat, sed & de nobis dici possit. Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephe. & adhuc a malitia scindimur atq; diuidimur. Non sumus futuri. Vbi sunt illi, qui rediguntur in unionẽ? Nam & pater & filius unum sunt. Sed qui unum spiritum habent, in unionem

Saluator

coarctantur. Ait quippe saluator, Ego & pater unum sumus. ita & isti in nobis unum sint. Et in apostolo legitur, Donec occurramus omnes in uirum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis in unitatem Christi. Et rursum, Donec perueniamus omnes in unitatem corporis & spiritus Christi. Ex quo significatur ecclesia, quia uirtus ex plurimis unum faciat, & necesse sit nobis unum per eam fieri, & fugere multitudinẽ. hæc Origenes. Sed quid hic Origenẽ uoluisse putas? Certe crediderim uirum hunc magnum eo tendere, ut seruetur unitas ecclesiæ, ut ab hac nullus unq̃ recedat. Et uulgatissimus est locus

Augustinus

Aug. in .7. lib. de bapt. cõtra Donat. c. 49. & .50. Quo pacto Cyprianus cõmẽdauerit unitatẽ ecclesię. & q̃ habitãtes in domo domini concordes ac unanimes esse debeant, loquente ps̃

Psalmo. lxvi.

.67. spiritu sancto & dicente. Deus qui inhabitare facis unanimes in domo. & alibi. Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in unum. Q̃d si qui litigiosi habitent in Hierusalem, cum Barraba seditionem facientes, nõ ueri fratres dici merentur, sed falsi sunt fratres. de quibus toties conqueritur apostolus. Ex his & aliis scripturæ locis, nemo nisi mentis inops intelligere potest recte facere Romañ pontificem, si iuramento astrinxerit episcopum, ne ab ecclesiæ unitate recedat. Sed forsan id facile dares, si non esset sedis apostolicæ

Cyprianus

obediẽtia. Vnde hic tibi unum obiicio Cyprianum. Quid hoc sibi uult, q̃ sanctus ille martyr & Carthaginensis episcopus ante mille & trecentos ac septuaginta annos presbyteros atq; dyaconos tam pie fuit exhortatus, ut ecclesiæ catholicæ matricem & radicẽ agnoscerent/atq; tenerẽt. Sed quid putas hoc sibi uelit, quod in epistola

.iiii. lib. epl̃arum epistola .viii.

ad Cornel. Ro. pontificem ita scribit. Sic nunc episcopatus tui & ueritas pariter & dignitas apertissima luce/& manifestissima/& firmissima est confirmatione fundata, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, & ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompeii/Stephani/Caldonii ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria / & iusta ratio / & gloriosa quoq; innocẽtia ab omnibus nosceretur. Quod ut simul cũ cæteris quoq;

collegis nostris stabiliter,& firmiter administremus, atq; catholicæ ecclesiæ cōcorditer unanimitatem teneamus. Proficiat diuina protectio, ut dominus,qui sacerdotes sibiin ecclesia sua eligere & constituere dignatur. electos quoq; & constitutos sua uoluntate atq; opitulatione tueatur,gubernanter inspirans/subministrans, & ad improborum contumaciam frenandam, uigorem, & ad lapsorum fouendā pœnitentiam,lenitatem.hæc Cyprianus. Omitto hic quę erga Ro. ecclesiam a multis sæculis sancti & doctissimi uiri agnouerunt. Sed adhuc forte in canonum statuta stomacharis. Hic tibi historiā obiicio, quæ est apud Hiero.in dyalogo aduersus Lucifer. Nunquid mentitus est orthodoxus narrans sub Rege Constantio Eusebio / & Hyppatio coss.nomine unitatis & fidei infidelitatem esse scriptam? & eo tempore nihil tam pium,nihil tam conueniens seruo dei uidebat,q̄ unitatē seruari, & a totius mundi cōmunione non scindi. Erat autem eo tempore Valens Mursēn episcopus, qui ꝓfessus est se arrianū nō esse. is in ecclesia apud Ariminū,hoc est in Ariminēsi synodo,ubi tanta fuit multitudo episcoporum/& laicoꝝ, ut pene in prouerbium abierit. Nunquid non super certis articulis cū reliquis episcopis respondit;Anathema sit. Laudatur ea propter Valens,& ad cœlum laudibus tollitur. Non illic sola synodus Ariminensis, sed & Valens condemnauit. Sed quid factum? cicatrix male abducta incocto pure dirumpitur. Cœperunt etenim postea Valens/& Vrsatius iactitare se filium non creaturam negasse, sed similem cæteris creaturis. Tunc Vsiæ nomen abolet. Nicenæ fidei damnatio conclamata est. Ingemuit totus orbis,& arrianum se esse miratus est. Periclitabatur nauicula apostolorum. urgebant uenti fluctibus. latera tundebantur. nihil iam supererat spei. Huius tragœdiæ dic mihi quid fuit in causa? Nunqd non q. Valens sanctoꝝ patrum canones seruare nolebat. Qd' si seruasset,non totus esset cōmotus orbis. Ne quid ergo tale cōtingat,sanctissime prouisum est, ab episcopo hoc præstari iuramentum. At ut finem rei faciam,consecrando episcopo partim ex Carthaginensi concilio ita Romano pontificali testanti præponitur,an diuinæ scripturæ sensibus se accommodare uelit. ac quæ ex diuinis scripturis intellexerit plebem uerbis docere & exēplo. an traditiones orthodoxoꝝ patrum seruare an petro apostolo/ac illius ecclesiæ fidem & subiectionem pręstare, mores ꝓprios ab omni malo tēperare, ac ad omne bonū cōmutare,

Hierony.

ValēsMursēn eps

castitatem/sobrietatemq; custodire,negociis diuinis interesse,terrena
fugere,humilitatem sequi,pauperibus/& peregrinis misericors esse
uelit. Caeterum ab eo interrogantur articuli fidei,an illos seruare
proponat. Et postremo ut anathematizet omnem hęresim extollen
tem se aduersus sanctam ecclesiam catholicam cōpellitur. An putas
in his peccet Ro. pontifex,dum ista proponit? certe ut uerū fatear,
uix uideo te iuste hic posse conqueri quicquam. & si dicere audere,
faterer ingenue q olim Graecis episcopis non tanta maturitate
hęc omnia fuere proposita, eapropter forte Graeciam sub ditionem
uenisse Mahumeticam. De Bohemia/ac Thabaritis habitantibus
Aeneas Silui9 alīs Pius.ii. — in ea,de quibus elegantem scripsit historiam Aeneas ille Siluius,
nihil hic dicam. Sed illa dissensio/imo hoc schisma quot cędes/quot
homicidia/quot monasteriorū euersiones causarit, ex quadam pul-
cherrima declamatione,quam in cōcilio Constantiensi fecit quidā
Leodiensis episcopus,p̄sente & audiente Ioāne Vvicleff, intelligere
potui. Haec non e specu Throphonii/uel somnio quodam Endi-
mionis dico,sed experientia teste loquor. Ad te redeo mi Luthere
unitatem ecclesiae modis omnibus seruandā credo. Huius unitatis
sunt tanta mysteria,ut etiam Talmutistae/ac in primis Cabalistae
Thalmutistae Cabalistae — non sine causa credant ad opus secundae diei non esse adiectum,Et
uidit deus q esset bonum. Quanq̄ ad reliquorum omnium dierum
opera id dictum sit. Vnde & in arca Noe bina & bina introducunt
Genesis.i. — in mūdū. Sed res est nō sine mysterio,q dominus passus est nequaq̄
Genesis.ii. — sub uno principe sed sub duobus Anna/& Caypha,ut religiōis Iu-
Hiero. in Ezech. .c.xi. — daeorum,teste Hieron. scissum monstraret errorem. Hic non dicam
de tunica inconsutili,quam diu gestauit dominus. Et sublime/&
augustissimū est Christi uerbū, Ego & p̄r unū sumus, hoc ut unū
maneant,unū persistant,& concordia stabilita sit sub uno principe
Romano iuramentū unitatis exigit. Sic inter episcopos concordia
seruatur. q si malignus sit princeps,sit familia triobolaris. aut etiā
Plautus — si ita uolueris,sint serui trium literarum,ut est in Plauto. Tamen
supra ex Cypriano ostendi q propterea unitas gregis diuidi non
Sallustius — debeat. An non recte dixit Sallustius. Concordia res paruę crescūt.
discordia magnae dilabuntur? Sinas ergo nobis,quoad fieri potest,
hanc unitatem,quam iurant episcopi,stabilem/& inconcussam. nō
tam proprio cōmodo q̄ publicae utilitati hoc iuramentum inseruit.
Noli sacerdos esse Samariae. Non est res noua,sed multorū annorū.

Et caue ne diuisionem facias. Scis enim schisma nullatenus esse faciendum, quod Cypria. in.3.lib.ad Quirinum.c.86. ita probauit. Siquidem apud Salomonem in ecclesiaste ait. Scindēs ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrū. Et in Exodo. In domo una comedetis, non eiicietis de domo carnem foras. Item in psalmo.132. Ecce q̄ bonum & q̄ iucundū habitare fratres in unū. In euangelio κατὰ Matthæum. Qui non est mecum, aduersum me est, & qui mecum nō colligit, spargit. Itē in epistola Pauli ad Cor. Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut ipsum dicatis omnes. & non sint in uobis schismata. Sitis autem compositi in eodem sensu/ & in eadem sententia. Item in.ps̄.67. Dominus qui inhabitare facit unanimes in domo. Hæc ob oculos mentis tibi proponas, & non facias nobis schismata, sed sequere uestigia antiquoꝝ tuoꝝ, quibus etiam contigit spiritus dei.

LVTHERVS



NVnquid etiam pro fide Christi, pro obedientia dei, pro unitate fratrum? non. Sed hoc unum ecclesiæ bonum & necessarium est ut Roma secure dominetur, & cęterę omnes seruēt captiuitatē. Proinde Christiani in India adhuc magno malo laborāt. Ita suspitio pessima de optimis fratribus est causa exigendi iuramenti, quam tamen non habent in prę ceptis dei, in quibus præsumitur omnia seruari. Etiam hic unitatē ecclesiæ/fidem/& obedientiam Ro. ecclesiæ intelligit, non fidem/spem/charitatem/sacramenta/uerbum/& cætera, quæ eadem sunt. Sed hoc singulare, ꝙ nullæ ecclesiæ conuenire uolunt, nisi suæ; & tñ unitatem uocant. Sola Ro. ecclesia hoc habet hodie, uel summū bonum, & tamen cæteræ omnes in eo ipso conueniūt, qd' nō habēt, & fiunt unum in re non cōmuni sed singularissima, & uni homini tributa. Sic enim discēda sunt noua uocabula nostris temporibus in scripturis/& ecclesia dei, quanto rectius Cyprianus unitatē hāc charitatem intellexit. sicut & Christus rogauit Ioan.17. ut sint unū in nobis, sicut & nos unum sumus. Vnum inquit in nobis, non in ecclesia Romana.


Væ promittat ordinādus episcopus, de quibus interrogetur, ad quid cōmoneatur, ex Pontificali Romano te docui. Vnde hic de errore conuinceris. Cæterum nō ex suasoriis Senecæ, sed aliis non pœnitendis auctoribus, imo ueris historiis tibi probaui sæpe memoratū licere iuramentū, causam quoq; illius esse honestissimā, tuā interpretationem ꝓprio sensu, imo ꝓpria doces auctoritate. Sed nosti quid dixerit Heliseus, postq̄ minister nūciauit adesse equos/& currus/& robur, exercitus ait. Plures nobiscum sunt q̄ cū illis. Et nosti quid in Paralipo. libro scriptum sit, qūo dixerit Ezechias. Viriliter agite & confortamini, nolite timere, ne paueatis regem Assyrioꝝ/& uniuersā multitudinē quæ est cū eo, multo enim plures nobiscum sunt q̄ cum illo. Et hic pro iuramēto p̄stādo in re, quæ est fidei, quot quot supra citauimus, nobiscum sunt, nobiscum est ecclesiæ antiquæ consuetudo nō intra quadringētos sed ante plurimos annos nata. Sed & Ambro. huius iurisiurandi sacramentū/ac uinculū partim firmare uidet̄ scribēs in ps. 118. Super hæc uerba Dauid iuraui/& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et Hieron. in Hiere. iusiurādum admittit modo tres comites habeat ueritatem/iudiciū/atq; iustitiam. Vides hic mecū esse mortuos. Possem hic si uelim in aciē uocar̄ uiuos. Ante sgnanū itaq; illoꝝ omniū audi nostrū Erasmum ita loquentem. In negotiis huius mūdi pro p̄diis/pro nummis iurare fortasse non sit ingenue christiani. Cæterum cū agitur negotium Christi, tunc nō sit nefas interponere iusiurādū. Neq; .n. Christus uetuit simpliciter iurare ut uulgus tamen iurabat. Noluit nos esse diuites, ut diuitū uulgus tamen erat, & nūc fere est. noluit uocari rabbi, tñ uocabant̄, noluit appellari patres, ut uulgus hominū omnē gloriam/omne subsidiū collocans in parentibus &c. Vides ergo non modo mortuos sed & uiuos in hac re tibi aduersari. At ꝙ Cyprianus hic unitatem intellexerit charitatem, respondere dedignor, non ꝙ ignorem, quanquā sim quouis surdo hebetior, sed ꝙ argumentum tuum tale est, quod & quiuis in triuio diluere potest. Nā nemo est qui nesciat quomō sancta unitas & charitas sunt uicinæ/proximę. Vnde deus charitas est, & qui manet in eo &c.

Ambro.

Hiero.

Cyprianus

LVTHerus


N fine ait. Aiunt in conciliis non inueniri statutum, quasi Romanæ ecclesiæ legem concilia ullam præfixerint, quum omnia concilia per Ro. ecclesię auctoritatẽ & facta sint/& robur acceperint. & in eoꝝ statutis patẽter excipiatur Romani pontificis auctoritas. Quis hęc feret quęso? Nũquid Nicenum cõciliũ robur accepit? aut factũ est auctoritate Ro. ecclesię? Nunquid & multa alia per Aug. & olim Cyprianũ in Aphrica habita? Deniqꝫ etiam si statuta exciperent Ro. pont. tamẽ ipse debet nolle excipi pro ædificatione ecclesię. Hic autem gloriatẽ se nemini quicquam debere, ut & deus ei nihil debeat.

FABER


Vod ad conciliũ Nicenum attinet, supra ostendimus illud auctoritate Ro. pontificis celebratum, licet non defuerit Cõstãtini maiestas. Tñ accedẽte dño, rẽ paulo uberius infra absoluemus. Sed nunquid in tripartita historia inter uenationẽ tuã non ẽt hãc feram dephendisti? Qđ tpe Niceni cõcilii Iulius Ro. ẽps ꝓpter senectutẽ defuit. erantqꝫ pro co p̄sentes Vitus/& Vincentius presbyteri eiusdẽ ecclesiæ. In eo tamẽ pedẽ nõ figo. Palã tibi mõstrabo Siluestrũ pont. huius sacri cõcilii fuisse auctorẽ. Hoc ꝓbatur ex literis Costantini imperatoris ad Cõstãtinopolitanũ ẽpm directis, imo qđ in hoc textu rephẽdis, a uiro quẽ nemo sanctus dubitat, ante mille annos scriptũ esse digito, dũ ita exegeris, monstrabo. Sed nũquid & hoc non legisti, ꝙ Eusebius legationem misit ad Iulium Ro. ẽpm, togãs, ut contra Athanasiũ iudex esset. Sed quæ de Athanasio decreuerat Iulius, Eusebius nõ occurrit agnoscere. quia dũ paucũ tempus uixisset, & post conciliũ uita priuatus est. Quapꝓpter Cõstãtinopolitanã rursus in ecclesiã Paulũ introduxerunt. Demũ qđ de Aug. & Cypriano cõmemoras, miror cur feceris. Nescis quõ Aug. Cypria. ac alios pres in Carthaginẽ cõcilio cõgregatos excuset? An ignoras ꝙ qcqd statuerint, qcqd ordinauerint, in bñplacitũ pont. Ro. posuerũt? An nõ es memor duodecim ep̄laꝝ, quas Cypria. scripsit ad Ro. pont. uel forte oblitꝰ es nauigatiõis illius, quã ex Aphrica, uiuẽte adhuc Cypria. nõnulli

Siluester

De Eusebio

August.
Cyprianus

Cyprianus

Per Hipponēsem epm hic. D. Aure. August. intellige

Romā fecerūt. At ne tu mihi elabaris, audi qd dicat Hier. aduersus Lucifer. Conatus est, inqt beatus Cyprianus cōtritos lacus fugere, nec de aqua aliena bibere. & idcirco hereticorꝝ baptisma reprobās, ad Stephanum tunc Ro. urbis episcopū, qui a beato Petro uigesimus sextus fuit. Super hoc Aphricanam synodum direxit. sed conatus eius frustra fuit. Sed & nunquam legisti Hipponēsem episcopum agnoscere Romanū pontificē celsiori residere fastigio? An nō inter quęstiones ueteris & noui testamēti Ro. ecclesiam caput esse fatet. Sed tu putas quū epistolam Siluestri ad Constantinum, dein uitā beati Siluestri etiam a Gelasio approbatam, ac alia in Saxonia non uideris mox tibi cedēdum, atq; credendum ueniat, in omni eo qđ asseris in hac re. Quare antiquiores historias cōsule, & iuenies ꝙ in concilio Chalcedonensi pręfuerunt Paschasius Lucensis episcopus Bonifacius pbyter. In sexta synodo fuerūt legati papę Theodorus & Gregorius presbyteri. In Ephesina synodo fuerūt a Leone destinati Iulius episcopus / Hilarius dyaconus / & Dulcicius notarius. Ad Sardiceñ concilium fuerunt per pont. Romanum missi Osius Corduben/Fortunatianus Aquilegieñ/& Vincentius de Capua. In octaua synodo, ut finē faciam, pro parte sedis apostolicæ Romanæ missus est Donatus episcop9 Ostieñ eps Stephanus Ephesinus eps, Marinus dyaconus. Et hi primi in omnibus erant. Inde dicitur oīa cōcilia per Ro. ecclesiæ auctoritatem accepisse robur. Sed quod de Aphricanis conciliis affers, mirum est te adeo incaute labi, qui non perpendas in Aphrica synodos fuisse particulares singulis annis ēē iuxta decreta patrum celebratas, ad quas Ro. pontificem mittere non erat necesse, maxime post statuta Niceni concilii. Sed & aliæ synodi siquid ordinarunt, ad pontificis Romani decretū ac approbationem statuerunt. Quare hic lato cœlo erras, qui libros historiarum ut uideo, legisti minime.

LVTHERVS



Go sane archiepō Panor. nō tā duro & fragoso plenoq; cōtētionis & tumore respōdissem sermone quo furor, & odiū suscitat, sed dixissem, sustine frater interim. res magna est, tua soli9 grā hoc tā subito cessare, ꝙ nos nō statuimus. Sic. n. pax & charitas aleret. At ista decretalis merā superbiā/& pfractā fiduciā spirat,


Tinam in plerisq; aliis uisitares speciem tuam, ac considerares illud Apollinis, qd' e coelo cecidisse Iuuenalis ait • et alterum Salomonem, imo Socratem alterum te iudicare uellemus, ac aurea piscatorum mensa te olim donare • Hic rem facis certe theologo dignã • Si ita te agnoueris, ueluti haec anima, quae est in canticis • Cubabis in meridie, pasces gregem dñi • Quod si nõ feceris, uagari incipies, post greges sodalium tuorum & tibi dicetur • Egredere & abi post uestigia gregum tuorum, & pasce hedos iuxta tabernacula pastorum • Scis aũt hedos, ut est apud Orig • in cãtica homel • 2 • esse inquietũ aial ac uagũ & peccatis deputatũ • Proin recte facis, q hic furorẽ tuũ agnoscis • Docuit haec te Paulus doctor gẽtiũ ac uas electiõis, sic scribẽs ad Ephe • Omnis amaritudo & furor/& ira/& clamor/& blasphemia auferat a uobis cũ oi malitia • Et in ps dicit • Quiesce ab ira & dimitte furorẽ • Qd' si iustã cãm doloris ea obtexeris excusatione, q in Ecclesiaste scriptũ sit, Melior est ira, q̃ risus, qa in moerore uult9 emẽdabit cor • & melius ẽ audire increpationẽ sapiẽtis sup uirũ audientẽ carmen stultorum, cõsiderare debebas qd in eodẽ capite magnus ille cõcionator habet • mox enim sic ait. Ne festines in spũ tuo, ut irascaris • Et antea dixerat • Melior ẽ patiens sup excelsum spiritu • Superius irã concesserat • hic patiẽtiã refrenat • Paulũ itaq; ad Colloceñ recte post se reliqsse credo, cũ ait, Deponite uos oẽm irã/& indignationem/& malitiã/& blasphemiã & turpẽ sermonẽ ex ore uestro • Et non est sine mysterio dictũ in ps Irascimini, & nolite peccare • Et nunq̃ excidendũ est illud Architae Tarẽtini, qd' & Hier • ad Saliuinã citat. Deniq; ad uillicũ negligẽtẽ Iã te uerberib9 euocassem, nisi iratus forẽ. Sed heu uitiis sine nemo nascit • Optimus est q minimis urget, uelut si egregio spectes ipsos corpe neruos •

Valerius Maxim•

Canticorum • i •

Origenes

Ad Ephesios • iiii •

Ecclesiastes • vii •

Hieron • ad Saliui • de uiduita • seruañ

Lactantius de ira dei

Horatius

LVTHERVS


Vnt praeter hanc & aliae quaedã psertim illa de maior • & obe • c • Solitae, adeo sine theologia, ut me misereat ecclesię illius tantum traditionibus hominum occupatę, ut purissimum sensum euangelii uidere nõ permittat • Sed abstineo hoc tempore • Sat habes ostendisse cur ego me sufficienter honorasse uideat Ro • pontificem, si eius decreta tolero, non aũt cõsensum tanq̃ solũ & uerũ secutus fuero, ne forte si plurib9 ea

examinē, existimet studio delectatiōis tāti uerticis dicta carpsisse. Nolo eam damnari. nolo etiam eis cogi cōtra scripturę ueritatem.

FABER



N hoc capite displicuit, ut uidi, q ecclesiasticę dignitati tantum honoris ac laudis tribuitur, hanc rem imo sacerdotalis ordinis dignitatem ex Chrysost. & Ambro. satis superq; uindicatam credo. Sed adhuc audi duas historias. Valentinianus dum initio regni de urbe Constantinopolitana per Thracias properaret ad Romam, tunc epi Hellesponti Bythinię, & quicūq; consubstantialem patrem/ac filium pdicabāt, legatū miserunt Hypatianum Heracliæ Perinchii præsulem, quatenus dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. Is quum audisset imperatorem/& episcopoꝝ legationē intimasse, respondēs Valētinianus ait. Mihi quidem cū minimus de populo sim, fas nō est talia perscrutari. Verum sacerdotes quibus hæc cura est, apud semetipsos congregentur ubicūq; uoluerint. Quumq; hæc ita respondisset princeps, in Lampsacum cōuenerūt epi. hęc Sozomenus. Iam secundam historiam audi. Scis in Thessalonica ciuitate grādi Theodosium imperatorem tanta percitum ira, ut ob rem paruam occidi fecerit septem millia hominū. Cladem hanc magnā audiuit Ambro. Vnde cū Theodosius Mediolanum uenisset, per pontificē prohibetur a templo, & sermone satis acri corripitur. ad pœnitētiā uocatur. Et longa est illius pœnitentiæ historia. Siquidem pronus in pauimento iacebat, manibus capillos euulsit, lacrimarum guttis terrā aspersit. nec tñ ad sacerdotū interiora recipitur. Et inique non tulit, quādo audiuit purpuram imperatores non sacerdotes facere. Is magnus imperator Constantinopolim rediens, Nectareo epo Constātinopolitano præsuli sic inter cætera dixit. Vix potui discere quæ differētia sit inter imperatorē & sacerdotē. uix ueritatis inueni magistrū. hoc magnū Theodosii uerbū, Valentinianiq; respōsum imo sacerdotale culmen & q̄ celso fastigio residerent sacerdotes, si tu (quod te maxime decebat) paulo intimius considerares, imo tractares honestius, nō esset, quo. c. Solitę tñ horreres, exploderes, & demū nos sacerdotes qbusuis canibus uiliores redderes. Sed timeo in te olim hęc faba cudat. Vbi didicisti q nos idololatras sacerdotes Bethauen & aliis horrendis ac inuidiosis nominibus appellas?

Theodosius septē millia hominum occidi iussit

Nectareus Constantinopolitanus episcopus

Sed non iccirco frater relinquēda est nobis ecclesiastica disciplina,
aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam conuitiis infestamur/
aut terroribus quatimur, cum occurrat & scriptura diuina dicens. Esaiæ.v.
Ille uero qui psumit/& contumax est, uir sui iactans, nihil omnino Abacuc.ii.
proficiet, qui dilatauit tanq̄ infetus animam suā. Et iterum. Verba .i. Macha.ii.
uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit/& in
uermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniā cōuersus
est in terram suam, & cogitatio eius peribit. Et iterum. Vidi impiū
exaltatum, & extolli super cedros Libani, & trāsiui. & ecce nō erat, Psalmo.xxxvi.
& quęsiui eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio, & inflatio
& arrogans/& superba iactatio non de Christi magisterio, qui hu-
militatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat p
prophetam dn̄s, & dicit. Tu autem dixisti in animo tuo, In cœlum
ascendam. super stellas dei ponam sedem meam. sedebo in monte Esaiæ.xiiii.
alto super montes altos. In aquilonē ascendā super nubes, & similis
ero altissimo. Et addit dicens. Tu uero ad inferos descendes in fun-
damenta terre. & qui uidebunt te, super te mirabuntur. Vnde &
parem talibus pœnam scriptura diuina loco alio cōminatꝰ, & dicit.
Dies enim dn̄i sabaoth super omnem iniuriosum/& superbum, & Esaiæ.ii.
super omnem elatū & excelsum. De ore itaq; & de uerbis suis unus-
quisq; statim proditur, & utrum Christum in corde suo, an uero
Antichristum habeat, loquendo detegitur. secundum qd' dominus
in euangelio suo ait. Progenies uiperarum quomodo potestis bona
loqui, cum sitis nequam? De abundantia enim cordis os emittit. Math.iii.
Bonus homo de bono thesauro emittit bonum, & nequam homo
de nequam thesauro emittit nequam. Vnde & diues ille peccator, Lucæ.vi.
qui de Lazaro in sinu Abraę posito atq; in refrigerio constituto, im- Idem.xvi.
plorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flāmæ cremantis
ardoribus adurat̄, inter oēs corporis partes magis os eius & lingua
dat pœnas, quia scilicet lingua sua & ore peccauerat. Nam quum
scriptum sit, Neq; maledici regnum dei consequentur. Et iterum in
euāgelio suo dn̄s dicit. Qui dixerit fratri suo fatue, qui dixerit racha
reus erit gehennæ ignis. Quomodo possunt censuram dei ultoris Math.xi.v.
euadere, qui talia ingerunt nō solum fratribus sed & sacerdotibus,
quibus honor tantus de dei dignatione conceditꝰ, ut quisquis sacer-
doti eius & ad tēpus hic iudicanti nō obtēperaret, statim necaret̄? Deuter.xvii.
In Deuteronomio dominus deus loquitur dicēs. Et homo quęcūq;

fecerit in superbia, ut nõ exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicũq; fuerit, in diebus illis morietᷣ homo ille, & oĩs populus, cum aduertit timebit, & non aget impie etiam nunc. Item ad Samuelem cum a Iudæis sperneretᷣ, deus dicit. Non te spreuerunt, sed me spreuerũt. Et dominus quoq; in euangelio. Qui audit, inquit, uos, me audit, & eum, qui me misit. & qui reiicit uos, reiicit eum, qui me misit. Et cũ leprosum mundasset, uade, inquit, & demonstra te sacerdoti. Et cũ postea tempore passionis alapam accepisset a seruo sacerdotis, cũq; ei dixisset, Sic respondes pontifici? Aduersus pontificem dominus cõtumeliose nihil dixit, nec quicq̃ de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiã suã magis asserens & ostendẽs, Si male, inquit locutus, sum, exprobra de malo. si aũt bene, quid me cædis? Item in actibus apostolorum. Postmodum beatus Paulus cum ei dictum esset. Sic insimulas in sacerdotem dei maledicendo? quamuis domino iam crucifixo sacrilegi/& impii/ac cruenti illi cepissent, nec iam quicq̃ de sacerdotali honore/& auctoritate retinerent. tamen ipsum inane nomen & umbrã quandam sacerdotis cogitans, expauit. Nesciebã fratres inquit, quia põtifex est. Scriptum est enim. Principi plebis tuæ non maledices, cum hæc tanta ac talia & multa alia exempla ꝓcedãt, q̃bus sacerdotalis auctoritas/& potestas diuina dignatione firmetᷣ, quales putas esse eos, qui sacerdotũ hostes/& contra ecclesiã catholicã rebelles, nec ꝓmonentis domini cõminatione, nec futuri iudicii ultione terrentᷣ. Neq; aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, q̃ q; sacerdotibus dei non obtemperatur.

(I. Regum. viii.) (Lucæ. x.) (Matthæi. viii.) (Ioannis. xviii.) (Actuum. xxiii.)

LVTHERVS



D tertium. Ad rationes ubi illud primum tractandũ q; decreta quibus primatus ecclesiæ Romanæ probari a me dicitᷣ, dixi intra quadringẽtos annos nata, & cõtra hoc esse historias mille centum annorum.

FABER



Iror te tantæ lectionis imo tanti ingenii uirum nõ plurimum uereri, ut asseras intra quadringentos annos in primis Ro. ecclesiã primã esse natam. Dic mihi quæso ubi sint illi

canones, ubi illa decreta, q̃bus primatus ecclesię Ro. in primis post totidem annos fundatur? Non legisti in uita Simplicii pontificis, qui uixit circiter annum domini. 471. Platinam in hæc uerba scribentem. Romanam sedem esse primã omnium ecclesiarum declarant Achatii epi Cõstãtinopolitani, & Timothei uiri doctissimi scripta, quibus rogatur Simplicius pontifex max. ut Petrum Alexandrinũ episcopum Euthicetes imitatorem hæreseos damnet. Qđ etiã factũ est hac conditione, tamen ut poenitenti tempus adscriberet, in Constantinopolitano concilio, qđ celebratũ est sub Theodosio piissimo imperatore, quo beatus Nectareus episcopus est ordinatus, cẽtum & quinquaginta patres conuenerunt, & canones aliquot statuerũt, ubi in canone mihi in ordine secundo ita scriptum inuenio. Constantinopolitanus eps habeat honoris primatum post Romanum episcopum, propterea q̃ urbs ipsa sit iunior Roma. Et Sozomenus ita scribit, Athanasius relinquẽs Alexandriam, Romam profectus est. Contigit aũt eodem tempore etiã Paulum Constãtinopolitanũ pontificem illic una concurrere, & Marcellum Ancyræ, Asclepiũq; Gasæ, qui dum Arrianis esset aduersus inscriptionem, passus ab his quasi subuertisset altare, damnatus est, pro quo Gazearum ecclesia Quintiano cõmittitur. Lucianus autem Adriopolitis episcopus ob aliam accusationem ecclesia sua priuatus degebat in urbe Roma. Cognoscẽs ergo Ro. episcopus crimina singulorum, & omnes Niceno concilio concordare, comperiens eos, in cõionem suscepit, tanq̃ oim curam gerens, propter sedis proprię dignitatem, singulisq; reddidit suas ecclesias, & oriẽtalibus scripsit episcopis, culpãs quia nõ recte tractassent uiros inculpabiles de suis ecclesiis expellentes, & constituta Niceni concilii minime conseruarint, quorum paucos ad certam diem sibimet adesse pręcepit, ut coram eis ostenderet se iustũ super eos protulisse decretum, quod de cætero non se passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Sed mihi responde, quando credis Sardicense celebratum esse concilium? in quo fuerũt multi episcopi diuersarum prouinciarum ac ciuitatũ, in quo fuit Osius Cordubẽs, Gaudẽtius, ac alii. Nunqđ nõ ter aut quater Iulium Ro. epm tanq̃ superiorem recognouerunt? En ita statuerũt in tertio canone. Si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua cã, & putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renouetur, si uobis placet, sancti apostoli memoriam honoremus, ut scribatur

Platina

Constantinopolitanum cõciliũ qñ

Secundus canon

Sozomenus
Athanasius

Sardicẽs concilii tertius canon

ab iis, qui causam examinauerunt Iulio Romano epo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autē probauerit talem causam esse ut non refricentur ea, quæ acta sunt, quæ decreuerit, confirmata erunt, si hoc omnibus placet synodus respondit, Placet. Iam ad antiquiora tempora uenio, & maxime illius sanctissimi Niceni concilii. Anteq̄ tamē rem illam aggrediar, id præmittendum puto, qđ scripsit Hincmatus Remoꝝ archieps, q̄ in hoc Niceno concilio fuerint uiginti capitula potissime statuta ac confirmata. reliqua uero eiusdem cōcilii capita fuerint per Osiū Cordubeñ epm ex Romanis legibus mutuata. Ea in pdicta synodo recitata quidē fuisse ait, sed a sāctis patribus in hac Nicea Bythiniæ urbe congregatis. quanq̄ audita fuerint, non tamen æque cum aliis accepta. Postea uero sedis apostolicæ legati in supradicto Sardiceñ concilio recitata confirmauerūt. Inde factum est ut quidā dixerint septuaginta capitula esse Niceni concilii, quidam uiginti. Ego uero

Ruffinus satis mirari non possum in hac re quid mouerit Ruffinum, q̄ is in epitome sua posuerit illius Niceni cōcilii dumtaxat uiginti capita, quum tamen in gestis antiquis cōpertissimum sit ... receptum fere ab omnibus fuisse uigintiseptem. Vnde post hæc uigintiseptem, ut in libris septingentorum libroꝝ inuenitur, mox adiiciuntur ea quæ legit Osius Cordubeñ ac Ianuarius Beneuentanus. Ita & Niceni & Sardicensis concilioꝝ patribus in Sardice cōgregatis sit ea cōnexio ut mox post Niceni concilii uicesimū septimum canonem reponatur uicesimus octauus canon, qui alioquin in Sardiceñ cōcilio primus esset. Et hoc est qđ Iulius ante mille ac ducentos annos scripsit ad Eusebium/Theogonium/Theodorū/Berinthum/ac cæteros orientales episcopos, plura q̄ uiginti cōmemorando statuta/siue capitula quoꝝ mentionē facit memoratus ille Hincmatus Remoꝝ archieps & doctor egregius. Sed quantū in p̄sentiaꝝ satis fuerit in ecclesiastica historia p sexto canone Niceni cōcilii ita scriptū esse reperio, ut apud Alexandriā/uel in urbe Roma uetusta consuetudo seruetur, ut uel ille Aegypti, uel hic suburbanarum ecclesiaꝝ sollicitudinem gerat. In aliis uetustissimis duobus quidē libris scriptum inuenio pro sexto canone in hæc uerba. Antiqua consuetudo seruetur per Aegyptum/Libyam/& Pentapolim, ita ut Alexandrinus eps harū omnium habeat potestatem, quia & urbis Romæ epo parilis mos est. Sed in tribus libris longe antiquioribus, quibus Niceni cōcilii

gesta plenius scripta inuenio ꝑ decimo canone in hæc uerba dicit. Ecclesia Romana semper in omnibus habuit primatum. Teneat autem Aegyptus Libyæ/& Pentapolis, ita ut episcopus Alexādriæ harum omniū habeat potestatem. quoniam & Romano episcopo hæc est consuetudo. Tu iam uide Luthere quid dicas. Accipe ecclesiasticæ historiæ sextum uel alium canonem Niceni concilii, & te non recte sentire, clamabunt omnes. Vis ut ea cōfirmem? Tempus igitur sequens & præcedens tibi in mentem reuoco. In Sardicensi concilio, quod mox post Nicenum concilium habitum est, pro tricesimoprimo canone pulchre positū est, ꝙ depositus episcopus pōt ad urbem Romanam appellare, & ꝙ episcopus Romanus possit mittere presbyterū uti legatū, qui etiā episcopi causam examinet. Et in eiusdem concilii. 37. canone statutum est, qūo grauati possunt ad episcopum abire Romanum. Sed forsan tempus expectas, qđ fuit ante Nicenum concilium. dabo hoc, nec tibi negabo. Attamen oportet ut tibi toti9 orbis christiani ecclesias in duas partes ordinē. Sunt itaq; aliquæ oriētales/& quædā occidētales. De occidētalibus cū ad Aphricā/& Europā uenero, tibi mōstrabo semper ecclesiam Romanam aphricanis & occidētalib9 fuisse superiorem. Ea forsan hucusq; cogitare noluisti. Iam de Orietalibus dicā. Scis circa annū domini. 318. propter Arrium ꝑsbyterum Alexandrinum in Nicea Bythiniæ urbe præsente Constantino. 318. patres ab orientali/& occidentali parte congregatos. Congregati autem sunt per Cōstantinū imperatorem. tamen sollicitante Siluestro Romano episcopo, imo in primis Siluestro consentiente. Ita pulchre testatur epistola, quā scripsit Constantinus ad episcopū Constātinopolitanum. Et postq̄ hæc magna fides homousiana lecta fuit, primo omnium ita subscriptum inuenio. Victor & Vicentinus presbyteri Romani pro uenerabili uiro papa & episcopo nostro Siluestro subscripsimus, ita credentes, ut subscriptum est. Sequuntur post hos multorum nomina episcoporum, & maxime orientalium (Apud occidentales etenim hæc hæresis Arriana nondum adeo diuulgata erat) Et licet hęc nō paruam Ro. sedi tribuant auctoritatem, tamen ad uetustiorem historiam uenio. Scis quid de Victore decimoquinto Romanę urbis episcopo Eleutherii successore scribant historiæ? Dicunt nonnulli Victorem papā propter Pascæ celebrationē excōmunicare uoluisse episcopos in Asia residentes. Tradunt aliquæ, sicut est in tripartita

Canon Niceni cōcilii ꝑ ecclesiæ Ro. primatu

Tricesimus primꝰ canon Sardicēsis concilii

Canon pręfati cōcilii tricesimus septimus

Quando hæresis Arriana ortū habere cœperit

Constantinus Siluester

Victor

historia. Et forsan uerius hæc fecisse Victorē, propterea ab Hireneo
Hireneus Lugdunensis
Lugduneñ episcopo Victore scriptū. Vnde Hiero. in uita Hirenei
sic habet. Feruntur alię ad Victorem ep̄m Romanum de quęstione
pascæ epistolę, in quibus cōmonet eum non facile debere unitatem
collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiæ/& Orientis ep̄os
qui decimaquarta luna cum Iudęis pascha celebrabant, damnādos
crediderat. in qua sententia ii, qui discrepabant ab illis, Victori nō
dederunt manus. hęc Hieronymus. Sed quid dices ad hæc, Victor
ille uixit sub tempore Seueri, ut Hiero. habet, imo sub tēpore Helii
Tēpora Victoris Ro. pontificis
Pertinacis. 19. imperatoris. & in pōtificem electus est anno dn̄i. 191.
& longe hoc est cētum annos ante Nicenum concilium. tamen, ut
audis, quosdā orientales excōicauit episcopos. Vide ad hæc cādide
lector tripartitam historiam lib. 9. c. 38. Et re uera, nisi peruersissime
errem, si nō ex ap̄lica scriptura/ac ex ecclesiastico ordine Victor sci-
uisset aliquam sibi potestatem in reliquos esse contraditam, nunq̄
episcopos in Asia excōmunicasset, aut saltem a cōmunione fideliū
excludere tentasset. An putas q̄ ignorauerit Egesippū sub Aniceto
Egesippus
.XII. Ro. pōtifice uenisse Romam, ac illic perstitisse, quoad fuerit
mortu9 Sother. 13. Et electus Eleutherius. 14. Et lȝ multa tētata fue
Sother
Eleutherius
rint, at Victor illis cedere nolebat. An putas q̄ ignorauerit Victor
quę contra illum scripserit Polycrates Ephesiorꝫ ep̄s: cuius epistolę
synodicę copiā nobis fecit Hiero. At Victor adhuc cedere nolebat/
Polycrates
imo contra quartodecumanos agens in Asia censurarum fulmina
parauit. Et licet ex illis satis superq; probatum existimem ecclesiā
Romanam longe ante quadringentos annos habuisse primatum,
tamen ut tua etiam altera manu confundam, en hic contra te duos
potentissimos testes citabo serenissimos quidem imperatores, Iusti
nianum uidelicet & Carolum Magnum. Iustinianus talem legem
promulgauit. Sancimus iuxta sanctarum synodorū constitutiones
sanctiss. antiquioris Romæ papam primum esse omniū sacerdotū.
Iustinianus
Beatissimum uero ep̄m Constantinopoleos nouæ Romæ secūdum
Carolus Magnus in lib. cōtra eos q tollunt imagines .c. vi.
ordinem habere debere. Iam Carolum Magnum audi in primo li.
quo agit contra eos, qui sacras iconas tollere/ac aspernari uolebant,
is in capite sexto quando probat q̄ sancta Romana/catholica/&
apostolica ecclesia cæteris ecclesiis prælata pro causis fidei, quum
quæstio surgit, oīno sit consulēda, sic ait. In canonicis aūt scripturis
ecclesiarꝫ catholicarꝫ q̄plurimū auctoritatem sequatur. inter quas

sane illæ sint, quę ap̃licas sedes habere & ep̃las accipere meruerunt. Nam quum his cunctis per orbem constitutis sedibus apostolica generaliter præferatur sedes, multo magis illa omnibus præferẽda est, quæ & iam cæteris apostolicis prælata est. Sicut igitur cæteris discipulis apostoli, & apostolis omnibus Petrus eminet, ita nimirũ cæteris sedibus apostolicæ/& apostolicis Romana eminere dignoscitur. Hæc enim nullis synodicis constitutis cæteris ecclesiis p̃lata est, sed ipsius dñi auctoritate primatũ tenet, dicentis, Tu es Petrus & super hanc petram &c. Et iterũ idem in officiorũ celebratione uenerandæ memorię genitoris nostri illustrissimi atq; excellentissimi uiri Pipini regis cura/& industria siue aduentu in Gallias reuerendissimi & sanctissimi uiri Stephani Romanæ urbis antistitis est ei etiam in psallendi ordine copulata, & ut non esset dispar ordo psallendi, quibus erat compar ardor credẽdi. Et quæ unitę erant unius sanctæ legis sacra lectione, essent & iam unitæ unius modolaminis ueneranda traditione. Nec seiungeret officiorum uaria celebratio, quas coniũxerat unicæ fidei pia deuotio. Quodquidẽ & nos cõlato a nobis a deo Italiæ regno fecimus sanctæ Ro. ecclesiæ fastigium sublimare cupientes, & reuerendissimi papæ Adriani salutaribus exhortationibus parere nitẽtes. & scilicet ut plures illius partis ecclesiæ, quæ quondã apostolicæ sedis traditionẽ in psallendo suscipere recusabant, nunc eam cum omni diligentia amplectantur, & cui adhæserant fidei munere, adhæreant quoq; psallẽdi ordine. Qđ non solum omnium Galliarũ prouinciæ & Germania / siue Italia. Sed & iam Saxones/& quædam Aquilonalis plagæ gẽtes per nos deo annuente, ad ueræ fidei rudimenta conuersæ, facere noscunť. Et ita beati Petri sedem in omnibus sequi curãt, sicut illo peruenire quo ille clauicularius extat, desyderant. ad quam beatitudinem per uenire, & in sanctæ ecclesiæ consortio & unione ille nos faciat perseuerare, qui ecclesiam suam in Petro dignatus est fundare. & ipso interueniente, cuius cathedræ sumus sequaces regni cœlorũ, cuius ille clauiger factus est, mereamur effici cõpotes. Habes hic duos potentissimos testes contra te, quasi armata manu progredientes. Iam quid dicent olim Saxones ab idololatria etiam ad ueræ fidei unitatem sub Carolo conuersi. Vbi te intellexerint ad id sudare, moliri quoq; ut sub nostro Carolo omnium maximo illos ab unitate ecclesiæ post septingentos annos abscindas.

LVTHERVS



PRimo sciebam hæc offensura & manifestissime omniū falsa uideri omnibus. Certum est enim esse decretis Romanorū pontificum ante mille annos certatum pro hoc primatu.

FABER



NIhil,uel parum refert pro primatu certatum esse.Neque nisi nos historiæ fallant, fuere multa bella iniusta. Ita Chore cum suis complicibus surrexit aduersus Mosen. Sic Absolon contra Dauid currus/& equites instruxit. Sic Philistini contra Israelitas iniuste bellarunt. Omitto de bello Ammon/& Iephte Iudicū.11.Et qđ maius est,Iosias in Hierusalem regnauit triginta& uno annis,fecitq; qđ erat rectū in cōspectu dñi, & ambulauit in uiis Dauid pr̄is sui. nō declinauit neq; ad dexterā neq; ad sinistram,sicut est.2.Paralipo.34. Tamen egrediens contra Pharaonem regem Aegypti,qui ꝙ claudicaret,Nechao dicebatur, unde iudicio dei uulneratus a sagitta demum interiit.Sic & de illa contentione,licet aliqui pro primatu pugnarint, tamen bellū fuit iniustum. Quare considerare debebas,ꝙ uerissime scriptum est,ac a mille annis receptum,ꝙ prima sedes est Romana.Hanc apostoli Petrus atq; Paulus suo martyrio consecrarunt.An tibi iustū uidet ꝙ Alexandrina sedes primatum habeat?An dices Petrum Marco, uel Marcum Petro fuisse maiorē?Tu asseris Petrum nullum discipulorum misisse.Ego autem cōtrariū modis omnibus dico. Petrus enim Marcum ad Alexandriā misit.An putas ꝙ p̄ceptor discipulo in Aegypto residenti primatum dare uoluerit? Qui tamen Romā uenit,& illic.25.annis p̄sedit/ac felici martyrio uitā clausit. Vnde Victor ille doctissimus Antiochiæ presbyter superMarcū sanctissime scribens,sic exorditur, ubi in principio uitam Marci describit, fuit Romæ cum Petro,sicut in prima eius epistola scribens ait. Salutat uos ecclesia,quæ est in Babylone collecta,& Marcus filius meus.Clemens sexto informationū lib.hūc librū Marci euāgelistę cōmēdat,cui attestat Ieropolites episcopus nomine Papias.Romæ uero Petrus creauit eum epm̄,& in Aegyptum transmisit.ibi ecclīā

Numeri.xvi. .ii.Regum.xv.

Victor presbyter Antiochiæ super Marcū euāgelistā

Alexandriæ confirmauit • hæc Victor ille omnium doctissimus • Sed forte Hierosolymitanam putas• Nescis aũt ꝙ Iacobus a Petro Iacobo/& Ioanne fuerit Hierosolymorum episcopus ordinatus, ita ut hic Petrus primus tanquam caput nominetur•Sed ecclesię Hierosolymitanę primatum dare nõ potes alium,nisi cuiusdã honoris• Et ita statuerunt sanctissimi patres in tam sancto Niceno concilio, sicut etiam in ecclesiastica habes historia• Et forte nõ sine causa diu Hierosolymitana nõ meruit obtinere,ꝙ patriarcham haberet• Sed & tu dicas unde Valerius Eucharius Maternus/ac alii in Germaniam uenerunt? Aut quis cõuertit Nemetes/Treuerẽses/& cæteras Germaniæ prouincias? Putas omnes tam sero ad fidem conuersi fuerint,sicuti boni illi tui Saxones? quos iam ante diem a syncera religione auertere conaris• Ad Ephesinam uenio sedem, ubi p̃sedit sanctus Ioannes euãgelista• Quanquam hic uixerit usq; ad tẽpora Traiani,ac omnes Asiæ fundarit/ac rexerit ecclesias, teste Hieron• & in primis mortuus fuerit in Epheso sexagesimooctauo anno post passionem domini, tamen suæ Ephesinæ ecclesiæ primatum nunq̃ uendicauit• Omitto quæ tibi de Egesippo Asiano obiicere possem• Sed forsan Antiochenã putas ecclesiam• Dic mihi cuiꝰ auctoritate hoc asserere/aut dicere uelles? An non iustius Petrus in urbe,quæ orbis domina fuit, cathedram post totidem annos elegit, q̃ Antiochiæ / cui præfuit annos septem apostolus? Sed forsan omnes Orientales putas • Et hic scopum quæris ꝙ Orientales ecclesiæ Romanum pontificem agnoscere recusarint • Hic tibi dabo quod sub hac Arriana factione nonnulli fuerint,qui Romanum pontificem agnoscere noluerant• Vnde & Oriẽtales per ironiam Iulio propter Athanasium respondisse leguntur•pręter hunc nullum mihi monstrabis locum•Ego uero dum ita dabitur,solidis historiarũ locis tibi probabo Romanũ pontificem Orientales excommunicasse,deposuisse, normamq; uiuendi ac sanctiones illis communicasse•Qd'ꝙ fuerit illorum iudex,& ab orientalibus ad Romanam sedem fuerit appellatum • Tamen ut priora nostra plenius confirmem, adduco tibi Hugonem Etherianum Græcum, qui tempore Manuelis imperatoris Cõstãtinopolitani tres libros in Latinorum sententiam scripsit de processione spiritus sancti, ubi inter cætera Petrum Coripheum apostolorum fuisse,ac Romanæ sedis primatum probare uolens, sic ait•Quibus ex rebus liquido claret,ꝙ Petrum eiusq; suc-

Hieronymus

Hugo Ethereanus de processione sp̃i ritus sancti

cessorem principem Christus & caput nõ modo Latinorum/Grę corum/Occidentis/ac septentrionis uniuersi, uerum Armeniorum Arabum/ Iudæorum / Madianitarum / Amalechitarum / & totius Orientis,& Meridiani climatis in perpetuum constituit. Ob quã rem occidui solis limites uniuersi Petri successorem extunc sibi dominum recognoscunt,& sub illo præsule diriguntur.quod omnem ab utero matris errantem facere oportunum est. Petrus enim magnus Christi apostolus in omnibus fere ciuitatibus Syriæ/Cappadociæ/Phrygiæ/Macedoniæ/Ellades/Epyri/Siciliæ/Italiæ/ Galliæ Hispaniæ/ac extremitatum episcopos ordinauit. Etenim Iacobus eius fauore Hierosolymorum thronum tenuit. Dein Enodium Antiochiæ, Tharsi Vrbanum, Epaphroditum Lyciæ, Figellum Ephesi, Smyrnæ Apellem, apud Philippis Olympam, Thessalonicæ Iasonem, Silam Corinthii, Patras Erodiana, Tauromenii Magnum ordinauit. Amplius autem in Niceæ / Nicomediæ / ac Thraciæ partibus / atq; occidentalium regionum similem apparatus est ordinem, & eadem factum iri suis successoribus commédauit. An non demum resipisces Luthere, qui toties tibi demonstro Petri/ac Illius ecclesiæ primatum? An hic inuenies non plures q̃ quadringentos annos? Prohibe ergo linguam tuam a malo,& fac bonitatem, inquire pacem,& persequere eam.

LVTHERVS



Go autem hoc expectaui q͏ Romana ecclesia nunquã fuit, nec est, nec erit unquã sup oẽs totius orbis ecclẽas licet super plurimas sit. Nec enim unquam super Græciæ/Aphricæ / Asiæ ecclesias, nec eorum episcopos confirmauit, sicut modo nostros confirmat, ut satis probant historiæ. Deinde sunt sine dubio Christiani in Oriente, cum Christi regnũ sit orbis terrarum, iuxta psalmum secundũ,& tamen episcopi eoꝶ non constituuntur e Roma. nec est necessarium.

Certe siquis Andabatarum more tecum pugnaret, nunq̃ sentiret/nec uideret quantum hic erres. Tu hic credis & asseris ecclesiam Romanam nunquam fuisse super Asiæ/Græciæ/& Aphricę ecclesias. Qđ ad Aphricanas attinet ecclesias, ante reliqua uidere necesse est. Primo itaq; omniũ nihil ex me, sed antiquissima scriptura quędã in cõtrariũ dicã. Scis Innocentium primũ Ro. fuisse pontificem, & ut historiæ tradunt, quadragesimũsecundum. Is ante mille & centum annos ita scribit ad Decentium Egubinum episcopũ, Quis nesciat aut non aduertat id quod a principe apostolorũ Petro, Romanę ecclesię traditum est, ac nũc usq; custoditur ab omnibus debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habet, aut aliunde accipere uideatur exemplũ? præsertim cum sit manifestum in oẽm Italiam/Galliam/Hispaniam/Aphricam/atq; Siciliam/uel insulas interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi uel eos quos uenerabilis episcopus Petrus/aut eius successores constituerũt sacerdotes, aut legant si in his prouinciis alius apostolorũ inuenit̃, aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nunquam inueniunt, oportet eos hoc sequi, quod Romana ecclesia custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus studẽt, caput institutorum uideantur omittere. hæc Innocentius. Vides ergo modo quam incaute dixeris Romanam ecclesiam nunquam super Aphricę fuisse ecclesias. Et tempore Cypriani nonne Basilides Aphricanus per Romanum pontificem se restitui laborauit. Sed iterum responde, quid hoc sibi uult quod scribitur ad Innocẽtium papam urbis Romæ, quomodo patres in concilio Carthaginensi congregati nihil diffinire uoluerunt (quamquam permissione Niceni concilii id facere potuissent) nisi rem totam significarent Innocentio. Eapropter & pulcherrimam epistolam illi scripserunt. cuius epistolæ exordium est. Domino beatissimo & honoratissimo sancto fratri Innocentio papæ. Et finis est, Ora pro nobis domine beatissime papa. In eadem epistola sic scribunt. Pelagius ep̃alibus gestis, quę in oriẽte cõfecta dicunt̃, ẽt si tuæ uenerationi iuste uisus fuerit absolutus, Error tñ ipse impietas quædam multos adsertores

De Andabatis

Innocentius

Ex concilio Carthaginensi

habet per diuersa dispersos, etiã auctoritate apostolica anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua,& pastoralibus nobis cõpatiatur uisceribus. Vides iterum primatum pontificis Romani inter Aphricanos episcopos. Iam nulla uel locorum/uel tẽporum habita

Platina ĩ vita Iulii

ratione tibi nonnulla referam, quæ sub diuersis Ro. pontificibus erga Grecię/Asię/& Aphricę ecclesias facta fuerũt. Iulius ante .1100. Orientales reprehendit episcopos, maxime uero Arrianos, ꝙ sine

li.iiii.ecclesiasticæ historiæ

iussu Romani pontificis Antiochiæ concilium indixerant, quum id sine eius auctoritate fieri non possit, eo ꝙ Romana eccl'ia cęteris

Platina in vita Zosimi

præesset. Vnde Zosimus ad Carthaginense concilium Faustinum episcopum/duosq́ urbis Romæ presbyteros misit, ut ostẽderet nil unquam publice agi debere sine consensu Romanæ ecclesiæ. Erat

Platina in vita Vigilii

tẽpore Vigilii circiter annum domini. 503. Cõstantinopolitanus quidã Antonius tñ hæreticus, quẽ Theodora Augusta oino restitui uoluit, ad id quoq; Vigilium cogere nitebatur. sed Vigilius facere recusauit. immo quanquam cæsus misere fuerit/ac inhumanissime tractatus, anteq̃ id faceret, mori elegit. Habet Eusebius de Dionysio

Eusebius lib.iiii.c.xxiii.

episcopo Corinthiorum, quomodo Sotheris episcopi Romani ac aliorum statuta libenter custodire/& amplecti uelit. Et certe tradũt historiæ Niceni concilii patres nihil cõcludere uoluisse, nisi id Siluestro ep̃o urbis Romæ placeret. In eo quoq; Niceno concilio fuerũt Orosius Cordubensis episcopus Hispaniæ/ac Victor/& Vincentius presbyteri urbis Romæ, sicut in alio loco tibi recensui. Et notissima est

Liberius papa

epistola, quam Liberius ante .1100. annos scripsit Orientalibus orthodoxis episcopis, quæ non parum auctoritati præbet Romano pontifici. Nec parua res est, ꝙ in quibusdam conciliis celebratis,& maxime in his ubi statutorum recepta est auctoritas, semper p̃sederũt ep̃i Romani, aut illius legati. Vnde in Calcedonẽ cõcilio p̃sederũt loco pontificis Romani Paschasius/& Lucẽsis ep̃i/Bonifacius presbyter. In concilio Ephesino Iulius ep̃s/Hilarius dyaconus/& Dulcicius notarius. In Sardiceñ Osius Cordubeñ/Fortunatianus Aquilegiensis/& Vincentius de capua. Et Sozomenus pulchre tradit,

Sozomenus

quare in Antiochena synodo propter senectutem absfuerit Iulius Romanus episcopus, tamen pro eo præsentes fuerint Vitus/& Vincentius presbyteri eiusdem ecclesiæ. Nec hic dicam quæ Socrates habet, quando scribit de Sardicensi concilio. De Cœlestino quid dicam? Certum est hunc Ephesinæ præfuisse synodo. Sed

Socrates Cœlestinus

& in hac magna congregatione Calcedonensi tempore sanctissimi Leonis episcopi in haec uerba subscriptionem inuenio. Paschasinus eps uicarius dñi mei beatissim/iatq; apostolicae uniuersalis ecclesiae papę urbis Romę Leonis synodo psidēs statui/cōsensi/& subscripsi. Lucēsis eps ciuitatis ecclesię Austulanę uicarius dñi mei beatissimi apostolici uiri uicarii uniuersalis ecclesię papę urbis Romę Leonis in synodo graece lecta subscripsi. In Carthaginēsi concilio sub gloriosissimis Honorio/& Theodosio congregati fuerunt. 217. episcopi ubi Faustinus eps plebis Potētianę prouinciae/Italiae/Piceni legatū egit ecclię Ro. Quid egerit, qd quoq; obtinuerit, infra mōstrabim9. Theodericus Damasum urbis Ro. epm laude dignum uirū mirabilem semper ornatum adserit. Is certa anathematis capita emisit, quo Sabellianos/Arrianos/Eunomianos/& Macedonianos anathēmatis uinculo subiecit. Et ut ita sciret Paulinus eps in Macedonia Thessalonicae idē Dam. oio uoluit/atq; pcepit. Sed & in. p. li. tripartitae historiae. c. 15. pulcherrima est epla eiusdē Damasi, quā scripsit ad Orientis epos, qua omnino uult ut Timotheū Apollinaris haeretici discipulum ex iudicio sedis apostolicae, psente Petro Alexandrinae ciuitatis epo dānatum, habeāt, nec rursus causam dānationis quaerant. In hac etiam epistola Orientis episcopos filios uocat. Ex his & plerisq; aliis, quae tamen paulo profusius infra tractabimus, obiter id dictū esse uolo, q; longe ante mille annos pōtifex ille Ro. fuerit super Aphricae / Asiae / Graeciaeq; episcopos. Addo q; semper maior fuit ecclesię Ro. auctoritas, q̄ quarūcūq; aliarum ecclesiarum. quod eo maxime probat q; in hac tam grandi materia de rebaptizandis haereticis Asiani & Aphricani cesserunt opinioni atq; sententiae Ro. pōtificis. Ita scribit Dionysius ad Stephanum epm Ro. Omitto hic quae cōtigere sub Adriano secundo, cuius sentētiae subscripsit octaua synodus Constātinopolitana sub Basilio imperatore & Constantino. Sed adhuc illa adiicio, q; sedes illa Ro. in caeteras iudicandi potestatē habuit, ita ut ante mille annos Gelasius papa scripserit in haec uerba. Timotheus Alexādrinus/& Petrus Antiochenus/Petrus Paulus/& Ioannes/ac ceteri nō solū unus sed plures nomen sacerdotii pferētes, sola sedis aplicae auctoritate deiecti sunt, cuius rei testis etiam ipse docet Achatius. Post haec tu mihi respōde ubi sit Antiochia, ubi sit Alexādria/ac aliae nūc enumeratę ecclesię? Nonne ex Ptolemaeo / Strabone / Plinio/ac Dionysio discere potes

Subscriptiones in synodo Calcedonensi

Carthaginēsi concilium

Paulinus Thessalonicensis

Tripartita historia

Dionysius

Gelasius

Ptolemaeus

Strabo

Plinius

Dionysius

illas partim in Asia; partim in Aphrica sitas esse. Forsan adhuc unũ expectas,& id maxime qđ ad confirmationem attinet episcopalem.

De Dioscoro Alexandrino epo

Scis Dioscorum epm Alexandrinũ apud Chalcedoniam olim fuisse damnatũ, cui Proterius Cathelinus in episcopatu successit. Habuit is Dioscorus sectatores duos Timotheum presbyterum/& Petrum dyaconũ. Ii mortuo principe Martiano, collectis turbis hæreticorũ ueniunt Alexandriã, ac per eos sanctæ memoriæ Proterius in baptisterio occiditur, laniat, eiicitur,& funus incendit, cineresq; ipsius exparguntur in uentos. Hoc factum immo tam grande facinus Leo imperator ita detestatus est, ut fecerit hunc Timotheum hæreticum expelli,& alterũ Timotheum in episcopum præfici. Is catholicus Timotheus tam diu quiete sedit, q̃diu imperator Leo uixit. Leone mortuo Basiliscus occupauit imperium,& per Timotheum hæreticum Timotheus catholicus eiicitur. Redit imperator Zeno ad regnum, Basiliscus opprimitur. Mittitur Alexandriam, ut pulso peruersore Timotheo damnato morte præuento, Petrus dyaconus a quodam hæretico Alexãdrinus episcopus ordinatur, quem nihilominus deiici iussit imperator,& reduci Timotheum catholicũ. Defuncto Timotheo epo, a catholicis Ioãnes catholicus episcopus ordinatur. Mittit Ioannes episcopus synodicam suam. Superuenit etiam Vrbanus sub adiuua cõtra Ioannẽ, sacra principis deferẽdo, ut ab episcopi illius papa Simplicius se confirmatione suspẽderet. Sed & quia in eisdem sacris de restituendo Petro, quem ipse damnauerat, fecerat mentionem, hæc pars omnino est abnegata. Vnde uisus est imperator offensus. hæc sunt historiæ uerba. Nunc uero uidere oportet quo tẽpore gesta sint hæc. Leo cessit imperio Orientali Zenoni genere Isaurico anno dñi. 476. Et papa Simplicius patria Tiburtus Hilarii successor eligitur anno. 462. Hæc non intra quadringentos annos facta sunt, sed plus q̃ mille anni interfluxerunt. Ex quibus habes etiam Romanos pontifices alios confirmasse episcopos. Sic Adrianus prim9 Tharasium archiepiscopũ Constantinopolitanũ cõfirmauit. Iam hic non dicam de confirmationibus episcoporum, quos Gregorius ille Magnus ante nongẽtos annos firmasse legitur. De quibus tamẽ mox aliquid adiiciam, ubi ad Gregorii. 9.& Bonifacii. 8. historiam uenero. Nunc uero de Christianis in Oriente quid uelis, aut quo tendas, nescio. Id unum tibi respondeo, q̃ Indiani illi, quibus præest ille, quem nos Pretelohan

Martianus

Proterius in baptisterio occiditur

Leo imperator

Basiliscus

Zeno

Ioannes eps

Simplicius papa

Leo cessit imperio

Greg. Magnus

uocare solemus, Petrũ apostolorum Coripheũ fuisse ingenue fatent. Et, quod plus est, superiorem potestatem Ro. pontifici tribuunt. Hac etiã fiducia animatus, dum Syria christiana adhuc esset, sanctissimus ille Effrem Syrus, quem e Syro sermone quidã Ambro. latinũ fecit, in sermone de armatura monachi sic ait. Sinapis granũ leue prorsus ac rotundũ est, nullam habet scissuram, nullũ angulũ, sed ut diximus omnino rotundũ. cõtritumq; feruorem habet insignẽ: Hac fretus princeps apostolici ordinis Petrus, quũ filium dei uiui esse Christum Iesum confessus esset, claues regni coelestis accepit, potestatemq; coelestium terrenorũq; omnium adeptus est. Sed quo ad regnum prouinciasq; christiani imperii nõ sine moerore dico me nõ ignorare q; Aphricae, quae tertia pars mundi est, sunt prouinciae illae Mauritania/Numidia/Marmarica/ Libya / Aethiopia/Mero. Dein, qđ secundae partis, hoc est ipsius Asiae regiones sunt illae Bythinia/Lycia/Gallatia/Pamphilia/Cappadocia/ Armenia / Cilicia/ Sarmatia/Colchis/Iberia/Albania/Cyprus/Syria/ Palestina / Arabia Petrea/Mesopotamia/Arabia deserta/Babylonia/Assyria / Media/Susiana/Persis / Parthia / Carmonia / Arabia felix / Carmonia maior/Hircania/Margiana/Bactritania/Scythia ulterior / Scythia citerior/Serica/Aria/Aracosia/Gedrasia/India citerior/Syria Taprobana. quae si cõparent ad nostras regiones, modica portio apparet. Et sic, ut est apud Platinam in uita Bonifacii. 5. tota Asia & Aphrica magnaq; pars Europae Mahumetanis principibus est subiecta. Instant nunc Turci terra/mariq;, ut nos tanquam cuniculos ex his Europae lateribus eruant, utcũq; tñ, istae regiones & Asiae & Aphricae saltim quae christianae fuerũt, olim Romanum agnouere pontificẽ. Quod ut iterum plenius intelligas, uenerabilẽ ac deo sacrũ Prosperũ Reginum epm, qui fuit tempore Xisti tertii. Et sic ante mille & fere centum annos adduco, hic scribens contra librum Cassiani, qui protectio dei inscribitur, in fine ita subinfert. Parua sunt unius seminis gramina, & q; latebat in radicib9 manifestatur in fructibus. Non ergo cũ istis noua acie dimicandũ est, nec quasi cõtra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina, tunc istorum agmina fracta sunt. Tunc in superbiae suae sociis ac principibus corruerunt, quãdo beatae memoriae Innocẽtius nephandi dogmatis capita apostolico mucrone percussit. Quãdo Pelagium ad proferendum in se suosq; sententiã Palestinorum epõrum synodo coarctauit. Quãdo Aphricanorum

Effrem

Prosper Reginus episcopus

conciliorum decretis beatę recordationis papa Zosimus sententię suæ robur annexuit,& ad impiorum detruncationem gladio Petri dextras omniũ armauit antistitũ. Quando sanctæ memoriæ Bonifacius papa piissimoq; imperatorum catholica deuotiõe gaudebat, & contra inimicos gratiæ dei non solũ apostolicis,uerũetiam regiis utebatur edictis &c. Cœlestinus quoq; inquit. Idem Prosper Cœlestium totius Italiæ finibus iussit extrudi,adeo & pręcessorum suoq; statuta/& decreta synodalia inuiolabiliter seruanda censebat,ut qd semel meruerat abscindi,nequaq̃ admitteret retractari. Nec uero segniori cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quoniam quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes, etiam ab illo secreto Oceani exclusit. & ordinato Gothis epõ cũ Romanam insulam studet seruare catholicã. Fecit etiam Barbaram christianã. Per hunc uirum etiam Orientales ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt. Quando Cyrillo Alexandrinę urbis antistiti gloriosissimo catholicę fidei defensori ad excidendã Nestorianã impietatem aplico auxiliatus est gladio. Vides iterum ex una Prosperi sancti sentẽtia põtifices Ro. in Asia/Aphrica/& Europa potestatẽ exercuisse pontificalem. Tu ergo perpende quid dixeris,affirmans Ro. ecclesiam nunq̃ fuisse super Græciæ/Aphricæ/& Asiæ ecclesias. Quid putas olim dicturi sunt Saxones illi tui, postquam intellexerint sese tuis figmentis tam egregie deceptos? Sed & quid dicent,ubi olim acceperint tuas opiniões toties illi Christianissimo regi Carolo Magno aduersari? quem oẽs historiæ testant̃ fuisse primum,qui Saxones ad fidem Christi conuerterit. Sed forte miraris in quibus te Carolo aduersari inuenerim. Ecce ante septingentos annos cõtra certos hęreticos imperator ille græce & latine doctissimus opus scripsit in quatuor libros partitum, cuius copiã Reuerẽdiss. ac oĩum pientiss. dñs Laurẽtius de Pucciis tt. sctõq; quatuor Coronatoq; cardinalis ex innata ac mihi perpetuo miranda pietate, pro trãquillo reipub. christianæ statu ex Vaticana bibliotheca mihi fieri fecit. In eo itaq; opere Carolus ille Magnus quoties de Petro sermonẽ facit, eundẽ principem uocat aploq;,aut pastorem ecclesiæ. Et quod maius est, quandoq; solidissimam hanc petram, super quã Christus fundarit ecclesiam. Et tu Saxonicæ fidei nouus plantator apertissima euangelii uerba negas in Petri personam posse referri. Carolus multis nominibus sui sæculi Adrianum Ro. pontificem ac illius sedem

Honorifica mẽtio Cardi. sanctorum quatuor

.i.lib. c.iiii. lib.iii. c.iii.vii.xii. iiii. li. c.iiii.&c.

ueneratur,extollit/& laudat. Tu uero secundus Saxonũ apostolus pro tua solita modestia sexcenties põtificem Satanã & Antichristũ uocas. Gloriabatur olim rex ille omniũ optimus sese ecclesiæ Ro. terras ab hostibus recuperasse. Tu uero obsequiũ te præstitisse deo putas,si non solum patrimonium Petri, sed & omnes omniũ ecclesiarum dotes in Pharaonis seruitutem subieceris. Placuit olim catholico illi principi per omnem Germaniam/ac Galliam Romanũ ritum & ordinem in psallendis diuinis officiis seruari.tu forte Battalogiam fugiens,non solũ nõ psallis,sed & psallẽtes rides. Præcepit ille diligens fidei plantator synodos uniuersales omnes recipi, quæ pro diuersis fidei siue religionis causis diuersis locis/siue tẽporibus a doctis/& catholicis uiris celebratæ fuerũt, tu uero cõcilia spernis atq; refutas, quasi solus sis homo missus a deo,qui possit ac debeat testimoniũ perhibere de lumine. Indignatiõe grauissima cõmotus est aduersus eos,qui in Memphite Aegyptiorum Nicea Bythiniæ/ Cõstantinopoli/ac aliis Oriẽtis urbibus sanctorũ tollebãt imagines. Tui uero in hac re adeo horrenda admiserunt, ut etiam ea honoris causa cõmemorare nõ audeam,neq; uelim. Docuit is pro defunctis spiritibus parentum & amicorũ deprecari dominum, ac etiam per missarũ solennia deo sacrificium offerre. Tu iam post totidẽ sæcula sacrosanctum illud mysterium corporis & sanguinis domini sacrificium posse uocari pertinacissime negas. Et ut ubiq; templum dñi uioles, spurcissimum de abrogãda missa priuata libellũ in publicũ edis. Iubet ille sancta loca ac sanctas aras ab episcopis consecrata uenerari debere. Tu uero diruis altaria,quasi sup illis sacrif.cemus deo Baal/aut idolo Moloch. Exorcismos salis/& aquæ ab antiqua consuetudine laudabat Carolus. Tu uero hæc omnia rides. Scribit ille beatum Petrum apostolum in urbe Ro. Simonem magum a Philippo dyacono baptizatum omnipotentis dei uirtute eiecisse Tu Saxones illos dubitare causas,Petrus Romam uenerit,necne. Inter doctissimos nobilissimus rex liberum arbitrium esse aliquid sæpe testatur. Iam ut etiam in gallorũ ante mille annos reprobatos incidas errores constantissime dicis liberum arbitrium nihil esse. Inter nobilissimos doctissimus ille rex uirginitati cẽtesimũ fructũ ex euãgelio promittit. Tu uirginitatẽ adeo obscuras,ut ẽt barbatũ nostrum Hieronymum egregium uirginitatis preconem acerrimo scõmate non erubueris uellicare. Testatr̃ Alcuinus Carolũ Magnũ

.i.li.c.vi.

.i.lib.c.ix.

.ii.lib.c.xxiii.

lib.ii.c.xxi.

lib.iiii.c.xiii.

lib.iiii.c.xxi

lib.iii.c.ii.

Sanctus Prosper scripsit contra ca. Gallorũ asserẽtiũ liberũ arbitriũ nihil esse

Vide candide le-

ctor Lutheri libellum de uotismonasticis

cœnobia ad numerum literarum alphabeti fundasse, ac copiose prędiis aliisq; bonis dotasse. Tu uero nō solum monasteria non extruis, sed etiā solo æquare, aratro euertere, ac demū sale conspergere conaris. Vide nūc mi Luthere q̄ dissimilis sis Carolo Magno principi nūq̄ satis laudato. An non iustius Saxones illi tui in prima fide persisterent, quam te contra totidem sæcula pugnantem audire? Qđ si mihi credere nolueris, memēto dierum antiquorum. cogita generationes singulas. interroga patrem tuum, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Sed ut tandem ad priora reuertar, responde si potes, quare defecit Achaia, ubi Andreas, Asia, ubi Ioannes, India, ubi Thomas, Persis, ubi Simon & Iudas, Aethiopia, ubi Matthęus, Hierosolyma, ubi Iacobus, Gręcia, ubi Paulus, Phrygia, ubi Philippus? Sola imobilis perseuerat cathedra Petri, quam tu solus euertere conaris. Sed conatus tuus erit frustra. Non enim super harenam sed petram fuit ædificata. Credo itaq; iam tibi iterum probasse Romanā ecclesiam super Grœciæ/Aphricæ/& Asiæ fuisse ecclesias.

LVTHERVS



DEinde ab hoc tempore cœperunt multiplicari leges, & iura. Nam Gregorius nonus/Bonifacius octauus/Clemens quintus nisi cōsquamassent, & alias recisas, alias additas ep̄las scholis legendas/& docēdas tradidissent, sine dubio tot maria glosarum/& infelicissimū iuris studiū nō essent. Delituissent autem tam decreta/q̄ decretales magno ecclesiæ lucro & euangelii cōmodo intra areas Ro. pontificis. Nunc autem quæ sit facies ecclesiæ uigore istarum legum, satis plus uidemus. nec hæc satis. Augescunt indies huiusmodi libri.

FABER

Canones aplorum
Ancyranū cōciliū
Neocæsariense cōcilium
Gangreñ cōciliū
Antiochenū concilium
Laodicenū cōciliū



APostolorum canones quinquaginta fuisse, testatur Clemens. Quot in Niceno concilio facti sūt canones, supra ostensum est. In Ancyrano cōcilio. 24. canones reperio. In Neocæsariensi concilio. 14. regulæ positæ sunt. In Gangreñ concilio. 20. In Antiocheno concilio. 8. In concilio uero, qđ erat apud Laodiceam Phrygiæ ubi conuenerunt patres ex Asia,

canones.58.statuti sunt. Et a.150.epis,qui sub Theodosio in Cõstãti nopoli cõuenerũt.4. In Calcedonẽsi cõcilio.27.regulæ. In Ephesina synodo ubi p̃ses fuit sanctæ memoriæ Cœlestinus Romanæ urbis ãtistes cãones facti fuerũt numero.24. In Sardicẽsi.21. In Carthaginensi cõcilio sub Honorio/& Theodosio canones.33. In Aphricano concilio pariter nõnulla statuerunt. In Hipponeñ concilio quanq̃ fuerint illius breuiata statuta, tamen diffinitiones sanctorũ patrũ ita creuerunt, ut essent nõ minus quam.25. Sed & Aquitani cõcilii statuta fuerũt etiam totidem, hoc est.25. Et totus me dies deficeret, si reliquorum cõciliorum utpote Arelateñ sub Martiano Augusto, Valentini sub Gratiano/& Valẽtiniano, Aretusini sub Theodosio minori, Elibertani sub Constantino imperatoribus statuta ac canones tibi uelim enumerare. Sed id p̃terire non possum, q̃ ante mille & plures annos pontifices illi Ro. sanctis patribus in Aphrica & Asia constitutis, multas leges seruandas esse statuerũt. Unde Innocentius Victricio episcopo Rothomageñ misit normam ac regulã uiuendi in certo libro, quem idem Victricius quasi didascolicon, ut Innocentii uerbis utar, habere debebat. Erant in eodẽ lib.15. regulæ quas non solum in Rhothomageñ sed & in uicinis regionibus insinuari/ac seruari p̃cepit. Et facta sunt hæc ante.1100. annos. Normã ecclesiasticam per sedecim capita dedisse Syricium urbis Romanæ pontificem Hiemerio episcopo Terraconeñ certissimũ est. Sed q̃d de Zosimo tibi dicam? qui circiter annum domini.424. episcopo Salonitano quid agere debeat, iniũxit. & ita iniũxit, ut ita scripserit Ad te potissimum direximus scripta, quæ in omnium fratrum nostrorum facies ire notitiam non tantum eorum, qui in ea prouincia sunt, sed etiam qui uicinis dilectioni tuæ prouinciis adiunguntur. Sciet quisquis hęc postposita patrũ & apostolicæ sedis auctoritate, neglexerit, a nobis districtius iudicandum. Itidem Zosimus facit erga presbyteros atq; dyaconos Rauennæ morãtes. Et Cœlestinus qui uixit ante mille & centũ annos, undecim regulas uiuẽdi tradit episcopis per Vienneñ/& Narboneñ prouincias constitutis. Sed & idem Cœlestinus regulas aliquas tradit uniuersis ẽpis per Apuliã & Calabriam constitutis, ubi in finem sic adiicit. Quisquis conatus fuerit tentare prohibita, sententiæ censurã sedis apostolicæ minime defuturum sciat. Quę enim sola admonitionis auctoritate nõ corrigimus, inq̃t, necesse est per sęueritatẽ cõgruẽtẽ regulis, uindicemus.

Concilium: Sardiceñ, Carthagineñ, Aphricanũ, Hipponeñ, Aquitanũ

Innocẽtius ad Victriciũ Episcopũ Rhothomageñ

Siricius

Zosimus

Cœlestinus

De Gelasio, quem tu nō semel mire uellicas, hoc scriptum inuenio, ꝙ multa statuerit/ac ordinarit. Magnæ deniq₃ imo maximæ fuerit auctoritatis, quod aperte testatur epistola ad Anastasium imperatorem ratione reddita, cur sit dānatus Achatius. Et mira epistola est, quæ data fuit ad episcopos Orientis, ubi de Calendione uiro multa cōmemorat. Possem hic adducere, quæ Damasus habet ad Antiochenum episcopū. Sed & Leo ille beatus ad omnes ecclesias Orientales fidem misit de incarnatione seruandam. hanc quando acceperunt Orientales episcopi nō possum obmittere, quæ ꝓ tāta gratia rescripserint in hæc uerba. Respiciat conseruādo apostolatū uestrum misericors dn̄s ecclesiam suam toto orbe diffusam. Vobis enim ita inuigilātibus, & hi qui curā animæ suæ gerunt, solidiores in fide redduntur. & hi, qui paulo desides sunt, tanto ad sollicitudinem accenduntur exemplo. quod nos ante oculos semper habētes, non desinimus domino deo nr̄o gratias agere, ac pariter supplicare gratulantes, ꝙ tantæ sanctitatis/tantæ fidei/tantæq₃ doctrinæ apostolicæ sedi, unde religioni nostræ propitio Christo, fons/& origo manarit, antistitem dederit, petentes etiam ut datum concessumq₃ munus pontificiū in nostri lōgissima ad ædificationem ecclesiarū suarum ætate custodiat. Nos autem & si impares meritis, pari tamen fide, siquid (quod absit) tn̄ ecclesiam catholicam prophana infestatione tentetur, paratissimi sumus, cōfortante dn̄o, cum beatitudine uestra pro ueritate fidei animas nostras ponere, & uitā hāc auctori salutis nostræ & largitori æternitatis impēdere. Et se subscripserunt .44. episcopi Orientales, ubi inter cæteras subscriptiones aliquæ sic habent. Rusticus episcopus apostolatum uestrum in dn̄o uenerās, & ut digneris pro me orare, supplex rogo. Salutat Venerius te dn̄e in Christum reuerendissime. salutat Cōstantianus ep̄s beatitudinē uestram. Salutat Horus episcopus beatitudinem uestram in dn̄o uenerās. Salutat Samnus ep̄s, beatitudini uestræ me repræsento, & adorationibus apostolatus uestri memorem quæso. Iustus episcopus coronam uestram uenerandam salutat. Hæ & his similes subscriptiones leguntur ab iis sanctis patribus in Oriente constitutis factæ. Sed & Gelasius uniuersis episcopis multas ordinatiōes fecit de ordine monachorum/de locis basilicis/de baptizandis/de presbyteris/de dyaconibus/de ordinatione/de sacris uirginibus, dein quoq₃ de uiduis/de seruis sine dominorum uoluntate nō ordinādis de nego

Damasus papa
Leo papa
Subscriptiōes orientalium ep̄orum
Gelasius

de negotiis clericorum/de literatis & illiteratis/de his qui ſeipſos
abſciderunt,de his qui implicātur criminibus,de his qui demonia
uel ſimilibus paſſionibus occupātur,de ſacris uirginibus/& his qui
eis ſocia ntur,de uiduis nulla benedictione uelandis, de his qui ad
alias eccleſias conuolant,de his qui prætio ordinantur, de locorum
conſecratione ſanctorum,de fœminis quæ miniſtrare præſumunt,
de epiſcopis ſcientibus uel ignorantibus,de redditibus eccleſiarũ.
Et poſt conſulatũ glorioſiſſimi Honorii/ac Conſtantii fuit congre-
gatum conciliũ in eccleſia apoſtolorꝫ plebis Thelenſis,in quo con-
cilio per notariũ epiſtola pape Siricii lecta eſt,in qua canones non Conciliũ Thelēſe
pauci traduntur epis per Aphricam conſtitutis. Sed & hic tranſeo
quæ Leo ſcripſit ad Iuuenalem epiſcopum Hieroſolymitanum/ad Leo
Flauianũ Conſtantinopolitanum/ad Anatholium Theſſalonicẽſ,
ad Atichum ueteris Epyri metropolitanum/ad ẽpos per Cāpaniā
per Siciliam cõſtitutos,imo ad Paleſtinos/ad Mauros,ac demũ ad
ſynodũ,quæ fuit apud Epheſum. In quibus oibus certe ſanctiones
legũt᷑. Nec eſt ꝑtereũda epiſtola Leonis ad pulcherrimā Auguſtā.
Hæc omnia facta & ſcripta ſunt longe ante mille annos. Hę & alię
ſanctorꝫ ſanctiones/& auctoritates,quoniā in confuſiſſimo fuerant
ordine,nec,ut dicitur,caput ulla in parte cum cauda conueniebat.
Quare ſi in unũ digeſta ſunt per Gregoriũ. 9. cur quęſo uituperas? Iuſtinianus impe-
An uituperabis Iuſtinianũ iperatorẽ in eo ꝙ olim cũ uidebat tātā rator
legum eſſe multitudinem,ꝙ librorꝫ fuerunt duo millia,uerſuũ aũt
tricies centena millia,in ordinẽ redegerit meliorẽ? An non putas in In pœmio ff. uet.
hiſce canonibus pro tẽporũ uarietate quędā addẽda fuiſſe,cũ plura
ſint negotia q̃ uocabula,ut imperator ait. Sed quid in hoc peccauit
Gregorius ille. 9. qđ. 3. lib. decretaliũ qd honeſtũ ſit,quid imitādũ,
qduę fugiẽdũ ſit clericis/ac monachis,ordinauerit. In. 5. uero decre.
lib. dic mihi an non recte ſtatuerit qũo crimina puniri debeant? Si
ꝑſidis officiũ eſt ꝓuincias a malis hoibus purgare,per. l. illicitas. ff.
de offi. præſidis. Nimirum ſi Gregorius in unũ cõgeſſit,quæ circa
crimina punienda ſancti patres ſtatuere. An non tibi uidetur non
optime eſſe factũ,ut iuxta menſurę delictũ ſit & puniendi modus?
Quũ tñ in Deuter. ſcribat᷑ ꝓ menſura peccati erit,& plagarꝫ modus?
An nõ iniquũ uidet᷑ innocentes dānari? Sed forſan diſplicuere tibi
quę ſũt in. 2. decre. lib. ubi de iudiciis/de foro cõpetẽti/de libelli ob-
latione/de litis conteſtatione/de teſtibus/iureiurando/ac aliis agit᷑.

Certe si iudices illi saeculares de clericis ac eoꝝ bonis/imo de uiduis atq; pupillis oib9 iudicare possent, forte decretoꝝ liber prorsus esset inutilis. Sed qd hic nos faciemus? tu quicqd tentaueris, quotquot brucos excitaueris, nō permittemus nos auelli ab eo priuilegio, qđ sancti patres ante mille & ducentos annos de consensu imperatorū regum/ac principum nobis gratiose dederūt. At ne uidear haec trm ex Gregorii.9.decretalibus dicere, quorundā sanctoꝝ patrū statuta citabo. In uetustissimo quodam libro datū est mihi uidere quandā eplām Clemētis ad Iacobū episcopū Hierosolymitanū, ubi Petrus post se reliquisse scribitur in haec uerba. Siqui ex patribus negotia habent inter se, apud cognitores sęculi nō iudicent, sed apud p̄sbyteros ecclesiae quicquid est dirimatur, & omnino obedient statutis eoꝝ. Sed quia forsan hanc apocrypham iudicabis, unde ne ad nouā contentionem tecū uenire oporteat, alia adducā. Eusebius circiter annum dñi.309. instituit ne prophani (quos laicos uocant) epm in iudicium uocarent. Siluester quoq; statuit, ne laicus clericū corā iudice saeculari cōueniat. Iulius dein primus ordinauit ne sacerdos aliquis q̄ apud iudicē ecclesiasticū causam dicat. Caius deniq; papa anno domini .282. per omnia statuit ne laici sacris initiatos corā sęculari iudice conueniāt. Et Gelasius papa scribēs de anathematis uinculo, oino cōcēdit, ut uel imperatores/uel reges de clericoꝝ rebus atq; negotiis, imo de rebus diuinis iudicare non praesumant. Qđ si nec illa satisfacere uideant, ecce in Calcedonensi concilio pro nono canone ita statuit. Siquis clericus aduersus clericū habet negotiū non deserat episcopum propriū, nec ad saecularia pertrahat iudicia, sed prius actio uentilet apud epm propriū, uel certe concilio eiusdē epi. Dein iteꝝ siquis eps p̄dicat infamis, liberam habeat potestatē appellādi ad beatissimū epm Romae. & nec solū de psonis clericoꝝ ordinatum est, ut ad iudicium seculare minime trahantur, imo & de bonis ecclesię. Eapropter pro.24.canone eiusdem Calcedonensis cōcilii scriptū est, Quae semel dedicata sunt monasteria cōcilio epoꝝ maneāt ppetuo monasteria. Et res quae ad ea pertinent, monasteriis reseruari debent. nec posse ea ultra fieri saecularia habitacula. Et in Carthaginensi concilio pro uigesimosexto canone item placuit ut rem ecclesiae nemo uendat. quod si redditus non habet, & aliqua magna necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati prouincię prius, ut cum statuto numero episcoporum utrum faciendum sit,

Epistola Clemētis ad Iacobum Hierosolymitanum

Eusebius

Siluester

Iulius

Caius

Gelasius

Nonus canō Calcedonensis cōcilii

.xxiiii. canō eiusdem cōcilii

Carthaginesi concilii .xxvi. canon

arbitretur. Qđ si tanta urget ecclesiæ necessitas,ut non possit ante consulere,saltem uicinos testes conuocet episcopos. Curandum est ad cōcilium oēs referre suæ ecclīæ necessitates. Quod si non fecerit, reus deo & concilio uenditor honore amisso teneatur. Et in Nicena synodo/uel saltem Sardicensi,ut ad clericos redeam, omnino prohibetur clericis,ne ad comitatum redeant. Hic de uiduarum afflictione/ac de pupillorū molestiis nihil dicam. Vides ergo q̄ iniuste clericos in manus secularīū cōtra tot secula tradideris. Qđ si forsan illos in causa ꝓpria iudices,ac in rē suā legislatores fuisse contēdas, id quoq; minime licēt putaueris,cogitare debebas quāta emunitate Constantinus ille Magnus episcopos atq; presbyteros omnes gaudere uoluerit. Poteras illa uidere in primo Tripartitæ historiæ libro nono. Tēpore Constantis, ut est in quarto libro eiusdem historiæ, scis ualidissime reclamatum, ne uel imperator uel quisquam alius in causa clerici iudicaret. Et Sozomenus de Valentiniano scribit,q̄ quando episcopi prouinciarum apud principem instarent,ut dumtaxat ecclesiasticæ rei interesset,respondit,Mihi quidē cū minimus de populo sim,fas non est talia perscrutari. Verum sacerdotes,quibus hæc cura commissa est, apud semetipsos congregentur ubi uoluerint. Possem & alios christianissimos principes in mediū citare, quorum non paruus est numerus. C. de sacrosan. ec. de epis. & cleri. At in Colophonem præsentis nostri sermonis adiicio quotquot clericis priuilegia inconcusse seruatūt, plerūq; felices exitus habuere. E cōuerso,qui clericos insectati sunt, mala morte ut plurimum perierunt. Hoc unius Iuliani monachi probat historia. Is cum factus esset imperator,teste Sozomeno, clericis omnia priuilegia/honores cōsuetudinesq; subtraxit,& leges positas priores soluit,ipsosq; curiæ tradidit,simul & uirgines atq; uiduas,quæ ꝓ penuria inter clericos pascebātur,iussit exigi ea,quæ dudū a publico accepisse uidebant. (Constantinus enim imperator disponēs rem ecclesiarum unicuiq; ciuitati prospexit, ut clerus sufficientiæ emolumenta perciperet,& hoc lege firmauit) Sed uis illius audire finem? & q̄ felix fuit illius exitus,inuenies quidē apud Socratem ita loquentem. Iulianus cū uniuersa deo dicata uasa & pallia ecclesiæ Antiochenæ collegisset, Et proiiciens hęc in terra,contumeliis/& iniuriis,& uoluit,super ea quoq; sedit,& cumulum auxit iniuriarum, moxq; uerenda eius & loca fæmoribus circumposita feruntur esse percussa,& ad tantam

Sardicēse cōciliū

Constantinus Magnus

Sozomenus

Historia Iuliani monachi.

Iuliani infelicissima mors

usq; peruenit putredinem, ut uermes crearet, medicis laborantibus nec ualentibus uincere passionem. Conficiebãtur enim omnimoda preciosa medicamina ex pinguibus uolatilibus, ut eo℞ crassitudine corrupta & putrida membra linirẽtur. Hoc facto, uermes ad superficiem prouocabant, quia in profundo ebullientes, uiuas serpebant in carnes. Et donec moreret̃, nõ fuit ab hac passiõe securus. Propter quod & Theodoricus narrat eũ iaculo uulneratum, & mox manũ sanguine suo compleuisse, & in aerem proiecisse dicendo, Galilæe uicisti, & in corpe confessus est cũ blasphemia uictoriam. Et multa his similia, quę finem satis hortendum testantur, iis contigisse legimus, qui christos domini tetigerunt, ac in prophetis malignari nõ erubuerũt. Et re uera, nisi destiteris, maius piaculũ nobis afferes, q̃ fecerit nobis olim Maximinus imperator. Scis hũc tãta impietate commotum, ut sanctissimis epis/atq; cõfessoribus Pafnutio Aegyptiorum/Spiridioni Cypriorum episcopis oculos dextros euulserit, & sinistras suras inciderit. Nunquid & tu non tales facis nobis pͣsbyteros aut saltem Arimaspos unoculos, aut claudicãtes Tirteos. Parce quęso si forsan tecum acerbius quam par fuerit, egi. Omnino si ita libuerit, inter Scythas/& Gethas/aut alios populos tibi mansionem eligito. Te nempe misera clericorum cohors pati nõ potest, sed uelut alterum draconem Nomotheten leges sanguine scriptas ob crudelitatem tulisse olim pͣdicabũt. Desine itaq; saltem lacessere probos, q̃ si choraces in hac turma forte se misceant, non erunt ante tempus zizania euellẽda, ne & triticum cum lolio infelici perdat̃.

Maximinus imperator

LVTHERVS



Roinde traditiones Romanas nunq̃ ita sensit mũdus, ut in annis istis quadringẽtis, ideo totum eo℞ pondus/& omnem uim Gregorio nono tribuendum existimo, per quæ uelut natæ sunt, & ortæ. Ab hinc enim usus eorum robur accepit, & inualuerũt ut legibus istis a traditionibus istis ita sunt omnia officia statuta ecclesiæ ordinationes in unum chaos confusa, inter istos quadringentos annos ut Babylone ipsa cõfusior sit hodierna ecclesia. Nemo in ordine suo incedit, quilibet sibi ex urbe legem emit, qua uiuat. Ille exemptus, iste priuilegiat⁹, ille familiaris, iste officialis, iste nescio quo titulo omnes libertatem

quilibet essendi/faciendi/audendi habet per has Romanas leges, nec Romae aliud curatur, quam ut hac ecclesiae summa calamitate roboretur potestas & dominatio sua in omni iudicio sola. & hunc ecclesiae occasum, siquando gemimus, si dolemus, si quaerulamur, haeretici sumus, irreuerentes in Ro. ecclesiam sumus, scandalosi/seditiosi/procaces sumus. quia uidelicet quaerulari nõ possumus, nisi Ro. pontificem, tum iuratã potestatem/imo tantas iniurias populi dei simul tangamus. Nam hic fons est aut seruandae/aut perdẽdae ecclesiae. Quum autem hodie omnia in Vrbe inquinatissima/& corruptissima, & agentibus impiissimis adulatoribus, de ipsis nihil liceat uel mutire, nisi quod portenta laudet/iustificet/glorificet. Quid mirum si sub uenerabili Ro. ecclesiae nomine tot mala inundauerint omnem ecclesiam pleno impetu & praecipiti, & cui nemo resistere possit, gurgite?

FABER

Hic Gregorio nono nescio quę mala impingas. Gregori9 ille nonus non tam suas quam aliorum sententias in unum redegit. Nec illius sunt decretales omnes, sed hic sunt statuta Honorii/Alexandri/Lucii/Clemẽtis/Coelestini Gregorii/Paschalis/Vrbani/Eugenii/Gelasii. sunt ibi sanctorum patrum scripturae. Addo quod ex Pictauiensi/Toletano/Aphricano Aureliensi/Lateranensi/Moguntino/Triburiensi/Parrhisiẽsi/Matteciniensi/Arelatensi/Sardicensi/Calcedonensi/& aliis conciliis illic statuta multa reperiuntur, putas ne totidem millia sanctorum patrũ statuta propterea cõscripta sint, ut Cimeriis tenebris essent perpetuo dãnata, ac quod nunquam ederentur in lucẽ? An putas ea uoluerint haberi ueluti symbola Pythagorae/aut cabalisticas traditiões, quas septuaginta seniores nunquam inuulgãdas putarũt? Res erat iustitiae, quae exigebat ut redderetur unicuique, quod suum erat, nisi mẽtita fuerit. l. i. ff. de iust. & iur. Quae si in Cartario/uel Archiuo pontificis perpetuo delituisset, quis per totum orbem christianum iustitiã facere potuisset? Re uera archiepiscopis/episcopis/& iudicibus quibusuis ecclesiasticis Gregorius nonus rem laude/ac tanto principe dignã mihi fecisse uidetur, ut ea, quae profusissima erant, in unum opus redigeret, quo uniformis esset ordo iustitiae. In quo ergo Gregoriũ

culpas? In hoc ego maxime probo non q̄ Decretales euangelio cōparem (Quis enim hoc faceret?) sed quo clericis/uiduis/atq; pupillis exactam possemus facere iustitiam. Scio per omnia euangelicā legem ita seruādam, ut illi nulla scriptura possit præferri. Sit quoq; lex illa, in qua meditandum est die ac nocte. Nec ignoro eos iuste reprehendi, qui traditiones humanas legi diuinæ præponunt. Hos enim in euangelio increpat/& obiurgat dominus dicens. Reiecistis mandatum dei, ut traditionem uestram statuatis. Quare cōtra illos cum Cypriano ad Pompeium exclamo. Quæ est ista obstinatio, quæue præsumptio, humanam traditionem diuinæ dispositioni anteponere? nec animaduertere/idignari/& irasci deū quoties diuina præcepta soluit, & præterit humana traditio. Sed & non ignoro etiam ea seruari debere, quæ tamen scripta nō sunt uel in euāgelio, uel in apostolis/aut actis illorum. Hoc & mihi permittit Paulus in secunda epistola ad Thessalonicenses. c. 2. sic scribens. Fratres state & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostrā. Hinc sane perspicuū est, ait Theophilactus, pleraq; Paulum sermone dūtaxat uiua uoce, non epistolis solum his tradidisse. Non enim secus illa atq; hæc fide sunt digna. Itaq; ecclesiæ traditionem dignam existimemus, cui pręstanda sit fides, ut siquid ab ea sit traditū, nihil ultra perquiras. Hęc tu quomodo seruaueris, iudicent alii. Tu inq̄, qui nihil recipis, nisi quod aperte sit scriptum in biblia, cuius contrarium omnino sentio. Quod enim apostolos instituisse docēt historiæ/uel fidedigni auctores, minime negandū aut aspernandum puto. Nunc ergo uide quid doceat diuinus Dionysius Areopagita sancti Pauli auditor/ac Hierothei discipulus in lib. de ecclesiastica hierarchia. c. 7. sex sacramēta ponit. quanquam sanctus Epiphanius etiam septimū addiderit. Tu uero nōnisi tria, imo pro usu scripturæ nonnisi unum esse dicis. Docuit sanctus ille diuinorum mysteriorum scrutator sacro baptismo initiandus, qūo susceptorē quærere debeat. quomodo pontifex illi manū imponat, ter baptizandus abrenūciet, toties crucis signo pontifex illum muniat, ter tingendus mergatur, ueste candida induat, unctione chrismatis signetur, ac demum in libro de ecclesiastica hierarchia. c. 2. Tradit etiā ab apostolis deriuatū, ut oblati paruuli parētes puerū alicui ex fidelibus tradant, quem præsul spondentem puerū iuxta sanctam educaturum uitā, requirat, ut abrenunciationem proferat,

Cyprianus

Paulus

Dionysius

Epiphanius in tractatu de laude Eucharistiæ

fidemq; confiteatur. & hanc conſuetudinem ait ſanctos tradidiſſe apoſtolos. Tu uero nullam conſuetudinem/aut cerimoniam talem recipis, niſi eā ex aperto bibliæ loco mōſtrare ualeamus. Pontificū ordinem ſacratiorem eſſe primum/ſummum/& ultimum, in quo deſinit & impleat ſacerdotii noſtri diſtinctio omnis, ingenue fatet̄ diuinus ille Pauli diſcipulus. Tu pro tua impudentiſſima licentia dicis ſummum pontificem orbis eſſe Satanam quendam & Antichriſtum. Docuit Dionyſius ritum conſecrandi præſulis/& ſacerdotis/atq; miniſtri. Tu nos idola uncta uocas. Et qđ peius eſt, abſq; omni ordinatione ſacerdotes facis. Super cœleſtium rex; indagator egregius inter homines angelos dicit eſſe ſacerdotes. Tu nos idololatras uocas. Diuinarum rerum decentiſſimū ordinem eſſe indicat Dionyſius, ut prius hierarcha cōmunicet, dein myſteria diſtribuat, ac ſua manu tradat. Et tu Vittenbergēſes tuos ſubditos pulchre doces/ac facis, ut iā pollutis manibus ſacra domini contrectent. Petro primatum negas. & hunc ſcilicet Petrum Dionyſius ſupremum decus & antiquiſſimum theologo; columen in li. de diuinis nominibus appellat. Monachatum tēpore apoſtolo; in maximo honore fuiſſe tradidit egregius ille ſanctæ religionis plantator, imo docet myſteriū monaſticæ cōſumationis ita perfici, ut monachū ſacerdos conſignet crucis ſigno, ac tondeat trinas diuinę beatitudinis perſonas inclamans, exutumq; ueſte omni, aliam induat, & cum ſanctis aliis qui aſtant uiris ipſum ſalutans, diuino; myſterio; principē efficiat. Tu uero monachatum non ſolum dānas, ſed tanq̄ apoſtata poſt ſedecim etiam annos fugis, & alios facere id, iubes. uolens cum Eſopica illa ſimea omnes tibi ſimiles eſſe ac fieri. Rep̄hēdit Demophilum monachum ſæpe memoratus Dionyſius, q̄ procidentem ſacerdoti impium/atq; peccatorem cōtra diſciplinæ ordinem, calce abieciſſet/ac repuliſſet, quum ille uerecunde quod oportuit, fateret̄ ſe ad peccato; remedia quærenda ueniſſe, ubi ſacra illa ex homologeſis etiam apoſtolorum temporibus in uſu fuiſſe depræhenditur. Tu uero non ſolū confeſſionem confundis, ſed uerba ad apoſtolos dicta de ligādi ſoluendiq; poteſtate ſic torques, ut uelis ea dūtaxat de fide poſſe ac debere intelligi. Sanctorum canonizationem pulcherrimo ac religioſiſſimo ritu tēporibus apoſtolorum fuiſſe tradit Dionyſius in. 7. capite hierarchiæ eccleſiaſticæ. Tu uero ſanctā illā conſuetudinem in Romano illo pontifice oīno rides/ac deteſtaris.

Lib. de eccleſiaſtica hierarchia. c. vii. parte. iii.

Lib. de eccleſiaſtica hierarchia. c. v.

De eccl'iaſtica hierarchia. c. v. pte. ii.

De eccl'iaſtica hierarchia. c. xii.

De eccl'iaſtica hierarch. c. iii. pte. iii.

De diuinis nominibus capite. ii.

Vide epiſtolā ad Caiū monachū

De eccl'iaſtica hierarch. c. vi. pte. ii.

Dionyſius ad Demophilum de benignitate

Dio. de hierarch. eccleſiaſtica. c. vii.

Dionỹ.de ecclesiastica hierar. c. vi.
De ecclastica hierarchia.c.iii.pte.i.
codē lib.c.ii.pte.i.
Actuum.xii.

Hæc & multa alia ab eximio Paulo se didicisse fatetur toties repetitus Dionysius, quem & non semel suum præceptorem agnoscit, maxime dum de cœlestibus substantiis sacramenti quoq͂ cõmemoratione tractat. Quando deniq͂ functionem baptismatis absoluit. Huic re uera non est adhibenda fides mediocris. siquidem anteq͂ ut est in apostolicis actis, adhærere cœpit Paulo ignotũ deum apud Athenas prædicanti, uti nobis tradunt historiæ/ac eiusdem scripta ad Apollophanem philosophum indicant, philosophus erat oium doctissimus. Et in Eliopoli Aegyptiorum secretiorem philosophiã didicisse præsumitur. At dein eodem lumine solis diuinæ gratiæ illustrato factus est supercœlestium secretiorꝫ longe doctior. Nec ad inuestiganda illa diuiniora defuerunt illi præceptores cõmunes Paulus scilicet & Hierotheus. De Paulo magistro gẽtium, ut multa dicamus, non est necesse, quũ Chrysostomũ hac de re profusissime loquentem habeas. Hierotheum fuisse uirum & sanctum & doctũ nemo ignorare poterit, qui Dionysium de diuinis nominibus saltẽ horaria lectione peruiderit. His itaq͂ ex causis sanctus ille Chryso.

De diuinis noibꝰ .c.ii.parte.iiii.

Dionysiũ hunc nr̃m uolucrem cœli exclamat. Cęterꝫ Maximus & Andreas Cretensis hunc magnum uirum & dei angelum appellãt. Quanto in honore fuerit apud Origenẽ, testatur idem Adamãtius homelia quadam in euangelium Ioannis, In principio erat uerbũ. Eusebius Cæsariensis bis illius mentionem facit egregiam. quomõ Gallorum fuerit apostolus, totus orbis agnoscit. Quis illi post ab Athenis recessum in ecclesia successerit, ex Eusebio coniectare licet. Taceo de suauissima ac oĩm dulcissima Dionysii ep̃la, quã scripsit ad Ioannem euangelistam, dum esset in insula Pathmo, quæ fuit de cycladibus insulis una in Asia, ad quam Euãgelista ille sentẽtia Domitiani deportatus fuerat, ex qua deniq͂ a Nerua per Asiam demum demissus est liber. Et quia hic in tẽpora Ioãnis incidimus, unde uideamus an tua scripta cum discipulis Ioannis euangelistæ conueniant, Polycarpum Ioannis apostoli discipulum audi in ep̃la

Hier. in catalogo sanctorꝫ ecclesia.

ad Philippeñ tam impense a diuo nostro Hierony. laudata. Scribit is in hæc uerba. Subiecti estote presbyteris & dyaconis sicut deo & Christo, uirgines in casta conscienta ambulate. Vnde notatur q͂ ẽt

Polycarpus discipulus Ioan. euan. in epistola ad Philippenses

tempore Ioannis euangelistæ fuerunt aliquæ quæ castitatẽ ꝓfessæ fuerunt. Inde legitur in Aethiopia Matthæum apostolũ Iphigeniã regis filiam sacro uelamine cõsecrasse dño, sicut est in libro catalogi

sanctorum. Quare Ignatius ille sanctus Antiochenus post Petrum episcopus Polycarpi superioris discipulus in epl'a ad Antiochenses ex Philippis sic ait. Populus subditus sit presbyteris & dyaconis. uirgines agnoscant,cui se cōsecrauerunt. ac iterum inter uiduas & uirgines discrimen ponit ad Tarsenses Pauli ciues,dū scribit dicēs. Eas,quæ in uirginitate sunt,honorate sicut sacras Christi, uiduas pudicas,ut sacrarium dei uenereminí. Et tu uirgines deo dicatas re uera contra omnem ueritatem paulinam ex monasteriis diuersis trahere nō erubescis,imo dicis uirginitatē in scripturis nō laudari, quasi Cyprianus/Tertullianus/Hieronymus/Augustinus/ac alii tam cœci fuerint, ut in totidem de uirginitate libris non potuerint uidere quātis laudibus esset extollēda uirginitas. Et soli9 Ambrosii suffecissent tibi libri,quo phiberi potuisses,ne illa affirmares. Nō fuisti memor trium librorum Ambrosii de uirginibus, dein exhortationis ad uirgines,institutionis uirginum, ad uirginem deuotam, ad uirginem corruptam,de lapsu uirginis,in corruptorem uirginis ad uirginem corruptam? Vide quam strenuue laborarit hic miles Christi Ambrosius,quo uirginitatem ornaret,& ut procederet uirgo tanq̄ spōsa de thalamo suo. Et tu nullam Teclam/nullā Agnetē recipis. Si non licuit Herodi habere uxorem fratris sui,quomodo licebit alicui habere sponsam Christi domini? Sed melius est inqs nubere,q̄ uri,respondeo,Et bonū est homini mulierem nō tangere. Eapropter dicit Apostolus,Non nuptis & uiduis,bonum est illis,si sic permanserint,sicut ego. Et ut ad comparatiuum ueniam, Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit. & qui non iungit, melius facit. At dicis hic de præsenti uita,s.locutum fuisse Paulū. Cui ergo debetur fructus centesimus? nunquid hic,aut alibi. Et nō ne expresse dicit de spadonibus, qui se castrarunt propter regnum cœlorum? Et si uirgo cogitat quę dei sunt,nonne ueluti Maria partem optimam elegit,quæ nō auferetur ab ea? Qd' si in benedictionibus in hac uita seminauit,cur non de benedictionibus metet? Quum tn̄ omnis homo quæcūq; seruerit,hæc & metet. An non angelica uita est in carne,præter carnem uiuere? & qui sic uiuūt,nec alibi nubēt, neq; nubent,sed erunt sicut angeli dei. Sed iā te fortius urgebo,ut orbis totus itelligat te torquere scripturas, dic cur Paulus ad Cor. dicat. Beatior erit,si permanserit secundum consilium meum. Vis ne aliquid apertius ex Paulo, qui hanc futuram beatiorem testat?

In principio libri de votis monasticis

i.Corinth.vii.

Hierony.

Nonne consilium Pauli de uirginibus erat, & iam illam dicit olim futuram beatiorem. Si sic secundũ illius consilium perstiterit, uide nunc quam egregie constent tua cum Paulo. Sed & macte uirtute fac ut Dina filia Liæ nõ intus maneat, potius egrediatur foras quo Sichem filius Emor ui opprimat uirginem. Et sic adimplebis legẽ Christi. Nulla tibi sit uirgo prudens, quæ ardenti lampade sponso ueniente possit intrare ad nuptias, sed sint omnes stultæ uirgines. Nonne in te quadrat quod Hieronymus in Vigilantium inuehit dicens. Proh nephas, episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant dyaconos, nisi prius duxerint uxores, nulli cœlebi credentes pudicitiam, imo ostẽdentes q̃ sancte uiuant, qui male de omnibus suspicantur. Et nisi prægnantes uxores uiderint clericoꝝ, infantesq́ꝫ de ulnis matrum uagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient Oriẽtis ecclesiæ? quid Aegypti/& sedis apostolicæ? Quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes. aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Hoc docuit Dormitantius libidini frena permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adolescẽtia plerũqꝫ feruescit, suis hortatibus duplicans, imo extinguens coitu fœminarum, ut nihil sit quo distemus a porcis, quo differamus a brutis animantibus. Vide an non hæc Hieron. uerba in te recte reiicere possimus. Sed & hoc præterire non possum, laudi potius an uitio duces etiã temporibus apostolorum consenuisse uirgines? Nonne legis in apostoloꝝ actibus Philippo euãgelistæ quatuor fuisse filias prophetissas? At quales mortuę sunt? Nonne inuenisti unq̃ quomodo Polycrates Ephesiorum episcopus temporum apostolicorum uicinus Victori scribit episcopo, duas ex his ueluti uirgines cõsenuisse, & unam ex illis spiritu sancto repletam mansisse in Epheso? Et in dyalogo Gaii & Proculi nonne de sepultura illaꝝ in Ieropoli mentio fit? Et Philo Iudæus, quem tempore Petri sub imperatore Claudio Romę fuisse legimus, cuius uolumina e græco in latinum tempore Innocentii octaui traducta sunt, in libro de uita theorica mire cõmẽdat primitiuæ ecclesiæ monachos, qꝫ continentiam ueluti firmamentum reliquarum uirtutum posuerint, ac perpetuo in ea manendum probauerint. Hæc licet antiquissima sint, tamen adhuc forte non credis, nisi & aliũ testem omni exceptione maiorem adducam. Præstabo id, modo tuis uotis obtẽperem. Legisti ne unq̃ Paulũ ad Romanos

Genesis.xxxiiii.

Hieronymus

Eusebius.iii. libro .c.xxv.

Hierony. in catalogo

Quidã Lilius tpe Innocẽtii trãstulit oẽs libros Iudæi Philonis, quos cõ memorat. D. Hieron. & sũt Romæ in biblioteca Vaticana

ta scribentem. Salutate Hermam, & qui cum eis fratres sunt. Sed & non es memor quae olim Hieronymus scripsit de libro illius, qui Pastor dicebatur, quod suis temporibus apud quasdam Graeciae ecclesias publice legebatur, & quod esset utilis liber, ex quo licet apud Latinos pene ignotus fuerit, tamen multi de eo scriptorum ueterum usurparunt testimonia. Is liber Romae in Vaticano habetur diuisus per uisiones aliquas atque mandata pastoris, in eo plurima de ieiunio/sacris uirginibus/poenitentia/ac aliis contra tuas assertiones inuenio. Videbis etiam illum ubi is auctor cum aliis olim editus fuerit. ex illo certo persuadeas tibi multa olim aduersatura. Iam ad Ignatium iterum redeo. Quadragesimam obseruari debere ad Philippenses scribit idem Ignatius, tu uero eam prorsus contemnere uideris. Dominicam diem mirifice laudat ad Magnesianos/& Philippenses scribens, tu quod forte eam praeceptam in noua lege non inuenis, uix tandem admittes. Ordines sacros episcoporum/sacerdotum/atque dyaconorum differenter enumerat. Et tu ex quouis laico sacerdotem ordinas, imo absque consecratione, sacerdotale officium facere permittis. Petrum ac Paulum Antiochiae fundasse ecclesiam, & dein utrunque uenisse Romam, ac illic sacra praecepta dedisse. Demum Paulum gladio periisse, ac Petrum crucifixum ad Magnesianos/Romanos/ac Tarsenses scribit. Itidem & Melitonem Asianum Sardensem episcopum temporibus apostolorum uicinum fecisse constantissime crede. Iam & tu de Petro qua morte/& ubi mortuus fuerit, tot millia hominum contra totius orbis consensum dubitare facis. Episcopo obediri debere, siue sint presbyteri/seu dyaconi/siue laici, et sine illius consensu nihil fieri optere scribit ad Magnesianos Philadelphienses/& alios. Tu hanc sanctam obedientiam ubique confundis. Tempore Ignatii episcopos/presbyteros/dyaconos/subdyaconos/lectores/cantores/ostiarios/laborantes/exorcistas fuisse notatur ex eiusdem epistola ad Antiochenses. Tu haec omnia euertis. Haec & his similia imo maiora obseruata fuerunt in Tralli Asiae/Smyrna Lyciae/Magnesia Aeoliae/Tarso Ciliciae/Philippis Macedoniae/Philadelphia Mysiae/Troia Propontidos/Antiochia Syriae/Epheso/& Roma unius Ignatii testantur epistolae. Et tu ex Aquilone ueniens maior his omnibus esse cupis. Proh pudor & nephas, qui tantam seditionem facis in orbe ob rem tam pie / tam religiose ad nos cum successione temporum manantem. Sed nunc & ad subsequentia primitiuae ecclesiae tempora uenio. En Cyprianum sanctum martyrem tibi

propono. Hic passus est sub Valeriano/& Galeno in octaua psecutione. Quomodo denique dicat super Petrum ædificatã ecclesiã,sæpe ostendi. Sacerdotem uero honorandũ,in locis q̃plurimis docet,imo surgendum esse,quando eps/aut presbyter uenerit,inter salutaria documenta reponit. Cum hæreticis non esse loquendũ,sanctissime monet. Sacramentum Eucharistiæ sacrificiũ esse dicit. Et fœminã sacra domini propriis manibus tangere uolentẽ,prohibitam grãdi miraculo scribit,uirgines illarumque statũ miris preconiis extollit. Qui uos audit, me audit,non solum ad apostolos,sed & per hoc ad oẽs præpositos,qui apostolis uicaria ordinatione succedunt, dictũ esse fatetur. Inter epos/psbyteros/& dyaconos solennem differentiã facit. Excõmunicationem spiritalem gladium esse,quo superbi & contumaces de ecclesia eiiciunt̃ scribit ad Pomponium. Baptizari debere in nomine patris/& filii/& spiritussãcti cõstãtissime tradit. Dum de hæreticis baptizandis scribit ad Iubaianum,ecclesiasticas regulas repeti baptismum prohibuisse docet. Dein sacros ordines semel datos iterum renouari, ac in dñicis uerbis nihil mutari debere tradit. Exhomologesin hoc est confessionem fieri iubet a lapsis atque cathecuminis,necessitatis casum a cõmuni separãt̃. Hæc omnia sũt apud Cyprianum,quæ tamen ita perturbas/atque confundis,ut uideantur ab institutione tua multis milibus differre stadiis. Et sic talem te præbes,quasi in te unum ac tua præcepta omnia sæcula tam præterita quã futura pendere debeant. Sed & nunc de ieiunio tecum agam. Miror cur tamen ieiuniũ dãnes,cum hæc tua opinio sit aperte contra uerbum domini/præceptum Pauli/obseruantiam apostolorum & totius ecclesiæ consuetudinẽ. Nonne in euangelio sic legitur. Accesserunt ad Iesum discipuli Ioannis dicentes. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequẽter,discipuli aũt tui non ieiunãt? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filii sponsi lugere quam diu cũ illis est sponsus? Venient autem dies quum auferet̃ ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Lucæ.5. Venient dies quum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in diebus illis. Et Marci.2. Venient dies, quum auferetur ab eis sponsus,tunc ieiunabũt in illis diebus. Iam dicito quæso,an fecerint apostoli, quod pdixerit illis dominus? Re uera dubiũ non est. ea præstiterunt, quæ sciebant uoluisse dñm. Et hoc est qđ habetur Actuum.13. Ministrantibus illis domino & ieiunantibus,dixit illis spiritussanctus. Et Actuum.14. Quum constituissent

lib.iii.ad Quirinũ .lxxxviii.epla
Eodẽ lib. lxxviii. epla & li.ii.epla.iii
Sermone.v.de lapsis
Eodẽ serm. tra.ii. de habitu uirginũ
li.iiii. epla & nona epistola
Epla & li.iii. epla. ix.ad Rogatianũ
Epla & li.i.epla.xi.
Sermone de ablutione pedũ
libr.iii. epistola & epla.xvii.
Matth.ix.
Lucæ.v.

stituissent illi sup singulas ecclias psbyteros,& orasset cũ ieiunationibus,cõmẽdauerũt eos dño.An q Paulin9 es, frustra pcepit Paul9 dicẽs.In oĩbus exhibeamus nos sicut dei ministros in mlta patiẽtia in laboribus/in uigiliis/in ieiuniis? Aut frustra gloriat humiliter se plurima passũ in fame/in siti/in ieiuniis multis? Aut uis nullũ unq̃ demoniũ eiici posse p ofonẽ & ieiuniũ? d quo Matth.17. An frustra laborauit Anna pphetissa filia Samuel de tribu Asser ieiuniis & ob secrationibus seruiẽs nocte & die. Taceo hic de ieiunio Mosi Heliẹ & alioꝝ. Sed & putas ieiuniũ phibuisse dñm,qui in deserto ieiunauit.40.dieb9 & noctibus,cũ tñ q̃tũ ex humana fragilitate fieri põt, sit nobis faciendũ scdm exẽplar,qd nobis est mõstratũ in mõte. An in uentũ formã & modũ ieiunãdi pscribit dñs dicens. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hyppocritæ tristes.extermināt.n.facies suas,ut pareant hoĩbus ieiunantes. Amen dico uobis,receperũt mercedẽ suã. Tu aũt cũ ieiunas,unge caput tuũ,& faciẽ tuã laua,ne uidearis hominibus ieiunãs,sed patri tuo,qui est in abscõdito. & pater tuus,q uidet in abscõdito,reddet tibi. Qd' si ex ieiunio nihil nobis sperãdũ fuerit,ut doces,duriorẽ deũ in lege gratiæ sentimus, quã Niniuitẹ senserint,q irã dei ut a sese excuterẽt,tale indixerũt ieiuniũ, audito ppheta,ut ẽt hoĩes/& iumẽta/& boues/& pecora nec quicq̃ comederent,imo nec ẽt aquã biberent. Sed forte nõ credis q uiri Niniuitæ surgẽt in iudicio cũ gñatione hac, & cõdẽnabũt illã,qa pœnitentiã egerũt in pdicatiõe Ionẹ. Et nõ solũ mirabiliter fraudati sũt Iudith Hester/Dauid/Machabẹi/tres pueri illi seruientes corã rege. Sed & Io.Baptista pcursor dñi,cuius esca fuit locustæ/& mel siluestre, imo tot cẽtena miliã monachoꝝ ẽt in primitiua ecclia, q uitã arctissimã duxerũt i Aegypto/Libya/Nitria/Palestina/Syria/& Arabia. Qualis fuit Antonius,de quo legit q illius esca fuerit solus panis/& sal potus/aqua,prãdii tẽpus/solis occasus. Frequẽter.n.duos & ampli9 dies sine cibo manebat. Prẹterea Paulũ Antonii discipulũ/Malchũ Hilarionem/Amonium/ac cẹteros patres mira abstinentia uiuẽtes. At quid dices ad hoc. Ioannes,quem diligebat Iesus, ueluti scribit Clemens Alexandrinus cuidã adolescenti,qui factus fuerat dux latronum,crebris ieiuniis indulgentiam impetrauit a dño. Et scribit Eusebius Cæsariensis Mathiam aplm diligenter docuisse libidini nihil concedendum,sed semper aduersus carnem pugnandum. Qd si hi nihil boni operati fuerint,aut illos opera bona secuta nõ sunt, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et mirum in modum

.ii.Corinth.vi.

.ii.Corinth.xi.

Lucæ.ii.

Matth.iiii.

Ionæ.iii.

Tripartita historia lib.i.c.xi.

fraudati sunt tot chiliades/& miriades sanctoꝝ. Sed adhuc forte a tam ualidis non mouebere exemplis, nisi Paulum nostrũ cõmunẽ
Ad Ro.viii. ꝑceptorẽ manifestius loquentem audias. Ad Paulũ itaq; magistrũ gentium redeo. Dic mihi cur Romanis scripserit in hæc uerba. Qui in carne sunt, deo placere nõ possunt. Et iteꝝ, Fres debitores sumus
Ad Galatas.v. non carni, ut secundũ carnem uiuamus. Si enim secundũ carnem uixeritis, moriemini. Si ãt spũ facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et ad Galatas. Spiritu ambulate, & desyderia carnis nõ perficietis. Sed & tu mihi responde, cur ad Corinth. gloriat̃ dicẽs. Castigo cor-
.i.ad Cor.ix. pus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis ꝑdicauerim, ipse reprobus efficiar. Nunqd nõ sciebat eos esse Christi, qui carnẽ suã crucifixerũt cũ uitiis & cõcupiscẽtiis? Et hoc forte est stigmata
Ad Galatas.v. dñi Iesu in corpore portare. An forte iudicio tuo mentitur Paulus
Ad Galatas vi. dicens. Bonum est non manducare carnes, & non bibere uinum, in
Ad Ro.xiiii. quo frater tuus offendit̃ &c. Aut frustra Timoth. scribit, ut se castũ
.i.Timoth.v. custodiat, modico uino utat̃ propter stomachũ/& frequẽtes infir-
Ad Philippẽ.iii. mitates? An plus hi deo placebunt, quorum deus uenter est. Et sic fiunt inimici crucis Christi, quam illi qui circuierunt in melotis/in
Ad Hebræos.xii. pellibus caprinis/egentes/angustiati/afflicti, in solitudinibus erran tes, in mõtibus/& speluncis/& in cauernis terræ? Qd' si hæc in aliũ
.ii.Corinth.ii. sensum traxeris, re uera uerbũ dei adulteras cõtra uerbũ apli. Quid
.i.Petri.iiii. enim apertius dicere potuisset ꝑ mortificatione carnis, quã ea quæ modo audiuimus? An non illud idem princeps aploꝝ uoluit dicẽs. Christo in carne passo, & uos eadẽ cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, ut iam non desyderiis hominũ, sed uolũtate dei qd' reliquũ est, in carne uiuat temporis. Sufficit ei ꝑteritũ tẽpus ad uolũtatẽ gentiũ cõsumandã his, qui ambulauerũt in luxuriis/desyderiis/uinolentiis/cõmessationibus/potationibus/ ebrietatibus. Mille sunt illius generis, quæ ab aplis uerbo & exẽplo tradita sũt, ea reiicere nõ debem9, neq; licebit unq̃. Et iã uelim iterũ hęc ꝑmonuisse, si particulatim, ut aiũt, in euangeliis/ac cęteris aplis essẽt oia declarata, supuacaneũ fuisset aplos primũ celebrare cõciliũ ac eplãm cõdere ꝑ gẽtibus decretalẽ. frustra quoq; diceremꝰ sãctos pfes ĩ Nicẽa synodo/ĩ Sardiceñ/Calcedoñ/ aliisq; cõuenisse cõciliis. Qd si scripturæ nulla fuit ambiguitas, cur tot habemus iterpretes? cur te interpt̃e antesignanũ qdã haberi uolunt? Dein scis qũo sit in euãg. dictũ, Qd tibi ñ uis, alteri ne feceris. An nõ lex ista gñalis mlta eget declaratiõe. & uos ĩ theologica classe repositi, negar̃ nõ potestis

in his duobus pceptis pêdere legem/atq; pphetas. Dilige dñm deũ tuũ, & pximũ tuũ sicut te ipsum. Sed mihi dicas, si satis erat, cur ita multiplicas loqui? cur tot chiliades imo tot miriades nobis in lege dñi nihil uel parũ intelligẽtibus pponitis? nunqd nõ respõdere oportet ab hoc pcepto generali ad casus indiuiduos ita descendere oportet quasi in isagogis Porphyrii descẽdas ex genere ad speciem. ac indiuidua, uel quasi a sẽsu cõi pertexeris ad iudiciũ particulare. nõ hic dicere audeo, qd' est apud utriusq; philosophiæ philosophos de cognitiõe cõfusa/atq; disticta. Sed tu mihi rñde an ne errauerint Orientales/ac Occidẽtales epi/psbyteri atq; doctores, qui post euangelium/post epĺas Pauli formã atq; legem dederũt iustitię faciẽdę? An non probas Martianũ imperatorẽ, qui prius epoꝝ/ac sacerdotũ iudicia firmat? Si non errarũt hi, nõ errauit Gregorius, qui hęc in unũ cõgessit. Sed nec nos tã stupidos esse arbitreris, ut ignoremus quo ordine/qua dignitate/imo quali iudicio decretales legere possimus. Scis quid scripserit Socrates de Theophilo, qui libris Orige. abdicare nolebat, quanq̃ in aduersus multos pugnantes habuerit, imo pter Orig. libros dãnãdos in Calcedonia multi conuenerũt. Interrogabat idẽ Theophilus cur tñ libros Origenis amplecteret, & ita respondit, Origenis libri similes sunt prato uniuersis floribus pleno. quicqd ergo in eis bonũ inuenero, hoc decerpo. siqd uero mihi spinosum occurrerit, hoc quasi quo pũgor obmitto. Ea ppter & apd Hiero. ita scriptũ legimus. Locutus sum me ita Orig. legisse, ut llegere, ut Apollinariũ/uel cæteros tractatores, quos in qbusdã libris nõ recipit eccĺia. nõ quo oĩa dicã esse dãnanda quę in eoꝝ uolũminibus cõtinent, sed q̃ quędã rephẽdẽda cõfitear. Verũ qa operis mei est & studii multos legere, ut ex plurimis diuersos flores carpã, non tã pbaturus oĩa, q̃ quę bona sunt, electurus. Assumo multos in manus meas, ut a multis multa cognoscã. Vides mõ quo pacto Theophilus/ac Hiero. Orig. ac cæteroꝝ libros legerint. Qd si in Origene pmittit, cur in decretalib9 id fieri uetas? Si ita pcesseris, nemo leget Platonẽ, cũ & in Platone sint, quæ cauere oportet. nemo Lactantiũ Firmianũ leget, cum & in illo sint, quę iuste reiicias. Nunqd nõ Lactãtius in libris suis & maxime in epĺis ad Demetrianũ spũssanctũ negat sustãtiã errore iudaico dicit cũ ad patrẽ referri, uel ad filiũ, & sanctificationẽ utriusq; personæ sub eius nomine demõstrari? Sed quis mihi interdicere posset, ut cũ Hiero. ad Pamachiũ/& Oceanũ

Martianus imperator

Iudicium de libris Origenis

De Orig. Theophili Alexandrini epi crisis

Hiero.

Plato

Lactantius

loquar, ne legam institutionum eius libros, quibus contra gentes scripsit fortissime. Qd' si nihil admiseris uel audire/uel uidere q̃ qd' euangeliũ spirat (qd' tamen omni scripturę prępone̅dũ existimo) dic mihi quo demum philosophiam coniicias? nunquid in latriã quam tamen totis uiri bus studendam suadet. D. Aur. Augustinus Qd' si unius euangelii dumtaxat unum petis auditorium haberi, dic mihi quis nostros medebitur ægrotos, si nulli sunt medici, aut quis faciet iudiciũ/atq; iustitiã, si nemo duodecim tabulas/senatus consulta legerit? aut nemo Vlpiani/Caii/Sceuolæ/Modestini/Pomponii/Iuliani/Hermogenis/Labeonis/Marcelli/Massurii/Papiniani/Calistrati/Florẽtini/Pauli/Calixti/Necatii/Alphonii/Aphricani Triphonii/Proculi/Tertuliani/Neuiæ/Britii/Manilii/ac aliorum iurisprudẽtum leges adoriri debet. Qd' si ita senseris, cito inter duo fiet alteꝝ, aut præter theologos dãnabis fere oẽs, aut respublica tota corruet. Hæc dixisse uelim, non q̄ aulæ Ro. uitia probem, qui ex Luciano didicerim, qd eueniat his, qui mercede cõducti, in diuitũ familiis uiuũt. Et scio q̄ uitę aulicę sorores aut poti9 pedissequę sũt spes uana/fallacia turpis/seruitus laboriosa/labor ingens/cana senectus/contumelia/ac tandẽ omnis salutis ac fortunę desperatio. Sed ꝓpterea non uident' mihi abolenda iura, qd oportunũ ac necessariũ uisum mihi fuerit in epoꝝ cõsistoriis habere certã iudicãdi normã, ne qd hic iustum alibi uideat' iniustũ. At tu id quęris, ut nos sacerdotes cõtra tot sęcula iudicio ciuiliũ legũ subiiciamur. Hoc cõsulat qsqs uelit. Ego nũq̃ accedã. Nunc ad te sermonem uerto. Legisti ne Cõstãtii imperatoris/& liberii Ro. põtificis dyalogũ? An nõ legisti qd hic Liberius Cõstãtio respondeat? Noli (inqt per epos uindicare tuas inimicitias? Aut nũq̃ legisti dyalogũ Petiliani/atq; Augustini, ubi in. 2. lib. cõtra literas Petiliani. c. 8. sic ait. Verba legis dicitis, sed in quos dicatis, non attenditis. Qd' si diabolus uerba legis dicebat, tñ cui diceret nõ agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascensurũ, deorsum uolebat deiicere. nos aũt corpus eiusdẽ capitis, qd per totã terrã diffusũ est, ad exiguã partẽ uultis redire. Certe ipse pauloante dixisti nos legẽ nosse, & legaliter loqui. Sed in Actibus erubescere Dicis qdẽ ista nihil ꝓbãs. Sed & si de aliqbus ꝓbares, de his cęteris nõ ꝑscriberes. Verũtamen si oẽs per totũ orbem tales essent, quales uanissime criminaris &c. Mutes itaq; sententiã, & nos de te mutare iudiciũ olim discernus. Iudicamus aũt te osorem/& isectatorẽ oim.

LVTHERVS


Eniq; eo deuenit legum Ro. studium & euangelii neglectus, ut necesse habuerint statuere in concilio nouissimo animam immortalem. Quid putas hoc decretum indicat?

FABER


Vnquid nō contra Arrium presbyterum Alexandrinū pugnauit ex omni latere euangeliū? tamen homousion idest eiusdem cum patre substantiæ filiū patris credere recusauit. & ut nobis historiæ tradunt, in primis patres illud in concilio Niceno firmissima sententia pronūciarunt. Huius symbolū forsan sæpe legisti. Et licet anathemate fuerit ipsius Arrii damnata sententia, ac etiam per Constantinum imperatorem roborata, tamen sequentibus temporibus non semel sancti patres hanc Niceni concilii sanctionē firmarunt. Ita primus canon Antiocheni concilii testatur. Ita legitur factum in Ephesina synodo, imo fere nullum post hoc fuit celebratum concilium, quod non decreta concilii Niceni firmarit. Sed & non ignoras quid ad Flauianum Constantinopolitanum ep̄m scripserit Leo papa contra Euichetem & Nestorium. Huius epistolæ tāta fuit auctoritas, ut nobis historiæ tradunt, q; Leo hanc supra sepulchrū sancti Petri apostoli posuerit ieiuniis/& orationibus insistēs dixit. Quicquid in hac ep̄la erraui, tu cui ecclesiarum cura commissa est, emenda atq; corrige. Et post dies. 40. orāti illi Petrus apparuit dicēs, Legi & emēdaui. Accipiēs itaq; epistolam Leo, inuenit eam manibus apostoli emendatam/& correctam, quā ad Flauianum ep̄m Constantinopolitāum dirigere mox curauit. Sed quoties hāc putas esse firmatam ac repetitam nō tam a Romano pontifice q̄ a sanctis patribus in sanctissimis conuentibus congregatis? Ita & de anima, si ita factum fuerit, putas ne nulla possit excusatione tueri? Non est contra cōsuetudinem patrū rem antea diffinitam denuo firmare, siue damnare. At illius diffinitionis cā nō erat, qd hi animā imortalē uel nescirēt, uel dubitarent. Sed quia tu ipse scis a pluribus annis, p atris & focis in philosophorum palestra disputatū fuerat an in Aristotelis uia anima hominis esset

Ep̄la ad Flauianū Constantinopolitanum

mortalis/uel imortalis. Fuere nōnulli,qui imortalitatem animæ ex hoc dicto ꝓbare uolebant,quo princeps peripatheticoꝝ ait separaŕ hoc ab hoc tāq̄ corruptibile ab incorruptibili. Fuere dein e diuerso aliqui proferentes contrarias ex Aristotele sententias.& hæc conflictatio adeo cōmunis erat,ut fere nullus in philosophia congressus fieret,quo nō hæc traherentur in dubium.Vnde ad abusionem illā quam nemo bonus probauit, sic in Lateranensi concilio decretum fuit. Leo eps̄ seruus seruorum dei ad perpetuā rei memoriam sacro approbante concilio. Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsat,ut medendis animarum languoribus,quaꝝ nos ex alto omnipotens auctor curam habere uoluit,iis potissimum, quæ instantius fideles nūc urgere cernunŕ, salutifero olei & uini medicamine ad instar Samaritani in euangelio sollicitam operam impēdamus, ne nobis illud Hieremiæ obiiciatur. Nunquid Resina non est in Galaad,aut medicus non est ibi. Quum itaq; diebus nostris(quod dolēter ferim9) zizaniȩ seminator antiquus humani generis hostis antiquus nōnullos ꝑnitiosissimos errores a fidelibus semp explosos in agro dn̄i superseminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, qđ uidelicet mortalis sit,aut unica in cūctis hominibus.Et nonnulli temere philosophantes,scd̄m saltem philosophiam uerum esse asseuerant.Contra huiusmodi pestem oportuna remedia adhibere cupiētes,hoc,sacro approbante cōcilio,dānamus ac reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse,aut unicam in cunctis hominibus,& hæc in dubium uertētes, cū illa nō solū per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone fe. re. Clementis.).prædecessoris nostri in generali Viennēsi cōcilio edito cōtineŕ. Verum & imortalis,& pro corporū, quibus infundiŕ,multitudine singulariter multiplicabilis,& multiplicata,& multiplicanda sit,quod manifeste ostentat ex euāgelio, cum dominus ait.Animam autē occidere nō possunt. Et alibi.Qui odit animam suam in hoc mundo,in uitam ęternam custodit eam. Et cū æterna pręmia/& æterna supplicia pro merito uitæ iudicādis repromittit,alias incarnatio,& alia Christi misteria nobis minime ꝓfuissent,nec resurrectio expectāda foret, ac sācti & miserabiliores essent(iuxta apostolū)cunctis hominibus.Cūq; uerū uero minime contradicat, omnem assertionem ueritati illuminatæ fidei cōtrariā omnino falsam esse diffinimus,& ut aliter dogmatizare non liceat,

Bulla sup īmortalitate animæ cōtra quosdam philosophos

districtius inhibemus. Omnesq; huiusmodi assertionib9 inhærẽtes ueluti dãnatissimas hæreses seminantes, per omnia ut detestabiles & abhominabiles hęreticos/& infideles catholicã fidẽ labefactãtes, uitandos/& puniendos fore decernimus. Insuper oibus & singulis philosophis in uniuersitatib9 studioꝝ generalium & alibi publice legentibus districte præcipiendo, mandamus, ut cũ philosophorũ principia/aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscunt, auditoribus legerint/seu explanauerint, quale hoc de animę mortalitate, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneant ueritatem religionis christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo, pro posse docere, ac omni studio hmõi philosophorũ argumẽta, cum omnia solubilia existant, pro uiribus excludere/atq; resoluere. Hæc sunt huius Lateranensis concilii decreta. Sed quid hic depræhendes aliud q̃ abusum in disputantium area reprobatũ. Dic etiã nũquid non tibi cæterisq; licuerit explodere quęstionem a grauibus etiam theologis sæpe uersatam, an Christus posuerit suppositati sub specie equina/uel asinina? Et Luciani Icaromenippum nemo non laudauit, quo stultas philosophoꝝ q̃stiones de dyametro terrę/de athomis/de distãtia terrę & Lunę/de duabus negationibus unam affirmationẽ faciẽtibus, & id genus tricas Siculis gitis uanio res irrisit. Ita mirũ nõ fuerit, si ad exibilandã hanc uanã quęstionẽ etiam in Lateranensi concilio patres propter imortalitatem animæ ita statuerint, maxime ne de hac re nemo in posterũ ita curiose perquireret. Alioquin nunq̃ eos tam crassi iudicii fuisse crediderim, ut imortalitatẽ animæ in dubiũ reuocarint, & illius sessionis decretũ licet tibi displiceat, nostro tñ Erasmo, si diligenter quęsieris, mirum in modũ placuisse iuenies, & maxime in scholiis epł̃ ad Eustochiũ Lucianus

LVTHERVS



Ita unusquisq; in sensu suo abundet. Mihi decretorum auctores sunt Gregorius .9. Bonifacius .8. Clemens .5. & extrauagantium põtifices, q; his a gentibus in publicum sparsa & præcepta sunt, & omnia stabilita, quæ instar Gregorii/August. Hierony. Bernardi/& alioꝝ, uel in bibliothecis, uel in arcis pro cuiusq; arbitrio consulenda citra ullum periculum relicta fuissent, felicior esset ecclesia. Nunc uero qñ summis

articulis fidei æquatur ab adulatoribus aūt & præferuntur fructū illarum habentes, ordinis ecclesiastici confusionem/conscientiarū horrēdas carnificinas/euangelii ignorantiam/scelerę impientissimā licentiam/adulatorę Romanēsium odiosissimam tyrannidē, donec id metuerint, ut sub uasto cœlo nō sit nomē odiosius/& graueolentius q̄ nomen Romanæ curiæ.

FABER



PAtellæ uitiorum nullum faciam operculum. Si ciuitas fidelis facta est meretrix, cū Esaia doleo. & forsā Esaias es, cui dictū est a domino. Dissolue colligationes tuas, aut synalagmata, idest cōmutationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Fateor in beneficiorum prouisionibus tot clausulas/tot regulas & derogationes esse uanas atq; superfluas, ut nisi cassarit eas, ac e medio tollat ille, qui nup nobis solius dei prouidentia Romanus contigit episcopus. Non uideo res ecclesiarum demum subsistere posse. ex eo tamen speramus conuerti praua in directa, & aspera in uias planas. Interim tū mi Luthere adhuc stat, quod est apud Hieronymum. Plangite Babylonem, & accipite resinam correctionis eius. Sed nunquid Resina nō est in Galaad, aut medicus non est ibi? Resinam autem oportet esse rationabilem, ut est apud Origenem in Hiere. homelia. 2. ita ut malagma paremus cui nō desit oleum, quo sanetur misera ciuitas, & curata desinat esse quod fuerat. Rationabilem autem etiam eam dicimus esse, quæ procul est a tumultuaria siue sæuera correptione, de qua supra non nihil traditū est. Correptio autem ut placeat domino citra iniuriā detractionis fieri debet. Et hanc normam per multa capita tradit August. in lib. de cōflict. ui. & uir. Dem tibi itaq; qd capere possis uulpes, imo iugulare, uineam domini exterminātes. Sis & Daniel, qui possis increpare seruos peccātes. Aut alter Amos pastor capraræ cui sit data libertas, ut in sacerdotum principes dicas quicquid in buccam uenerit. tamen modus seruandus erat, nec erat transiliēda statera. Vidisti forsan epistolam Maxentii/Ioannis serui dei ad monachos Scytarę, ubi inter cætera sic ait. Qui quēlibet quasi errantē obiurgat, nec instruit quid sequatur, nō beneuolus doctor ostēdit, sed criminator inuidus denotatur. Vnde non est facile credendum

Esaias. lviii.

Hierem. viii.

hanc illius epistolam esse,cuius fertur nomine inscripta,psertim cū in ea nihil,uti diximus,rationis cōsequentiæ reperiat. Sed tota criminationibus/obtrectationibusq; uanis(quæ solent ex rancore aduersantis procedere animi)uideatur referta. hæc Maxentius. Sint itaq; nonnulli principes ueluti rugientes leones / iudices,sicut lupi Arabiæ,imanes pphetæ/uesani uiri/infideles sacerdotes polluerint sanctum,iniuste egerint contra legem,ut est Sopho.3. Tamen receptissima Hieronymi sententia est. Presbyteri mali,qui Susannam uiolare cupierūt,ceteros psbyteros,qui bene uixerint,nō condēnēt. Et mali principes, quos describit sermo propheticus nō sunt bonis principibus contumeliæ. Memineris Nazianzeni in Monodia dicentis,facilius esse quæ cōsistunt dissoluere, q̄ iā collapsa restituere atq; aptare. Qd si te prouocatum a litigiosis esse dixeris, tibi Hiero. ad Titum respondeat dicens. Si sumus filii pacis,ut uelimus super nos pacem requiescere,& accessimus ad Hierusalem coelestem,quę ex pace nomen accepit cum his qui oderunt. Et quantum in nobis est, cum omnibus hominibus pacati simus,nō solum cū modestis sed etiam cum rixosis.

Sopho.
Hierony.
Nazianzenus

LVTHERVS



EX his credo intelligi me non fuisse tā crassæ ignorātiæ ut nescirem longe ante quadringentos annos decreta Ro. pōtificis nata. Alioquin quomodo certos quadringentos annos & nō plus aut minus potuissem recitare, quomodo iudicare,q esset frigidissima,qūo historias allegare,qūo textum scripturæ contrarium asserere, nisi diligentissime omnia prouidissem/& contulissem.

FABER




VTinam peruidisses omnia,& longe ante quadringētos annos non paruam ecclesiæ auctoritatem Roma. didicisses. Discere poteras,qui Augustinianus es,ex unico libro Augustini de unico baptismo cōtra Peti.c.14. Cū tempore Cypriani Stephanus Ro. eps nō solū nōn rebaptizauit hæreticos,uerum etiam hoc facientes,uel ut fieret decernentes,excō-

August.

municãdos esse cẽsebat. Quæ res una cũ aliis multis ueritati nostræ ualidum est argumentũ.

LVTHERVS


X his indiciis uolui nasuto lectori satisfactum, ut me non sine causa posuisse cognosceret. nec ignorantia sed industria sic locutum fuisse. Simul q̃ insidiose & adulatoriæ propositioni Eccii per omnia par referre uolui. Qui cum asseruisset ante tẽpora Siluestri Ro. ecclesiam fuisse aliis superiorẽ. Et ego persuasissimũ haberem Ecciũ nõ esse adeo impudentem ut publice mentiref, nec tam ignarũ historiaꝝ, ut hec uera crederet, insidias suspicatus sum, ut qui more sophistaꝝ & lubricitates istoꝝ protheoꝝ probe callerem, qui si uolent, falsum faciẽt uerũ, & uerũ mutent in falsum. cũ interim in aliis eum loquendi rigorẽ exigãt, ut nec uerba dei tuta corã eis sint. proinde uolui animosiorẽ ante diem triumphabũdum reddere, sicut ipse me formidabundũ usus est facere.

FABER


Triusq; hoc est Eccii ac tuas uices sæpe indolui. Sciebã esse scriptum ad Galatas. Si inuicem mordetis & remordetis, uidete ne ab inuicẽ consumamini, qđ Pauli dictũ Hiero. simpliciter accipiendũ credit, Ne detrahamus inuicẽ, ne maledicto nos putemus ulcisci, ne contristati contristari cupiamus. Et similes bestiaꝝ mordere pariter & remordere, ut post sequatur interitus atq; consumptio. Sed uter alteri causam, aut primam latrandi ansam dederit, alioꝝ esto iudicium. Vtcũq; tamẽ iuxta Gelasii sententiam reꝝ principia sunt perquirenda. Vtrunq; ut præceptorem ueneror. Tu me cartis nõ parum, Eccius me uiua uoce docuit. Et ex Quintiliano didici quid utriq; debeam. Sed heus tu Luthere cur Ecciũ hic mẽtiri dicis, forsan hoc ex Paulo didicisti, qui Cretenses semper mẽdaces ex Epimenidis oraculo facit. Aut ex Petro forsan didicisti, qui prędixit futuros magistros, qui in errore conuersati, libertatem illis promittẽtes, quum ipsi sint serui corruptionis. quibus melius erat non cognoscere uiam iustitiæ, q̃ post

Paulus
Hierony.

Gelasius

Quintilianus
Paulus

agnitionem retrorsum conuerti ab eo, qđ illius traditũ est mãdato. At de his alis, ad ecclesiã Ro. uenio, & qđ ad illã in p̃sentiarũ ptinet. Libere hoc dico, hoc sẽtio, qđ sãcta synodus Nicena decreuit. Vide ris quidẽ esse nõ solum contra concilia, sed & demum imperatores Iustinianũ/Theodosium/Constãtinum/Valẽtinianum/Carolum Magnus, q tibi cõtraria ante multa sæcula pfessi sunt. Dein lãgues hic circa quæstiones/& pugnas uerborũ, ex quibus secundũ Paulũ oriuntur inuidiæ/contẽtiones/blasphemiæ/suspitiones malæ/confutationes hominũ mẽte corruptorũ, dũmodo circa Petri ac ecclíæ Ro. primatum quæris an sit de iure diuino, nec ne. & ignoro hæc quæstio an rei conueniat. Docuit Paul. inanes quæstiones & quæ rei non conueniunt, imo quæ non ædificant, & quæ maxime lites generant, omnino uitandas. Et rectissime scripsit Constantinus imperator ad Alexandrum/& Arriũ. Huiusmodi quæstiones quæ nõ cuiusdam legis necessitate proponũtur inutilis uacationis tempus exquirũt. Et licet causa cuiuspiam naturalis exercitii fiant, tamen debemus ea intra sensum claudere, & nõ prompte in publica & cõciliabula deportare, nec oĩm auribus incõsulte cõmittere. Quãtus enim est unusquisq̃ hominũ, ut possit ita magnarũ rerum & ualde difficiliũ uirtutes ad perfectum inspicere, aut interpretari digne. Idem constantinus iterum ad episcopos in Tyriorũ urbe collectos scribens omnino questiones iurgiosas secari suadet ac iubet ita concludens. Vos qui sãcta mysteria diuinæ clementię perferre uidemini, decet custodire, ne talia agatis, quæ ad contentionem & odia pertinere noscuntur, et ut absolute dicam, quæ ad humani generis tendere uidentur interitum. An tu hæc seruaris, intra te cogitato. Quæstionem itaq̃ rixosam/captiosam/& plane tumultuariã habes super primatu Petri, an sit de iure diuino. Et interim, quod dolẽdũ est maxime, dũ hæc in utrãq̃ partem disputas, pessimã quæq̃ satis imprudẽter, ne dicã impudenter, de pontifice dicis. nec modo pontificem taxas, sed & nec parcis epis reliquisq̃ in sacris ministeriis quottidie uersantibus. Vide mi Luthere qualẽ hic theologũ agerẽ, si prima facie uelim inuestigare an imperium, an etiã monachatus sit de iure diuino. Et anteq̃ finẽ rei darẽ, multa effutirẽ inepte, licet nihil hic forte super monachatu curares, ita testante tuo libello de uotis monasticis oĩum arrogãtissimo. Hæc missa facio. Videamus an aliqua sit eorũ canonũ auctoritas, quibus primatus ecclesiæ Ro.

De quæstione captiosa

Cõstãtin. ad Alexandrũ & Arriũ

fundari uidetur. Primo omniũ itaq; præmitto, quod in .36. canone Carthagineñ cocilii cũ Bisacinis episcopis habetur. Ibi deciditur ut pter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt aũt canonicæ scripturæ noui testamẽti euangelioꝝ libri quatuor, Actus apostoloꝝ liber unus, Pauli apsi epistolæ .13. eiusdem ad Hebræos, una Apocalypsis Ioannis. Et in hoc cõcilio quanq̃ sic definitũ inueniam, tñ in synodo secundum Laodiciam Phrygiæ pacatione in .56. regula pro canonicis libris etiam haberi inuenio. Epistolas catholicas Iacobi unã, Petri primã & secundam, Iudæ unam, Ioãnis duas. Ex his scripturis canonicis maxime ex euangelioꝝ libris primatũ Petri firmatum esse dico, & maxime ex euangelio Matthæi ac Ioannis. Qđ si euãgelium omni careret interprete, a quouis etiã ignauo diceret Matthæi sedecimo de Petri persona intelligendum, eritq; sic de iure diuino. Sic ergo a Petri primatu, qui est de iure diuino primatum ecclesiæ Romanæ accepimus. Sed q; Ro. sedis mentio in euangelio aliquo facta sit, minime contendo. At hoc dico, qđ habet Maxentius ad Hormisdã scribens, Qđ christiana fides canonicis libris/& synodalibus disciplinis/ac patrũ regularibus constitutis, stabili & incõcusso tramite limitari debet, ea propter idem Maxentius anathematizat omnem sensum Pelagii/& Cœlestii, & omniũ, qui his similia sapiunt, suscipientes omnia, quæ in diuersis locis cõtra ipsos acta sunt, & scripta a præsulibus apostolicæ sedis .i. Innocẽtio/Bonifacio/Zosimo/Cœlestino/& Leone, Athico etiam Constantinopolitano, & Augustino etiã Aphricanæ prouinciæ epistolis. Et non grauat sancta synodus orthodoxoꝝ episcopoꝝ in Constantinopoli congregatorũ scribere Damaso papæ/ac reliquis sanctis episcopis in hæc uerba. Nos persecutiones/siue tribulationes/siue minas impiales/siue crudelitates iudicum/siue alias quaslibet tentationes hæreticoꝝ libenter sustinuimus pro euangelica fide, quæ in Nicea Bythiniæ a .318. patribus roborata dignoscitur. quæ si uera sunt, sicut nemo negare poterit hæc quæ Nicena synodus de primatu Ro. statuit ecclesiæ. Certe firma seruari debebunt. Et egregie nos docet Origenes in Matth. scribens homel. 19. ubi uerbum hoc tractat euangelicum querũdã dicentiũ. Ecce hic Christus, ecce illic. ecce in solitudine, nolite exire, ecce in domibus nolite credere. & inter cætera sic ait. Quoties canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis christianus consentit & credit,

Carthaginẽse concilium

Synodus secundã Laodiciã Phrygiæ pacatiane

Maxentius

Constantinopolitana synodus

Nicea Bythiniæ urbs

Origenes

& credit, uidentur dicere. Ecce in domibus est uerbū ueritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima & ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quẽadmodū per successionẽ ecclesiæ tradiderunt nobis. hęc Orig. Et Hieron. hancce fidẽ se seruaturū ait, quam suxit ab ubere materno. Proinde licet idẽ Hiero. doctissimus fuerit omniū, quos ea ætas habebat, noluit tñ aliud in hypostasibus etiã diuinis asserere, q̃ qđ iuberet Damasus Ro. sedis ẽps, Vide epistolam, & me uera dixisse reperies, & August. Propterea forsan auctoritati ecclesiæ tantum tribuit. Qđ ad me attinet, nihil saluti meæ minuet, etiã si pastores in mercenarios, ac oues in lupos abeant, efficiantur Neuri/siue Thanephii. Id .n. cū Origene dicam Pastores ecclesiaꝶ nisi ille pastor uenerit per se, bene gregẽ seruare non poterunt. Infirma est eoꝶ custodia, nisi Christus cū eis pauerit atq; seruauerit. Dudum siquidẽ in ap̃lo lectū est. Dei cooperatores sumus. Pastor bonus qui imitatur pastorem bonum, cooperator est dei/& Christi. Et propterea pastor bonus est, q habet secū pastorem optimū cõpascẽtẽ sibi. Quæ Origenis sententia, si uera est, si pastor est malus, imo pessimus in iusto dei examine, ꝓpterea reddet rationem, & reddet illi dominus secundum opera sua. Qui bene egerit, ibit in uitã æternã. qui uero male, in ignẽ æternū. Tamen interim neminẽ suo iure spoliãdū duco, & eo potissimū q̃ a sanctis p̃ribus per totidem sæcula cõparatum est. Addo ad hæc non esse necesse, ut ex biblia probẽtur oia. Siquidem & ueritati extra bibliam modo ab ecclesia recepta sit ex August. sententia non parū debemus. Hoc totus probat Aug. liber de ecclesiasticis dogmatibus. Et hac de re ꝓpriū est caput eiusdẽ August. in li. de assūptione Marię uirginis. Siquidem de Melchisedech sacerdotis dei excelsi iustitia, scriptura nihil loquitur. Nihil habemus de Heliæ & Enoch uita felici. Quanq̃ raptos eos scriptura testetur. Et de assūptione beatæ uirginis scriptura nihil cõmemorat, nisi qđ quęrẽdū ẽ ratione, qđ cõueniat ueritati, fiatq; ipsa ueritas auctoritas, sine qua nec est, nec ualet auctoritas. Et multa ac ꝓpemodū infinita sunt illius genera, quę tñ in ecclesia cassari nõ debẽt. At q̃ te semper q̃tū ex alto cõceditur, ad primitiuã ecclĩã imo tp̃a ap̃lica ꝓpius ducã, en tibi tandẽ Hirenæum Lugdunẽ ep̃m ꝓpono, quẽ tu ẽt negare nõ audebis. Et forsan illū si tibi olim uidere licuisset, nõ statuisses in animo tãtã inter Germanos nr̃os mouere tragœdiã. Is qđẽ in .3. lib. c. 5. cõtra hæreticos sic ait. Traditionẽ

Hieronymus

Augustinus

Orige. in Lucam hom elia. xii.

Nõ est necesse ut ex Biblia omnia probentur

Augustinus

aploꝝ in toto mundo manifestatã, in oī eccl'ia adest ꝑspicere oib us qui uera uelint audire, & habeamus annumerare eos, qui ab aplis instituti sūt epi in ecclesiis, & successores eoꝝ usq; ad nos, qui nihil tale docuerunt, neq; cognouerunt quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quę seorsum & latenter ab reliquis perfectos docebant, his uel maxime traderent ea, quibus etiã ipsas ecclesias cõmittebant. Valde enim perfectos & irreprahensibiles in omnibus eos uolebant esse, quos & successores relinquebãt, suum ipsoꝝ locũ magisterii tradentes, quibus emendate agentibus, fieret magna utilitas lapsis, aut summa calamitas. Sed qm̃ ualde lõgũ est in hoc tali uolumine oīum ecclesiaꝝ enumerare successiones, maxime & antiquissime & omnibus cognitis a gloriosissimis duobus aplis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutę ecclesiæ Eam quam habet ab apostolis traditionem/& annunciatam hominibus fidē per successiones epoꝝ peruenientē usq; ad nos, indicãtes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo uel per sibi placentiã uel uanam gloriam, uel per cœcitatem & sententiam malam, ꝑterq̃ oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conueniri ecclesiam, hoc est eos qui sunt undiq; fideles, in qua semper ab his, qui sunt undiq; cõseruata est ea, quæ est ab aplis traditio. Fundantes igit᷑ & instruentes beati apostoli ecclesiam, Lino episcopatum administrãdæ ecclesiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum apostolus meminit. Succedit autem ei Anacletus. Post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui & uidit aplos & contulit cum eis. Et cum adhuc insonantem ꝑdicationem apostolorum, & traditionē ante oculos haberet, nõ solũ cũ adhuc multi supererãt tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente dissensione nõ modica inter eos, qui Corintho essent fratres, facta scripsit, quæ est Romæ ecclesia, potentissimas literas Corinthiis ad pacem eos congregans & reparans fidem eoꝝ, & annũciãs quam in recēti ab apostolis receperant traditionem annunciantē unũ deũ omnipotentem factorem cœli & terræ, plasmatorem hominis, qui induxit cataclismum, & aduocauerit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui collocutus sit Mosi, qui legē disposuerat, & prophetas miserat, qui ignē ꝑparauerit diabolo/& angelis eius. Hunc patrē dñi nr̃i Iesu Christi ab eccl'iis annũciari ex ipsa scriptura, qui

Nota optime lector quid hic Hireneus habeat.

uelint discere,possunt,& apostolicę ecclesię traditionem intelligere, cum sit uetustior epistola his,qui nunc falso docent,& alterum deū super Demiurgum & factorem hoꝝ omniū,quę sunt,cōmentiunť. Huic autem Clemēti succedit Euaristus,& Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis constitutus est Xistus,& ab hoc Telesphorus, qui etiā gloriosissime martyriū fecit,ac deinceps Eginius, post Pius,postq; Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Sother, nūc duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione/& successione ea quæ est ab apostolis in ecclesia traditio & ueritatis pconatio peruenit usq; ad nos. & est plenissima hæc ostensio,unā & eandē uiuificatricem fidē esse, quæ in ecclesiis ab apostolis nunc sit conseruata & tradita in ueritate. Polycarpus aūt nō solum ab apostolis edoctus & cōuersatus cum multis, ex eis qui dn̄m nostrū uiderūt, sed etiā ab apostolis in Asia in ea quæ est Smyrnis, ecclesia constitutus episcopus, quem & nos uidimus in prima nostra ætate,multū enim perseuerauit,& ualde senex gloriosissime & uilissime martyrium faciēs,exiuit de hac uita. Hic docuit semper,quæ ab apostolis didicerat, quæ & ecclesiæ tradidit, & sola sunt uera. Testimonium his perhibent quæ sunt in Asia ecclesiæ oēs,& qui usq; adhuc successerūt Polycarpo,qui uir multo maioris auctoritatis est,& testis,& fidelioris ueritatis est testis q̄ Valētinus & Martion & reliqui qui sunt peruersæ sententiæ. Is enim est qui sub Aniceto cum aduenisset in urbē,multos ex his,quos pdiximus, hæreticos conuertit, in ecclesia dei unam & solam hanc ueritatem annuncians,ab apostolis percepisse se,quam & ecclesiæ tradidit. Et sunt qui audierunt eū dicentem,Quoniam Ioannes dn̄i discipulus in Epheso iens lauari, cum uidisset intus Corinthū,exilierit de balneo non lotus dicēs. Ne timeat q; balneum concidat,cū intus esset Corinthus inimicus ueritatis. Et ipse Polycarpus Martioni aliquādo occurrēti sibi & dicenti,Cognoscis nos. Respondit,Cognosco te primogenitū Satanæ. Tantum apostoli & hoꝝ discipuli habuerūt timorē,ut neq; uerbo tenus cōmunicarent alicui eoꝝ, qui adulterauerant ueritatem. Quēadmodū Paulus ait. Hæreticū aūt hominē post unā correptionē deuita,sciens qm̄ peruersus est,qui est talis,& a semetipso dānatus. Est aūt & epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima,ex qua & characterem fidei eius/& pdicationē ueritatis,qui uolunt,& curam habent suæ salutis,possunt discere.

NN ii

Sed & quæ est Ephesi ecclesia a Paulo quidẽ fundata, Ioanne aũt permanente apud eos usq; ad Traiani tempora, testis est uerę apostolorũ traditioni. hęc Hireneus. Sed quis fuerit Hireneus, partim hic, partim ex Hieronymo habes, qui ingenue illũ etiã Polycarpi discipulum fuisse testatur. At quid hic Hireneus ulterius habet? certe quod ad Romanam ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse sit omnem conuenire ecclesiam, hoc est eos, qui sũt undiq; fideles. Et q; Clemens ẽt utriusq; apl'i discipulus Corinthios ad pacem/& fidem acceptã reparauit. Et tu ex Aquilone ueniens, post mille ac trecẽtos & plures annos conaris tuo peruerso aut saltẽ peregrino, ut mitius loquar, dogmate, illud Petro illiusq; successoribus eripere, quod etiam temporibus Petri & Pauli apostolorum habuisse, compertissimum est, id temeritatem ac impudentiam esse dicunt aliqui. Ad priora nunc redeo mi Luthere. Tu dicis & facis omnes episcopos & sacerdotes æquales. Cur ergo in tricesimo quinto canone apostolo. sic legitur. Episcopos gẽtium scire cõuenit Quis inter eos primus habeatur, quem ueluti caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiã gerant. Et in Nicena synodo unde antiqua consuetudo per Aegyptum/Libyam/& Pentapolim uenit, q; Alexãdrinus episcopus omniũ habeat potestatem. Vnde urbis Romæ parilis mos erat. Dic ante trecẽtesimum annum quis hoc ordinauit? Nonne apostoli, teste Hireneo? Et tu non solũ apostata, sed & omnium apostatarũ seductor, quod inuitus me dicere cogis. Cur audes tantã præscriptionem infringere, quam nec ullus rusticus in decennalis agri possessione permitteret. Et quia sal es, qđ iã euanuit, unde nisi ingemueris, & conuersus fueris, ad nihilũ ualebis ultra, nisi q; mittaris foras, & cõculceris ab hominibus. Sed reuertere reuertere Sulamitis, reuertere, ut intueamur te.

Canon apostolorum. xxxv.

Canõ est Niceni concilii

LVTHERVS


PRima est. D. Hieronymus in epistola ad Euagrium sic scribẽs. Legimus in Esaia, Fatuus fatua loquit. Audio quendam in tantam erupisse uecordiam, ut dyaconos p̃sbyteris anteferat. Nã cũ apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos, quid patitur mẽsarum & uiduarũ minister, ut sup eos tumid9 se efferat, ad quorũ p̃ces corpus

& sanguis Christi conficitur? Quaeris auctoritatē? audi testimoniū. Paulus/& Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum epis & dyaconis. Vide aliud exemplū in Actibus apostolorum: ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus loquit. Attēdite uobis & uniuerso gregi, in quo spiritussanctus posuit episcopos, ut regatis ecclesiam dei, quā acquisiuit sanguine suo. ac ne quis contētiose in una ecclesia plures fuisse episcopos contendat, audiat aliud testimonium, in quo manifeste comprobatur eundem esse epm atque presbyterum. Propter hoc reliqui te Cretae, ut quae deerant, corrigeres, & constitueres episcopos per ciuitates, sicut tibi mandaui. Si quis est sine crimine unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut nō subditos. Oportet .n. episcopos sine crimine esse, sicut dei dispensatorem. Et ad Timoth. Noli negligere gratiam, quę data est tibi per prophetiā/& per impositionē manuū presbyteri. Sed & Petrus in epla prima. Presbyteros, qui in uobis sunt, precor ego conpresbyter & testis passionū Christi, & futurae quae reuelandę est gloriae particeps, regite gregē Christi, & inspicite non ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum, quodquidem graece significantius dicit ἐπισκοποῦντες. Vnde & nomen episcopi tractū est. Parua tibi uident tantorum testimonia uirorum. Clangat tuba euangelica filius tonitrui, quem Iesus plurimum amauit, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit, presbyter electae dominae & filius eius, quos ego diligo in ueritate. Et alia epla. Prebyter Gaio charissimo, quem ego in ueritate diligo. Qd autem postea unus electus est, qui caeteris prępōneretur, in remedium schismatis factū est, ne unusquisque ad se trahens, ecclesiam Christi rūperet. Nam & Alexandriae a Marco euangelista usque ad Esdrā/& Dionysium epos presbyteri semper unum ex se eligebāt. & in excelsiore gradu collocabant. Quem episcopum nominabant, quomodo si exercitus sibi imperatorem faciat. Dyaconi autem eligāt de se quem industrium nouerint, & archidiaconum nuncupent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Ro. urbis ecclesia, altera totius orbis aestimanda est, & Galliae/& Britanniae. Nam & Aphrica/& Persis/& Oriens/& India/& oēs barbarae nationes unum deum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si autem auctoritas quaeritur, orbis, maior est urbe, ubicunque episcopus fuerit siue Romae/siue Eugubii/siue Constantinopoli/siue

Rhegii/siue Alexandriæ/siue Thamis eiusdem meriti est,& eiusdē sacerdotii potentia diuitiarum/& humilitas paupertatis uel sublimio rem/uel inferiorem facit. Cæterum omnes apostolorum successores sunt. hæc. D. Hieronymus. Nihil de mutatione temporum loquor, nihil de iure positiuo hoc contendo. si unus episcopus iure diuino cæteris præfertur. Manifeste hic Hierony. hæresim docet non solū ipse (Nam soli ei non crederē) sed Petrus/Paulus/Ioannes/Lucas, quos inducit irrefragabiles auctores. Quis iis resistet? Cur adulator negat Ro. pontificem cæteris esse coepiscopum, cū primus Petrus se cōpresbyterū appellet? Si successores sunt Petri, quid erubescūt titulum sui pdecessoris, si nomen superbissimū sanctissimi summi maximi pontificis hæreditant ex recentibus. Cur non nomen cōpsbyteri & coepiscopi a primo? Obsecro an Petrus/Paulus/Ioānes Lucas/& omnes apostoli ignorauerūt quid uerbum Christi uoluit Tu es Petrus, & tibi dabo claues, & Pasce oues meas. Si me oino hæreticum clamant, qui omnia, quæ uolunt, tribuo Ro. pontifici, solum ne auctoritate scripturæ, idest mēdaciter facere cogar. parcāt S. Hieronymo tantis auctoritatibus munito. Proclamat ille longe impudētius epos potētia diuitiarum/& humilitate paupertatis inuicē esse uel sublimiores, uel inferiores. Ego consensu fideliū & decretis hominum id astruo. Cur non hunc irreuerentē/blasphemum/seditiosum bis septies cōburūt, hæreticæ prauitatis prauissimi inquisitores, aut me cum Hierony. interim sapere sināt, aut me cū Paulo Petro/Ioanne/Luca sentire. Si hoc non est satis, age cōburant sua decreta primum. Nam hæc epistola recitatur in decretis dist. 93. c. legimus, legitur/auditur/docetur / & approbatur hæc ab uniuersis in ecclesia Romana. Cur ergo unus prohibeor dicere/& sentire qd' ipsimet omnes dicunt/sentiuntq́/iubentq́ sentire. Hieronymus nō modo episcopos æquat inter se, sed & psbyteros episcopis cōparat, alterum ætatis/alterum officii nomen esse pronuncians. Ego longe reuerentius locutus, nihil peto, nisi ut contra hāc ueritatē nō cogar scripturas, & uerbum dei illudere, si dent Ro. pontifici quicquid uoluerunt, modo auctoritate scripturæ id non astruant. Sed & scripturas eorum sensui aptari patiar, modo ne hunc esse Germanum & solum sensum contendant. Sat ergo est q frigidissimis decretis primatus asseritur, qui feruentissimis dei uerbis negat. Sed audiamus iterum eundem in commentario super epistolam ad Titum.

Redis hic te uelut alter Hercules quendã aprũ cepisse Aetholicum. Sed certe te fallit inanis opinio. Siquidẽ nemo est etiam, qui primis dumtaxat labris theologiæ sacra prælibarit, qui ignoret episcopum etiam dici presbyterum. Presbyteros aũt hic eos puto, de qbus Hieron. in Esa. c. 4. Et tu si uidisses unq̃ Græcos, inuenisses quõ Suidas ac alii p̃sbyterũ interpretari soleãt, ut tamen saltem honoratior sit, ac habeatur. Sed putas a Petro, ac Paulo, Ioanne, & Luca recesserint sancta concilia ac Ro. pontifices alios non uocando coepiscopos, conpresbyteros, imo fratres? minime. Quod ut manifestum fiat, multis id scriptis tibi probabo. Tempore Constantini sic scriptum inuenio. Sanctæ magnæq; dei gratia Alexandrinæ ecclesię, & dilectissimis fratribus per Aegyptum, & Libyam, & Penthapolim constitutis congregati, & magnam sanctamq; synodũ in Nicea celebrãtes episcopi in dño salutẽ. Et ex Sardicensi cõcilio sic scriptũ inuenio. Sancta synodus dei gratia Sardice congregata ex urbe Romana, Hispaniis, Galliis Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Hepiri, Thracia &c. uniuersis episcopis, & cõministris sanctæ, & ap̃licę ecclesiæ dilectissimis fratribus in dño salutem. Sic etiam inuenię in epistola Damasi scribẽtis in hæc uerba. Damasus, & Valerianus & cæteri episcopi dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis ep̃is in dño salutem. Et iterum Domino fratri & consacerdoti Liberio Eustachius, Theophilus, & Siluanus in dño salutem. ac dein iterũ Dilectissimis fratribus & cõsacerdotib9 Eustachio &c. Et uniuersis Orientalibus orthodoxis Liberius episcopus, & Occidentales ep̃i in dño salutẽ. & in alia ep̃la. Dominis honorabilibus atq; ueneradis fratrib9 & cõministris Damaso, Ambrosio &c. & reliquis episcopis in Roma collectis, sancta synodus orthodoxorũ episcoporũ cõgregatorum in maxima ciuitate Constãtinopoli in dño salutem. Ex concilio Carthaginensi sancti patres ad sanctum Innocentium papam urbis Romę ita scripserũt. Dño beatissimo & honorãdissimo sancto fratri Innocẽtio papæ Aurelius Numidius &c. quibus Innocẽtius Aurelio, & omnibus sanctis episcopis, uel cæteris, qui in concilio Carthaginẽsi adfuerunt, dilectissimis fratribus in dño salutem. Et

Hieronymus

Nicena synodus

Sardiceñ conciliũ

Damasus

Conciliũ Constãtinopolitanum

Conciliũ Carthaginense

Mileuitarum concilium ex Mileuitano concilio ita scriptũ est. Domino beatissimo meritoq; uenerabili & in Christo honorando papæ Innocentio, Siluanus in dño salutem &c. in qua epistola ponunt hæc uerba. Sanctus filius tuus frater & conpresbyter noster Hieronymus. Idem Innocẽtius ita orditur. Innocentius Siluano/Seni/Valentino/& cæteris, qui in Mileuitana synodo interfuerunt, dilectiss. fratribus in dño salutẽ. Et in eadẽ epistola sic legit. Arbitror omnes fratres/& coepiscopos nostros nõ nisi ad Petrum. i. sui nominis & honoris auctorẽ referre debere, uelut nunc retulit uestra dilectio, q per totum mundum possit ecclesiis omnibus in cõmune prodesse. Possem & multa id genus adferre testimonia. Sed sicut ante mille annos seruauit Innocentius, ita & in hanc horam seruat Ro. episcopus, ita ut episcopis scribat fratribus. Nec unq̃ aliquis negauit, ut põtifex Ro. non esset sacerdos/cõpresbyter/siue coepiscopus. Per id tamen primatus ille Petri non fuit ademptus. At quid hoc sibi uult, q epi/& presbyteri una est ordinatio. Vterq; enim sacerdos est. sed eps primus est, ut omnis eps presbyter sit, non tamen omnis psbyter eps. Ita Ambro. in epistolam ad Timoth. Et met hic fatet Hieron. q aliquid faciat eps, qd non possit presbyter. Sed de Paulo/& Timotheo hoc dico q Paulus Timotheum presbyterum ordinatum significat. Sed qa ante se alterum nõ habebat, episcopus erat. Et quia secundũ Hiero. presbyter ordinare nõ potest, eo q episcopus presbytero maior est. Vnde miror cur adhuc epm per omnia æquare uelis psbytero. nec minus miror cur ordinẽ non sinas esse sacramentum. Sed dic, quis præripuit hãc potestatem presbyteris, ne possint ordinare? An iterum nõ credes, dum id in euangelio non sit. An nõ demum asseres aliqua etiam uera esse, perpetuoq; seruanda, quæ tamen scripta nõ sunt. Sed quid ad Chrysost. dices, qui in eadẽ epistola ad Timoth. homil. 11. sic ait. Postq̃ de episcopis dixit, eosq; formauit, quidnam illos habere conueniat, a quo item abstinere necessum sit, dictans, omisso interim presbyterorum ordine, ad dyaconos transiit. Cur id quæso? Quia scilicet inter episcopũ atq; presbyterum interest ferme nihil. Quippe & psbyteris ecclesiæ cura permissa est, & quæ de epis dixit, ea etiam presbyteris congruunt. Sola quippe ordinatione sũt illis superiores, atq; hoc tantum plus q̃ presbyteri habere uidentur. hæc Chrysosto. Responde mihi quid hic sanctus ille uir uelit. An putas hũc humana passum, q pulchre tibi resoluit. Quare in epis

Innocentius

Ambro.

Hierony.

Chrysost.

ad Titum & Timotheum magister gentium non uideatur fecisse discrimen inter episcopum atq; presbyterum. Sed forte adhuc antiquiorem expectas. Vide ergo canones Ancyrani cōcilii, quod ab Antiocheno/& Alexandrino episcopis ante sacrū Nicenum cōciliū celebratum fuit, & inuenies discrimē inter sacerdotes & episcopos. Sed & Clemētem/Ignatiū/Hireneum/& Dionysium tibi propono, discipulosq; domini discipulos, qui ubiq; discrimen inter episcopos & sacerdotes faciunt. & uide Dionysium de ecclesiastica hierarchia & me uera dixisse luce clarius deprehēdes. Licet ergo Paulus præcepta dederit pro qualitate episcopi, tñ cū illa sat recte presbyteris conuenire possint, iuxta Chrysostomi sententiam, presbyterorum ordinem omisit, ac de eo nihil statuit, nō ꝙ etiā in Paulo episcopus & presbyter per omnia idem essent. Nominis autem cōmunionem eo uenisse credo; ꝙ episcopus/& p̄sbyter nomina sunt officiorum. Quod & Augustinus docet in. 19. de ciuitate dei. c. 19. Et docet hoc Paulus dicēs. Qui episcopatum desyderat, bonum opus desyderat. Et quando Paulus ad Titum scribit. Constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui, factum sit, ut ciuitatibus singulis singuli præficerentur epi. Neq; enim uolebat insulam uniuersam, inquit Theophilactus, uni episcopo demādari, sed unāquāq; urbē proprium habere pastorem iniunxit, existimans hoc modo leuiorē fore toleratu laborem, & diligentius hos populum curaturos. Id & in actis apostolorum factū esse legimus, ubi sic scriptum est. Cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros. Sed ad Paulū scribentem ad Philippenses in hæc uerba. Paulus/& Timotheus serui Iesu Christi oibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis/& dyaconis &c. Hic presbyteratū tollere nō uidet. Vnde sic Vulgarius habet. Episcopos sacerdotes dicit. Neq; enim plures præter unum erant episcopi, qui singulis ciuitatibus præsiderent. Quippe cum nōdum essent huiusmodi nomina dispartita, sed episcopi tātum dyaconi & presbyteri dicebantur, quēadmodū ad Timotheum, qui episcopi munere fungeretur, scribens, sic inqt. Ministerium tuum & dyaconatum perficio. Et rursum. Quod tibi traditum est, cū impositione manus presbyterii, hoc est episcoporum. Neq; .n. sacerdotes episcopū cōsecrabāt. & cōtra p̄sbyteri epi nomē sortiebant, ut q curę populi inuigilarēt, purgarētq;, & illuminarent quos foret necesse. Cuius rei gratia ad clerum nunc scribit, qd' alias

Augustinus

Paulus ad Titum

Theophilactus

Actuum. xiiii.

Paulus ad Philippenses

Vulgarius eps

nunq̄ egit. Miserant enim illi epaphroditum, qui necessaria sibi detulerat. hæc Theophilactus. Habes itaq; ex Chrysost. Vulgariæ episcopo, imo in hoc ipso Hieronymi loco non per omnia parem fuisse potestatem episcopis/atq; presbyteris. Siquidem ordinarunt & consecrarunt episcopi presbyteros. Sed non ordinarunt aut consecrarunt presbyteri episcopos. Et iste ordo uidet̄ re uera ex aplica ordinatione seruatus, atq; sic de iure diuino Paulus episcopus erat, Timotheus pariter episcopus erat, uterq; sacerdos. Vnde scriptum est. Paulus & Timotheus serui Iesu Christi cū epis &c. Quæ quidē

Ambrosius

epistola iuxta mentem Ambrosii non ita debet intelligi, ut Paulus scribat ad epos / atq; dyaconos Philippeñ, sed q̄ scribat ad plebem. Nam si episcopis scriberet/& dyaconib9, ad personas eo⁊ scriberet, & loci ipsius episcopos scribēdum erat, non duobus uel tribus, sicut & ad Titū/& Timotheū. Sed quō epm & sacerdotem pares demū facis? Nunquid non in Arrii errorē itę⁊ laberis incaute, qui pariter epos/& p̄sbyteros æquales esse uolebat. Vtcūq; tamen fuerit pro in

Hieron. in. ii. lib. cōtra Iouinianū

tellectu Hieronymi tres ex Hierōn. locos tibi obiiciam. Dic mihi cur inter ipsos leuitas & sacerdotes, sancta sancto⁊ ubi Cherubim & propitiatorium est, pōtifex solus ingreditur? Quare reliqui sacerdotes lineis tantum utuntur uestibus, & non habent indumentum auro/hiacyntho/cocco/purpura/byssoq; cōtextū? Inferioris gradus leuitæ/& sacerdotes plaustra & boues accipiūt. Maioris ordinis gestant arcā humeris suis. Si tollis ordinem tabernaculi tēpli ecclīæ, Si omnes, qui a dextris, sunt corpus unū, & ut uulgo dicit̄, frustra ne quicq̄ epi frustra p̄sbyteri sine causa dyaconi sunt. Vides ne hic ordinem tabernaculi ita statutum, ut sit pontifex, sint p̄sbyteri, sint

Hieron. ad Fabiolam d̄ veste sacer.

leuitæ. Sed dic quæso quæ sunt pontificis? Pontifex caput suum nō discooperiet, habet cydarim, & nomē dei portat in frōte, diademate ornatus est regio, uestimenta sua non scindet, super omnem animā, quæ mortua est, non ingreditur, super patre suo & matre sua non inquinabit̄, de sanctis non egreditur, & non polluet sanctificationē dei sui, uxorem uirginem, uiduam aūt/& eiectam/& meretricem nō accipiet. Hę sunt leges, hęc sunt priuilegia pōtificis. Cum pontifice conueniunt quædam sacerdotibus cōmunia, & hęc sunt fœminalia linea, quæ usq; ad genua/& poplices ueniūt &c. Non dicam hic de lamina aurea, de rationali/& superhumerali. Omitto tintinabula & quare pontificis gressus & motus/& uniuersa fuere uocalia. Hęc

omnia signabant mysteria noui testamenti. De Abraham quomõ figurarit summum sacerdotem, supra docuimus. Sed ꝙ presbyteri signati fuerint per filios Aaron in hac eadẽ epistola, quã habemus in manibus, testatur Hierony. ad Euagrium. Hoc idem tu addere debueras, nec omittere, & rectum intellectum, quisquis hęc legisset, habere poterat. Siquidem sic adiecit Hiero. Presbyter & episcopus aliud ętatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum/& ad Timotheum de ordinatione episcopi & dyaconi dicit. De presbyteris omnino reticetur, quia in episcopo & presbyter continetur, qui de minori ad maius prouehitur. Vt igitur ex presbytero ordinetur dyaconus, & presbytero minor dyaconus comprobetur, in quẽ crescit ex paruo. Aut si ex dyacono ordinetur p̄sbyter, nou erit se lucris minorem, sacerdotio maiorem. Et sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri esse testamento, ꝙ Aaron & filii eius atq; leuitę in templo fuerunt, hoc sibi episcopi/& presbyteri/& dyaconi uendicẽt in ecclesia. Hęc Hiero. Hic ex utroq; Hieron. loco habes episcopos per Aaron, presbyteros per filios illius, & dyaconos per leuitas fuisse signatos. Sed dic quęso Luthere an non fuerit leuita presbytero minor, & presbyter minor pontifice? An non tenebis presbyterum ętatis/& episcopum dignitatis esse nomen? Quanquã & hic discedere nolim ab eiusdẽ Hieron. sententia in Esaiã. Sed forte adhuc nõ credis. Addam aliud ex Hiero. dictum. Verissime orthodoxus mihi dixisse uidetur, Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet. Cui si non exors quædam & ab oĩbus eminẽs detur potestas, tot in ecclesiis efficientur schismata quot sacerdotes. Inde uenit ut sine chrismate & ep̄i iussione nec presbyter neq; dyaconus ius habeant baptizandi, quod frequẽter (si tamen necessitas cogit) scimus etiam licere laicis. hęc Hieron. Sed adhuc forte non credis, nisi te arctius stringam. Responde si potes an mentiatur Hierony. de Petro scribẽs. Inter apostolos unus in caput pręponitur cęteris, ut schismatis tollat occasio. Quoties ergo tu mihi ex Hieron. obieceris in primis post longa tempora presbyteris ep̄m esse p̄positum, toties tibi hic obiiciam Hieron. rotundo ore testantem, eapropter Petrum etiam apostolis esse propositũ, ut schismatis tollat occasio. Sed forte miraberis quo pacto sanctum hunc uirum imo Petrum Paulum/Ioannem/Lucam saluari uelimus. certe id facillime fieri potest. Siquidem p̄sbyter est nomen tantę dignitatis/tantiq; p̄conii

Hier. ad Euagriũ

Hieron. aduersus Lucifer.

Hiero. li. i. aduer. Iouinianum

Presbyter nomen est magnę dignitatis

ut nec Petrus/nec Paulus huius nominis unq̄ erubuerint. Huius rei & si testimonia non pauca sint, hoc unū tamen tibi sufficiat, q̄ Moses iubetur eos eligere presbyteros, qui uere presbyteri sint. Et

.i. Timothei.v. eapropter forsan qui bene pręsunt presbyteri, duplici honore digni

Ad Titum.i. sunt. Et ita iubetur Titus constituere per ciuitates presbyteros, qđ

Actuum.iiii. Actuum.4. actum esse legimus. Sed hic mihi responde, In sancto Christi cætu nunquid non fuerunt apostoli? fuerunt discipuli? aplī .12. discipuli .72. Sed dices ne discipulos apostolis æquales fuisse?

Dionysius Hoc ego dico quotquot de hac re unq̄ scripserūt, inter quos & Dionysius fuit. Apostolos epōrū/& discipulos sacerdotū figuras fuisse intrepide testantur. Quicquid ergo hic dicitur, in nomine consistit.

Theophilactus Nec tamen res ipsa nec dignitas rei amittitur. Ita Theophilactus

Hieronymus in dicta epistola ad Philippēses inferre uidet̃. Et hoc est qđ Hiero. habet in epistola ad Paulinum de institutione monachi, ubi dicit.

Apostolici viri Episcopi & presbyteri habeant in exemplum apostolos/& aplīcos uiros, quoꝝ honorē possidentes, habere nitant̃ & meritum. Vbi p̄ apostolicos uiros hic ex alio loco discipulos intelligo. Qđ si tu etiā inter apostolos nullū potestatis discrimen fuisse cōtendis, dic mihi in actis apostoloꝝ ita legitur. Quidā descendētes de Iudea docebāt

Actuum.xv. fratres, quia nisi circūcidamini secundū morem Mosis, nō potestis saluari. Facta ergo seditione nō minima Paulo/& Barnabæ, aduersus illos statuerunt, ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad apostolos/& p̄sbyteros in Hierusalē super hac q̄ōne. Nunquid non Paulus & Barnabas fuerunt apostoli? & Paulus etiā apostolus erat, qui didicerat euangelium non ab homine sed a saluatore nostro. Cur non hāc terminabant quæstionē, quæ de circūcisione mouebat̃? Sed ad hoc respōde si potes, Habet translatio nr̄a Paulum/& Barnabam ascēdisse ad aplos & p̄sbyteros in Hierusalē, & dein q̄ suscepti fuerint ab apostolis & seniorib9, ubi in Gręco est συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Quod noster Erasmus ita transtulit. Conuenerunt apostoli & presbyteri, ut dissererent de hoc negotio. & iterum placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia. ac demum apostoli & seniores aplī & fratres his, qui sunt Antiochiæ. Si hoc, omnino erant apostoli quod presbyteri, & hoc p̄sbyteri quod apostoli, cur de apostolis atq; presbyteris quasi de diuersis dicitur? Nunquid non cum iureconsultis dicere possem, si idem sunt testamentum & codicillus, quare ergo diuersa

diuersa nomina habent. Et hic non omittendũ puto,qđ in eodem loco dicitur. Cũ magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres uos scitis qm̃ ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum euangelii, & credere. Hic attẽde qđ coripheus aplõꝝ dicit Petrus.s.per os meũ. Et in canonibus aplõꝝ in .i. canone scriptum inuenio. Ep̃s a duobus aut tribus ep̃is ordinet̃.pbr̃ uero ab uno ep̃o,& dyaconus/& reliqui clerici. Et hæc ordinatio quoad ep̃m in Nicena synodo recepta est.quod tñ in Carthagiñ.cõcilio quãtũ ad Tripolim,partim remissum est, utcũq; tñ.alia est forma ordinãdi ep̃i,alia ordinãdi pbr̃i. Ita ut ẽt a tp̃ibus apostoloꝝ,q̃tũ attinet ad ordinationẽ,sit discrimẽ nõ modicũ. Addo q; & hic Hiero. exp̃sse fatet̃ ordinãdi potestatem esse ep̃is nõ pbr̃is. licet tu alibi ordinandi potestatẽ tribuere uidearis ẽt agricolis. Nec parua res est,q; in .35. canone aplõꝝ scriptũ est. Oium pbr̃oꝝ causas ad ep̃m referri debere. imo ut in .39. canone dicit̃. Oium negotiorũ ecclesiasticoꝝ curã ep̃s habeat. Et Ignatius ad Trallianos scribẽs inqt Necessariũ est uos nihil p̃ter ep̃m facere, neq; aliquid agere, sed & pbr̃is subditi estote,sicut apl̃is Iesu Christi spei nostrę,in quo perseuerantes,in ipso inueniamur. Sicut enim ep̃s est forma patris oim, pbr̃i uero sicut consessus dei.& cõiunctio aplõꝝ Christi sine ep̃is in ecclesia electa nõ est,neq; collectio sanctoꝝ,neq; cõgregatio sancta. Et idẽ Ignatius in ep̃la ad Magnesiãos ep̃m sedere dicit in loco dei, & pbr̃os in loco consistorii aplõꝝ. Et in ep̃la ad Tarseñ ita ait. Pbr̃i subditi estote ep̃o,dyaconi pbr̃is,populus dyaconis. Vide nũc ergo hic quale discrimẽ fecerit Ignatius inter ep̃os/pbr̃os/atq; dyaconos. Sed qs fuit ille Ignatius? nũqđ nõ Ioãnis euang. discipulus,tertius a Petro Antiochenę ecclię suffectus antistes? Putas non didicerit a p̃ceptore q̃tũ itersit iter ep̃m/pbr̃m/atq; dyaconũ? Sed & hic Hiero. intẽtio poti⁹ q̃ uerba debẽt attẽdi. Erat ãt institutũ Hiero. discrimẽ inter ep̃m/pbr̃m/atq; dyaconũ nõ ęqualitatẽ ep̃i/& pbr̃i monstrare, qñ ad Euagriũ scripsit. Sed mirãdũ Protheũ agis. hic Hieronymo fidis,& eũ uelut aliqđ numẽ cœleste suscipis in libro tuo oim impiissimo de uotis monast. bonũ hũc patrẽ odiosissimo scõmate taxas, qui nõ uerearis dicere a Hiero. de uirginitate locũ indigne tractatũ & q; ferat̃ impetu /& feruore humano/ & nimio studio obsequendi amicis,& in primis sue Eustochio,magisq; p̃mat Iouinianũ auctẽ q̃ solida eruditione,& q; eos locos,quos principes habet torqueat atq;

Canones apl̃orũ

Nicena synodus

Tripolis

canõ.xxxv. aplõꝝ

canõ.xxxix.

Ignatius

Quid ep̃s, qđ pbr̃

Ignatius qs, & q̃li

Hierony.

deprauet. Et quia tã impudẽter nõ solũ diuo Hieron. sed & sanctis patribus opprobrium infers, unde tibi cum tuis sectatoribus dicit, Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, et ita ut hic alterum Arrium agas, de quo diuus Aurelius Augustinus ait, q͂ ad reliquos errores etiã illud addiderit, ep̃m non esse superiorem sacerdote, sed æqualem. Sed putas ne sanctum Bernardum adulatũ fuisse, quũ sic scripserit ad Eugeniũ. Indagemus diligentius (inquit) quis sis, quam geras pro tempore personam in ecc̃lia dei quis es? sacerdos magnus, pontifex summus, tu princeps ep̃oꝝ, tu hæres apostoloꝝ, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraam, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditę sunt. Sunt quidem & alii cœli ianitores, & gregum pastores. Sed tu tanto gloriosius quanto differentius pręceteris nomen hęreditasti. Habent illi assignatos greges singuli singulos, tibi uniuersi crediti uni unus, nec modo ouium sed & pastorũ tu unus omniũ pastor. Dices ne & sanctũ Bernardũ hic adulatum fuisse? aut fuisse mentitũ? qui tãta de pontifice Ro. ante totidem dixerit annos, quæ tamen omnia negas.

August. de hæres. c. liii.

Bernardus

LVTHERVS



Ed audiamus iteꝝ eundẽ in cõmentario super epistolã ad Titũ. Idẽ ergo pbr̃ q͂ ep̃s. Et anteq͂ diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceret in populis, Ego sũ Pauli, ego Apollo, ego aũt Cephæ, cõi pbr̃orum consilio ecc̃lię gubernabãt. Postq͂ uero unusquisq; eos quos baptizarit, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretũ est, ut unus de pbr̃is electus superponeretur, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis nõ scripturarum, sed nostrã esse sentẽtiã episcopũ & presbyterũ unũ esse. & aliud ætatis & aliud esse nomen officii, relegat apostoli ad Philippeñ uerba, & cætera, quæ supra in ep̃la ad euangelium induxit. Et in fine. Sicut ergo pbr̃i sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos. Ita ipsi nouerint se magis cõsuetudine q͂ dispẽsationis diuinæ ueritate pbr̃is esse maiores, & in communi debere ecclesiã regere. Hæc ille. Vide ergo an ꝓpositio mea male uel bene

dixerit esse contra scripturæ textũ Romanam ecclesiam esse aliis superiorem, cũ etiam sit contra ipsa decreta. Nam & hęc beati Hieronymi uerba recitant dist. 96. c. olim. Atq; si non ibi approbarent, tamen quia solidis pugnant diuinæ scripturæ armis, etiam si totus mundus, & angelus de coelo contradixerint, nihil dixerint. Atq; ita satis puto & probatam nostram propositionem, & dissoluta omnia argumenta, quæ uel fingi contraria possunt. Stat sententia fixa nõ dispensationis diuinæ ueritate, sed ecclesiæ consuetudine episcopos esse maiores presbyteris.

FABER

TPes imitari uideris, huc illucq; uolãtes, floribus tamen non omnibus insidẽtes. & tu dumtaxat flores decerpsis, quos tibi conuenire putas. Duos hic locos ex cõmentariis Hieronymi citas, quos pro te facere credidisti. Sed quid eo sibi uult Hieron. q̄ ibi dicat. Audiant episcopi, qui habent constituendi presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticæ constitutionis ordo teneatur. Nec putent apostoli uerba esse Christi, qui ad discipulos ait. Qui uos spernit, me spernit. Qui aũt me spernit, spernit eum qui me misit. Sic & qui uos audit, me audit. qui autem me audit, audit eum qui me misit. Hæc Hier. Nunquid non possem ex illis inferre nõ tantum uoce apostoli, sed euangelico præcepto episcopos habere potestatẽ cõstituendi pb̄ros Hoc siquidem Hieron. aperte testatur. Habet dein Hieronymus & aliud uerbum, quod forte nec tibi fecit ad stomachum. nempe sic ait. Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit &c. Sed ne solũ tua improbem, imo diluam quantum necesse fuerit, post uerba, quę tu hic in medium affers. Dic mihi an nõ mox adiecerit Hieronymus. Philippis inquit una est urbs Macedoniæ, & certe in una ciuitate plures (ut nuncupantur) episcopi esse non poterant. Sed quia eosdẽ episcopos illo tempore, quos & presbyteros appellabant, propterea indifferenter de ipsis quasi de presbyteris est locutus. Hæc Hiero. Dic Luthere an non hic tantum sit sermo de cõmunione nominis, non potestatis? Tua uero, quæ subinfers, potestatis differentiam habent, cũ tamen in utroq; loco Hieronymus tantum de communione nominis pugnet. Sed hoc plurimũ p̄stare putas, q̄ episcopi

Hierony.

Philippis vrbs Macedoniæ

nosse debeant se magis consuetudine q̄ dispēsationis dñicæ ueritate
p̄sbyteris esse maiores,sicut hic Hieronym9 habet. Videamus igit̄
quo pacto tibi hic satisfacere possimus. Dem tibi in toto euangelio
non esse scriptū ep̄os presbyteris esse maiores. Nunquid eapropter
ep̄i non sunt nec erunt maiores. Dic mihi de dyaconis,ubi euāgeliū
agat?uix mihi ostendes,ut scio. Aequabis aūt dyaconos p̄sbyteris ?
Hieronymus minime gentium,nisi uelis ut tota cadat ep̄la Hieron. ad Euagriū,
aut nō recte uiderint qd statuere debuerint patres in sācta Nicena
Canon.xxv.Niceni concilii synodo cōgregati,qui prorsus admittere noluerūt,ut dyaconi sacra
ministrarent. Vnde sic canon habet.25. Delatum est ad sanctum
concilium q̄ in locis quibusdam & ciuitatibus p̄sbyteris sacramēta
a dyaconis dentur,quod neq̄ regula neq̄ consuetudo tradidit, ut ii
qui offerēdi sacrificii nō habent potestatem,iis qui offerunt corpus
Christi porrigāt. Sed & illud innotuit,q̄ quidā dyaconi & iā ante
ep̄m sacramenta contingant,hęc oīa amputent̄, & maneāt dyaconi
intra propriam mensuram,scientes quia ep̄oꝝ quidem ministri sūt
presbyteris inferiores. Accipiant ergo eucharistiam secūdū ordinē
post p̄sbyteros ab ep̄o/uel p̄bro. Hæc sunt canonis Nicenę synodi
uerba. Hæc si uidisses unq̄,permisisses nobis plura sacramenta,forsan
q̄ habeat tua captiuitas. Non negasses cōtra sententiā Cypriani
Chrysostomi/Augustini/Hieronymi/& Ambrosii/Caroli Magni/
etiā Hirenei esse sacrificiū corpus Christi, qd' sacerdotibus offerre
liceret. Et ut ad nr̄a ueniamus,nō faceres pares ep̄os atq̄ p̄sbyteros.
& ex aliqua regula statuta sineres ep̄m presbytero,& presbyterum
dyacono superiorem. Sed dic mihi quæso,ubi sit hęc regula,cuius
mētionem facit canon Niceni concilii?an in ecclesiastica historia ?
minime,cū nec totū hūc canonem in eadē inuenias. an in Niceno
concilio?nequaq̄. An in concilio,cui Origenes interfuisse legitur?
Certe uix credo. Certe inter canones apostoloꝝ hanc regulam inuenies.
Et forte q̄ dyaconi sunt p̄sbyteris inferiores. Hoc ap̄loꝝ acta
testātur. Siquidem elegerunt in dyaconos Stephanū uirum plenū
fide & spiritu sancto,& Philippum,& Procorum,& Nicanorem,&
Timonem,& Parmenam,& Nicolaū aduenam Antiochenum. Hi
certe ministri fuerunt. Et quanq̄ illis sint impositæ manus,tamen
reliquis inferiores habiti sunt,non ex dispensationis dñicę ueritate
sed apostolica dispensatione. Et hanc perinde ac si in euangelio scripta
esset,legis esse diuinæ dicere possemus. Qd' si est ulla regula,

si est ulla consuetudo, ulla historia ab aplis tradita, uel introducta quae faciat episcopos psbyteris superiores, certe dabis quasi ex lege diuina epm presbytero superiorem. Et id facile cõtinget, si canones apostolorum intuearis, si perspexeris apostolorum historias, si ueterũ scripta. Sed audi Ignatium ad haec ad Trallianos ita scribentem. Venereminі episcopum uestrum sicut Christum, secundũ quod uobis beati apostoli praeceperunt. Qui enim intra altare est constitutus, mundus est. propter qd obedite episcopo uestro & presbyteris. Qui uero extra altare est constitutus, extra episcopum est & presbyteros & dyaconos aliquid agens. Qui autem talis fuerit, pollutus est conscientia, & est deterior infideli. Quid est enim episcopus, nisi omnẽ principatũ & ptãtem illorum omniũ tenens? Quemadmodũ deceat hominem tenere imitatorem dei factũ secundum uirtutem? Quid est presbyterium, nisi institutio secunda consiliarii & confessoris episcopi? Quid etiam dyaconi, nisi imitatores Christi ministrantes episcopo? sicut Christus patri, & operantes illi operationem mundã & immaculatam, quomodo sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo, & Anacletus/& Clemẽs Petro? Qui igitur isti inobediens fuerit, hic sine deo omnino erit, & impius contemnens deum Christum, & ordinationem ipsius minorans &c. haec Ignatius. An non hic Ignatius inter episcopum/presbyterum atque dyaconum hoc discrimen facit, ut episcopus sit presbytero superior, & presbytero sit dyaconus inferior, & hoc factum sit beatorum apostolorum praecepto. Qd' si nec adhuc credere uolueris, Pauli eplas ac apostolorum acta penitius intuearis, & inuenies quis Titum, quis Timotheum, quis Philemonem miserit. Nunquid uero per omnia Titum/uel Timotheũ/uel Philemonem aequabis Paulo? Aut quia Petrus Ennodium post se reliquit, & Antiochenę ecclesię fecit epm, Ennodiũ Petro parem facies? An putas quod Marcus missus a Petro, ac in Alexandrinũ electus epm, se Petro ptulerit, aut parem fecerit? Aut mentitur tibi dominus in euangelio Ioannis dicens. Non est apostolus maior eo, qui misit illum. Qd' si iterum obieceris, Hiero. de disputationis dominicae ueritate loquentem, nihil moror. Scis apud Chrysost. in homel. i. super Matth. quid scriptũ sit, Christus suum non scripsit euangelium. Et ex tam multis discipulis duo tñ scribunt apostoli, & duo eorum, qui apostolos sunt secuti. Vnus aũt Petri, alter Pauli discipulus post Ioãnem/atque Matthaeum euange-

Ignatius

Quid epus, qd pbr quid deniq dyaconus

Ennodius

Chrysost.

Ioannes lia cōdiderunt. Scis autem quid iterum Ioan.ult.scriptū sit. Sunt alia multa (inquit Ioannes) quæ fecit Iesus, quæ si scribantur p singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Vnde multa sunt dicta & facta, quę tñ nec euangelistæ scripserunt, sicut hoc uerbum, Beatius est dare, q̄ accipere. Et licet euangelistę passionem dñi diligenter perscripserint, non tamen in illis habes, qūo cū lacrimis & clamore ualido sit exauditus pro sua reuerentia. Non itaq͡ ualet argumentū ex euangeliis quatuor, ep̄s non est p̄sbytero maior, ergo ep̄s non est p̄sbytero maior. An putas errarint concilia, imo sanctissimi patres statuentes certos casus ad episcopos pertinere. de quibus tamen paulo profusius tecum infra (dante domino) differemus, ubi tui operis colophonem eluemus. Sed quia tu ex Hieronymo putas tunc quando dicebat̃ in populis

Paulus Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephę. In toto orbe decretū sit, ut unus de presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quē omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Vera sunt ea Hieron. quæ pro te citas. At dic mihi Luthere quātū hoc Hieronymi dictum tibi suffragari possit? Dem tibi modo mihi semel tecum cōueniat hæc esse uerissima. At respōde quæso quādo

Respōde Luthere hic tuo Fabro hæc dicta fuerint, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephę, putas ne tempore Leonis.10. neutiq̄, imo nisi mentiat̃ Paulus, hęc dicta sunt Paulo ac reliquis apostolis uiuentibus. Siquidē hæc uerba in ep̄la priori. ad Cor.c.1. posita sunt. Viuente itaq͡ Paulo, uiuentibus etiā apostolis in toto orbe decretum est, ut esset ep̄s presbytero superior. Putas aūt hoc ignorarint apostoli, & ad hāc rem non consenserint? nequaq̄. Immo hoc ingenue dico ita ab apostolis esse ordinatū atq͡ statutum, ut scilicet ep̄s esset presbytero maior. Qd' & si multis ex argumētis probare possim, tamen sufficient mihi hic solius Hiero uerba, ex quibus apertissime claret, q̄n apud Corinthios dicebat̃ Ego sum Pauli, ego Apollo, ego uero Cephę. hoc est tempore Petri & Pauli in toto sit orbe decretum, ut superponeretur unus, ad quē omnis ecclesiæ cura pertineret. Et hoc expresse tenēt canones ap̄lorum per Clementem collecti, ac dein per Græcos atq͡ Latinos etiā apud Gratianum approbati. Vides ergo q̄ caduca sint tua commenta. Sed mirabere forsan quomodo ep̄i & presbyteri in cōmuni debeāt

Hieron. ac possint regere ecclesiam iuxta Hieronymi uerba. si tu Luthere quandoq͡ non dormitares, oculis etiam apertis scires ad cuius imi-

tationem hoc fieri debeat. Et quis te docuisset? certe cauda sentētię quam in epistolam ad Titum habet Hierony. quam tamen ueluti scopulum declinabas, ne tuā nauim impingeres. Sed quid hic dicit Moses, qui cū haberet in potestate solus praeesse populo Israel. 70. elegit, cum quibus populum iudicaret. Cur tantilla hęc uerba, quę post reliqua supererāt, non adiecisti? cum tamen esset uera cōnexio sententiae. Certe hic te plurimū suspectū reddis, quasi ad id natus sis, qui calumniose truncatas uelis citare scripturas. Cur non hic in litus appulisti? Sed non ignorabas, ut scio, quid de Mose, quid de septuaginta scriptum sit. Doctus es legis, nec finis apicem de lege perire. At quid dicit historia legis Exo. 18. Sedit Moses ut iudicaret populum, quia assistebant Mosi a mane usq; ad uesperam. Qd' cū uidisset cognatus eius oia scilicet quae agebat in populo, ait. Quid est quod facis in plebe? cur solus sedes? & omnis populus pręstolat᷑ de mane usq; ad uesperam? Cui respondet Moses. Venit ad me populus quęrere sententiam dei. Cūq; acciderit eis aliqua disceptatio, ueniunt ad me, ut iudicem inter eos, & ostendam praecepta dei & leges eius. At ille non bonam inquit rem facis. stulto labore consumeris & tu & populus iste, qui tecū est. ultra uires tuas est negotiū. Solus illud nō poteris sustinere. Sed audi uerba mea/atq; consilia, & erit dn̄s tecum. Esto tu populo in his quae ad deum pertinent, ut referas quae dicuntur ad eum, ostendasq; populo cerimonias & ritum colendi, uiamq; per quam ingredi, & opus qd' facere debeāt. Et in Numeris ita scriptū est. Dixit dominus ad Mosen. Congrega mihi. 70. uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, qui senes populi sint & magistri, & duces eos ad hostiū tabernaculi foederis, faciesq; ibi stare tecū, ut descēdam & loquar tibi. & auferam de spiritu tuo & tradam eis ut sustētent tecum onus populi, & tu non graueris. Iam mihi responde an non fuerit Moses iudex in populo. hoc certe negare non potes, quoniam Exodi. 18. legitur q iudicarit populum a mane usq; ad uesperam. Sed iteq; mihi declara, an iudices coassumpti fuerunt Mose superiores? certe fuerunt inferiores. nisi tam tuus q̄ meus mentiatur Hieron. cuius tamen particulā data opera omitter᷑ uolebas. Qd' si sic inter illos erat, forte nō fuerit tā absurdū inter epōs ac p̄sbyteros discrimē asseuerare. Quare etiā aliū intellectum nobis admittes, q̄ tu ex Hiero. expiscari coeperas. Sed forsan hic dices. nusq̄ legi q Petrus iudicarit apostolos. nō ergo superior.

Exodi. xviii.

Numeri. xi.

hoc tui obiiciunt. Illis, non tibi respondeo. An non dignū putarint, ut post resurrectionem, post domini in celū ascensionem, post dñi insufflationem, post acceptionem spiritussancti, apostolus aliquis grande aliquod facinus cōmiserit, breuibus gyaris, etiam & carcere dignum, ita ut ueluti Iudæ episcopatum eius alter acciperet, modo nobis esset historia, qua de aliquo aplo iudicasset Petrus. Hi mihi respondeant (quod & prius obieci) cur præsentibus apostolis atq; discipulis in Ananiā/& Sapphyrā/& Simonem solus legit Petrus dedisse sententiam. Sed forsan ius ordinationis expectas, qđ certe non est paruum, alicuius potestatis superioris iudicium. Dic mihi de quo epo unq̄ legeris, q̄ totidem ordinarit episcopos/& p̄sbyteros quales Petrum ac successores Petri ordinasse legimus? Quos ordinauerit Petrus, antea monstraui. Ad successores illius uenio. Linus ordinauit epos. II. presbyteros. 18. Clemens epos. 15. presbyteros. 10. dyaconos. 2. Anacletus epos. 6. p̄sbyteros. 5. dyaconos. 6. Alexander prim9 epos. 5. pbros. 5. tres quoq; dyaconos ordinauit. Telesphorus epos. 13. p̄sbyteros. 15. dyaconos. 8. Iginus epos. 5. pbros. 15. dyacones. 5. Pius primus epos. 10. pbros. 19. ac dyaconos. 29. Anicetus epos. 9. p̄sbyteros. 19. dyaconos. 4. Sother epos. II. p̄sbyteros. 8. dyaconos. 9. Eleutherius epos. 15. presbyteros. 12. dyacones. 8. Seuerinus epos. 13. p̄sbyteros totidem & dyaconos septem. Vide quot episcopos, quot presbyteros quot dyaconos in ducētis annis ordinarint pontifices Romani. Hic de Petro quoad Asiæ puincias nil dico. de his tamen quos ad occidentalem ordinauit ecclesiam, omittere nō possum ut non enumerē, per quos nos Germani christiani facti sumus. Nobis itaq; uera tradit historia, q̄ Petrus beatum Apollinarem Rauēnā Metis Clementem. Ad florentiss. uero urbem Treuerim tres simul proceres Valerium/Eucharium/ac Maternum destinauit, qui dū alpes transissent, Maternus in uia moritur. quo facto perculsi socii Romam reuertūtur. Beatus itaq; Petrus apostolus pastoralem uirgam, ut traditur, per eos ad suscitandum eum misit, qui uenientes ad locum sepulcri. 33. dies inuenerunt eum in monumēto iacentem Attamen uiri dei fide & operibus bonis pleni sub obedientia magistri, admota uirga, socium a morte suscitarunt. Qui, ut fertur, post Eucharium/& Valerium per tot annos Treuereñ/& Agrippineñ rexit ecclesiam, quot dies ante in sepulcro iacuerat. Ostenditur aūt adhuc eadem uirga in argumentum rei Treueri/& Agrippinæ, ita

Linus
Clemens
Anacletus
Alexander
Telesphorus
Higinus
Pius
Anicetus
Sother
Eleutherius
Seuerinus

Post reliquos historicos vide ad hoc Ottonem Fringeñ in. iii. lib. c. xv. qui fuit cācellarius Federici primi Barbarossæ

ꝙ ſuperiorem eius partem Treuereñ, inferiorem Colonieñ habeãt. Sed ſat fuerit in præſentiarum hæc tibi monſtraſſe. Vide nunc q̃ bene cadat & ſubſiſtat propoſitio tua.

LVTHERVS

AD tertium decretũ eadẽ diſt. 95. c. eṗs in quolibet loco ſedens, ſtare presbyterũ non patiat. Et iteꝝ alio. c. eṗs, in eccleſia in conſeſſu ṗsbyteroꝝ ſublimior ſedeat, intra domum uero collegã ṗsbyteroꝝ ſe eſſe cognoſcat. Hæc ibidem eſſe decreta cõcilii Carthaginenſis. 4. dicunt. Quæ certe hęretica ſunt/ſcandaloſa/& ſeditioſa, ut uocãt. Si epiſcopi iure diuino pb̃ris ſublimiores ſunt, quos eſſe collegas epiſcopoꝝ ſtatuũt. Multo magis ſi unus epiſcopus cæteris ſublimior eſt. Deleant ergo primũ ſua præcepta decreta, quę nos cogunt diſcere, ut qd dãnãt in nobis, qđ ipſi nos docent. Patet itaq; re ipſa æquales epiſcopos inter ſe & & pb̃ros ſolo uſu & eccleſiæ cauſa alium alii præferendum. Ex quo ulterius ſequitur. Si primatus Romani pontificis uergere incipiat in eccleſię detrimentum, omnino tollendus eſt de eccleſia. quia humana iura & conſuetudines pro eccleſia ſeruire debent, non contra eccleſiam militare. Qđ ſi non fiat, iam coram deo traditio hominũ irrita facit mandata dei. Quare uide q̃ tenui pendeat filo Ro. adulatorum tyrannis, quæ ſeipſam auctoritate diuina conata ſtabilire ſeipſam penitus ea ratione ſubuertit.

FABER

EX his duobus argumentis nihil probabis. Siquidem hic totum, quod præcipitur, humilitatis eſt argumẽtũ. Eapropter ergo ſtatuitur, ne epiſcopus ſedens, ante ſe pb̃rm ſtare permittat. Et ſimile eſt, quod Hieronymus ad Nepotianũ ſcribit dicẽs. Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, nõ dominos, honorent clericos quaſi clericos, ut & ipſis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitum illud eſt oratoris Domitii, Cur inq̃t ego te habeã ut principem, cũ tu me nõ habeas ut ſenatorem? Qđ Aaron & filios eius, hoc epiſcopum & pb̃ros eſſe nouerimus. Vnus dñs, unũ templum, unum ſit ẽt miniſterium. Recordemur

Hieron.

semper quid apostolus præcipiat sacerdotibus, Pascite eum, qui in uobis est, gregē dñi, prouidentes non coacte, sed spontanee secūdū deum, neqꝫ ut turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neqꝫ ut dominātes in clerū, sed forma facti gregi ex animo, ut cū apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam. Pessimæ cōsuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros, & præsentibus epis. non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alii inquit apostolus Paulus fuerit reuelatum, sedenti prior taceat. Potestis enim per singulos pphetare, ut omnes discānt & omnes consolētur, & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat eps iudicio suo, cū tales elegerit sacerdotes. Hæc Hieronymus. Ex ista sententia nihil uel parum inuenies, nisi q̄ epm uirtutē humilitatis sequi cōueniat, quasi dicere uelit, Sicuti Petrus princeps aplorꝫ uocauit Paulum fratrem suum charissimū, Qd' & Iacobum fecisse erga Paulum, testanť actus aplici, ubi legiť Vides frater quot millia credentium. Et Paulus Tichicū ac alios appellauit fratres. Ita & episcopi presbyteros suos fratres agnoscāt. Id etiam a temporibus ecclesiæ primitiuæ usqꝫ ad nos obseruatum

Dionysius esse legimus. Quare Dionysius Corinthiorꝫ eps Nouato Ro. ecclesiæ presbytero scribens, eū fratrem uocat. Dionysius ait, Nouato fratri

Xistus salutem. Nec Xistum ogre tulisse legitur, quando idem Dionysius super ortam hæresim ita concludit. Vere frater consilium peto, & requiro sententiā quid tibi uideať in ea causa, quæ in ecclesia nostra exorta est. Vereor enim, ne forte fallar in aliquo, & patres in cōcilio Carthaginensi congregati ita inter cætera concludunt. Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio uel aliis earꝫ partiū epis, pro confirmādo isto canone innotescat, quia a patribus istā accepimus

Leo ad Iulianum in ecclesia legenda. Eapropter etiam sanctus ille Leo Iulianū epm fratrem uocat. In epistola, quam Flauiano Constantinopolitano scripsit episcopo. Et plus semel Anatholio scribēs episcopo Thessalonicensi, non modo Anatholium, sed & Atticum ueteris Epyri Metropolitanum antistitem fratrē uocat. Et ad synodum scribens, quę conuenit apud Ephesum, Flauianum fratrem, & coepiscopū etiam Iulium fratrem appellat. Et ad Mauros episcopos scribens, uicem curę suæ fratri & consacerdoti suo Potentio delegasse legitur. Hæc & alia his similia passim in antiquis leguntur historiis, quę per oia

cōmemorare longiſſimum foret. At hæc omnia fuerūt humilitatis exemplum. Nec per ea ſacerdos factus eſt epiſcopo ſuperior. Immo nec Boniſacius, nec Leo ius qđ ex Nicena ſynodo/aut aliūde habebant, amiſerunt. Propterea etiā ſi in Cæſarienſis concilii .15. canone ita ſcriptū ſit. Vicarii epiſcopo℞, quos Græci Chorepiſcopos dicūt, cōſtituti ſunt quidē ad exemplū .70. ſenio℞. ſed tanq̄ conſacerdotes propter ſollicitudinē & ſtudiū in pauperes offerant, & honorabiles habeantur. Tamen in Aquiritana ſynodo datur poteſtas illis, quæ presbyteris ꝓhibet. Siquidem ibi pro .15. regula ſic ponit. Vicarios epo℞, quos Græci chorepiſcopos dicunt, non licere presbyteros, uel dyaconos ordinare, ſed nec presbyteris ciuitatis ſine epiſcopi præcepto amplius aliquid imperare, uel ſine auctoritate litera℞ eius in unaquaq; parrochia aliquid agere. Nunquid non hic habes chorepiſcopos eſſe conſacerdotes ex Cæſarienſi cōcilio, & poſſunt ordinare ex Aquiritana ſynodo, quæ Nicena antiquior eſt, quod tamen presbyteris facere non licet, nihilominus & hi nec aliquid poſſunt imperare presbyteris ſine epi præcepto. Poteſt itaq; chorepiſcopus quod non habet ſacerdos, & imperat eps quod non audet choreps. Addo aliud hic argumentum, quodq; ante mille ac centum annos ſanctus Innocentius ad Decentium ſcribit. Egubinum epiſcopum cuius tu ſupra poſt Hieronymū memineras, huius uerba ſunt hęc, quæ pro tertio canone habentur. De conſignādis infantibus manifeſtum eſt nō ab alio q̄ ab epo fieri licere. Nāq; presbyteri licet ſint ſacerdotes, pontificatus tñ apicē non habent. hoc aūt pontificibus ſolis deberi, ut uel conſignent, uel paracletum ſpiritum tradant, nō ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, uerū illa lectio Actuū apoſtolorum, quę aſſerit Petrum/& Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis tradant ſpiritū ſanctū. Nam p̄sbyteri ſeu extra epm, ſiue præſente epo baptizant, chriſmate baptizatos ungere licet. Sed q̄ ab epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debet epis, cū tradūt ſpiritū paracletum. Verba uero dicere non poſſum, ne magis prodere uideatur q̄ ad conſultationem reſpondere. Hæc Innocentius. Vides hic non a .400. ſed a .1000. annis ita obſeruatum, imo partim ſuper actis apoſtolo℞ eſſe fundatum, ut ſoli epiſcopi ſacro oleo ſignent ac tradant ſpiritū paracletum. Nec ita ridendum eſt ſacræ unctionis oleum, ſicut tua captiuitas facit, cū tamen & diſcipuli dñi dęmonia multa eiiciebāt,

Aquiritāa ſynod.

Inno. ad Decētiū Egubinum epm

& ungebãt oleo multos ægros,& sanabant̃. Qd' & in alio loco plenius tecũ excutiemus. Satis iam fuerit tibi mõstrasse licere epis, qd' sacerdotibus cõuenire nõ poterit. Et ex canonibus apostoloꝝ habet̃ qũo eps sit cæteroꝝ caput, ad quẽ omnes causæ sint referendæ. Sed ꝙ credis eapropter epos sacerdotibus non esse maiores, quia collegæ dicantur, dic mihi an non etiã in monopolio alioqui de iure codicũ illicito non oporteat esse præsidẽtes? Taceo de collegio licito, quale fuit honorabile collegiũ apostoloꝝ, in quo fuit caput Petrus apls. Sacerdotes itaq; collegæ sunt, sicut in .35. canone apostoloꝝ scriptũ esse legimus in hæc uerba. Epos gentium singulaꝝ scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quẽ uelut caput existimẽt, & nihil amplius pter eius conscientiam gerant, quam illa sola singuli quę parrochiæ & ꝓprię & uillis, quæ sub ea sunt, competũt. Sed nec ille pter omnium conscientiam faciet aliquid. Sic. n. unanimitas erit, & gloriabit̃ dñs p Christũ in spũ sancto. Qd' si de auctoritate canonũ quos apl̃oꝝ esse dico, dubitares, uide in .16. dist. Decret. & inuenies hic me nihil apocryphi citasse. & nõ solũ ibi, sed & in Grecis sanctis auctoribus eosdẽ canones ꝓ ueritate roboranda creberrime repies.

Canones aplõꝝ

LVTHERVS

HVc & Cyprianum uoco, quẽ & beatus Aug. allegat lib. 2. de baptismo dicentem. Neq; . n. quisq̃ nostrũ epm se esse episcoporꝝ constituit, aut tyrãnico terrore ad obsequendi necessitatẽ collegas suos adigit, qñ habet omnis episcopus ꝓ licẽtia libertatis & potestatis suæ arbitriũ propriũ tãq̃ ab alio iudicari nõ possit, quo nec ipse potest alterum iudicare. Sed expectemus uniuersi iudiciũ dñi nostri Iesu Christi. Hic gloriosus martyr palam cõfitet̃ tyrãnidem esse ab uno epo alios cogi ad obedientiam. Ad hanc tyrãnidẽ uelut iustitiam pene oẽs decretalium syllabæ & statuũt/& seruant tanq̃ diuinã auctoritatẽ. Deinde mirũ est, ꝙ. B. Aug. nõ redarguit Cyprianũ a se allegatũ, si sensit cũ cõtra ius diuinũ loqui, sed potius cũ eo consentit, oẽs. s. epos esse equales.

FABER

SI hic recte agere uolebas, duo tibi nõ omittẽda fuerũt, Primũ ut nõ ex Augustino Cypriani uerba mẽdicares, cũ Cyprianũ habere poteras. Qd' si fecisses, potuissent omnes

omnes intelligere quo aĩo & in quẽ finem dixerit. Hæc Cyprianus.
Siqdẽ te nõ latet kl. Septẽb. cõuenisse Carthagini ẽpos ex Aphrica Numidia/& Mauritania cũ pbrĩs/atq; dyaconis, ubi Cecili9 a Bilta Polycarpus ab Adrumeto, Nouatus a Thamugade, Pollianus a Milleo, Potentianus a Laribus, Zosimus a Tharassa, ac alii qd sentirent, suas dedere sententias. Sed quid actũ est anteq̃ hęc facerent? Lectæ sunt binæ lr̃æ Iubaiani. Scripserat aũt Iubaianus de Nouatiano super hęreticorum baptismo, qui foris positi sunt, & extra ecclesiam constituti. Et qd uolebat Nouatianus? certe symiarum more, quę cũ hoĩes nõ sint, homines imitant̃. id sibi uẽdicare uoluit, & apud se dixit esse ecclesiã. Hęreticos aũt eos fecit, qui in Carthagine conuenerũt, & temeritatis erat iudiciũ. Ne hãc temeritatis notã Cyprianus cũ suis collegis incurreret, nõ ita simpliciter exordit̃, sicut hic obiicis, sed hæc sunt uerba Cypria. Lectæ sũt uobis & aliç Iubaiani literæ, qbus pro sua syncera/& religiosa deuotione ad ep̃lam nr̃am rescribens, non tantũ consensit, sed & instructũ se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re qd singuli sentiamus, pferamus, neminẽ iudicantes, aut a iure cõionis aliquẽ, si aduersum senserit, amouẽtes. Post hæc sequit̃. Neq; quisq̃ nostrũ ep̃m se esse eporum constituit &c. Quid iam Luthere post hæc ex Cypriano pbabis? cur neminẽ iudicare uolebant? Cur nolebant a iure cõionis aliquẽ diuersa sentientẽ amouere? Certe ne culpabiles essent in quo culpabilis erat symia illa Nouatian9. Nouatiani temęritas erat, ut de episcopis in Aphrica/in Numidia/in Mauritania ita iudicaret, ut eos palã diceret hæreticos, nec esse apud illos ecclesiã. & alia id genus impudentissime euomuerat. Sic quoq; indignus iudex indigne de uiris sanctis iudicabat. De qua re ad Iubaianum multa scribuntur. Et quis fuerit ille Nouatianus, certe suis depingitur coloribus per Cyprianum in ep̃la ad Cornelium papam. Desertor dicebatur ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, ueritatis corruptor, perditor charitatis, fidei hostis. Deniq; præsumebat Aphricanos non esse de ecclesia. Hoc ipsi iuxta Cypriani sententiam facere nolebant. Et illud est quod dicit Cyprianus. Neq; quisquam nostrũ ep̃m &c. Hoc primo oĩum cõsiderare debebas, nec ita hiulcã pponere sententiã. Erat deniq; secũdo loco nõ p̃tereundũ qd Aug. mox in sequentibus duobus sc; tertio & quarto capitibus eiusdem libri subiecit. Summariũ tertii capitis hoc ẽ, increpant̃ Donatistæ

Q̃ñ celebrata fuerit synodus Cypriani

De Nouatiano

Cyprian9 ad Cornelium papam

Augustinus

superbi, & auctoritas scripturæ omnibus aliis scripturis potior declaratur. Summarium quarti capitis hoc est, cōmendat Cypriani humilitas, & magnificatur ecclesiæ auctoritas. Et eapropter dicit August. Sanctus Cyprianus tanto excelsior quanto humilior, qui documentum Petri sic amauit, ut diceret documentū scilicet nobis & concordiæ, & patiētiæ tribuēs, ut non pertinaciter nr̃a amemus. Et in summa hic Cyprianus nō reiicit/nec dānat aliud q̄ temeritatē illam, quam supra proposui, imo illius intueamur epistolas ad Cornelium/ac Stephanum. Et sat cōmode inuenire possumus. quæ & quanta dederit/ac admiserit Cyprianus cathedrę Ro. a qua unitas sacerdotalis cœpit exordium. De Petro nihil hic dicam. Scis quid

Aug. lib. ii. de baptismate cōtra Donatistas. c. iii.

cōtra Donatistas dixerit August. Obiicere soletis, inquit, Cypriani literas, Cypriani sententiam, Cypriani concilium. Cur auctoritatē Cypriani pro uestro schismate assumitis, & eius exēplum pro ecclię pace respuitis. Per id ergo adimere nō potes, quod in Sardicen̄/aut forte Niceno concilio & aliis iuste fuit ordinatum, ut in maioribus causis semper ad sedem Romanam, quæ cæteris prælata fuit, appellandum sit. Cyprianus etiam eapropter alium iudicare noluit, quum Ro. pontificem sciret esse superiorem. Qđ ergo hic pro te

Leo ad Anatholiū

facere putas, oino tibi contrariať. Et forte beatiss. ille Leo propterea sic Anatholio scribit. Vices nostras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem sis uocatus sollicitudinis, nō in plenitudinem potestatis. Quid hic apertius Leo dicere potuisset? Anatholius erat ep̄s, erat & Leo ep̄s. tamen fuit hic Anatholius Leonis uicarius, uelut alibi mōstratum est. Sed hic forsan expectas ut tibi dissoluam qđ in Gelasio repræhendendū putas, qui scripserit hæc uerba. Cuncta per mūdū nouerit ecclesia, quoniam quorūlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resoluēdi, utpote quæ de omni ecclia fas habeat iudicādi. Neq; cuiq̄ de eius liceat iudicare iudicio. siquidē ad illā de qualibet mūdi parte canones appellari uoluerūt. Ab illa aūt nemo sit appellare permissus. Quapropter satis constat Achatium habuisse nullam pontificum sentētiam sedis apostolicæ sine ulla eius notione soluendi, qua certe synodo hoc ille præsumpsit, ꝙ nec sic absq; apostolica sede fas quidem haberet efficere parrochus Heradensis ecclesiæ. Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ sedis abrūpere, nulla eius cōsultatione quęsita, ita ne uero non licuit primæ sedi Calcedonensis synodi constituta.

ficut decuit exequenti huiusmodi præuaricatorem sua auctoritate detrudere. Hæc Gelasius. Credis hunc textū intra 400 annos esse natū? & forsan esse textū Gelasii 2 qui uixit circiter annū dñi 118. Ea ppter & alibi forsan tam dire inuehis in Gelasiū scribenté sedé Romanam ptātem habere de omni ecclesia iudicandi, neq; cuiq̄ de eius liceat iudicare iudicio. Certe hic toto cœlo erras. Non enim est textus Gelasii 2 sed Gelasii primi, qui uixit circiter annū dñi 494. Et sic est tibi certamen cōtra mille annoꝝ auctorem. Male hominē tractasti, cū de hoc loco ageres. Siquidem causam esse maximā ais, cur decreta cōbusseris. Quanq̄ hic tibi respondere potuerim. At cū ita excanduerás, te iratioré facere nō uidebat admodū esse cōsultū. Sed hic tibi aperiam q̄ indigne tam sancto uiro post totidē sæculá tragœdiā excitaris. Gelasius, ille cuius textus in c. cuncta 9 q 3 tpe Alarici Ro. erat eps, hæreticos in urbe dephēsos exilio dānauit, eorū ꝑ libros publice combussit, basilicas dedicauit, clerū amauit & auxit, pauperes semper mira beneuolētia, & charitate cōplexus est. ciuitatem Ro. a multis periculis liberauit, maxime ab inopia reꝝ & fame. hymnos etiā composuit ad imitationē B. Ambrosii. edidit & libros quinq; contra Eutichem & Nestorium. duos itē cōtra Arriū. orationes habuit elegantes, & graues. epistolas præterea ad amicos & domesticos fidei scripsit non minus graues q̄ doctas, quæ opera in publicis bibliothecis tum legebantur. Et multa sunt illius gene ris preconia, quæ de Gelasio dicuntur. In summa hoc nemo negare potest. Gelasius ille primus uir fuit sanctus atq; doctissimus, ad quē etiam confugit Ioannes Alexandrinus episcopus. Nec sententiam quā citas, paucis esse cōplexā tibi persuadeas, imo est epistola decē uel duodecim folioꝝ, cuius hoc extat argumentum. Erat quidam Achatius Eutichianæ hæresi cōicans, hūc sedes apostolica dānauit. Ea ppter quidā submurmurare cœperūt, quasi id fieri nō debuerit, nisi uocata synodo speciali. Ille sanctus pulchre demonstrat, quod semel statutum sit a sanctis patribus, semelq; damnatum in alia synodo, quasi nouum tractari minime debere, nec oportere nouam synodum congregari ad damnandos sequaces hæreticorum. Immo quisquis damnati erroris communicator extiterit, sit principali sen tentia damnationis obstrictus. Probat hoc in Sabellio / in Arrio in Eunomio / in Macedonio / Nestorio. Pulchre quoq; ostendit hu iusce damnationis exequutorem semper principalem, ac primum

[Margin notes: Qñ Gelasius. 1. | De Alarico | Libri Gelasii. | Qualis Gelasius. 1. fuerit | Argumentū eplæ Gelasii]

fuisse Romanum pontificem, aut primam sedem Ro. hãc unamquãq; synodũ ait sua auctoritate confirmare, & cõtinuata moderatione custodire. Et sic de principatu Petri/& Calcedonẽsi synedo nõ nulla inducit, Demũ subinfert cuncta per mundũ &c. quæ tibi uñ displicuere. Ea tamen aliter proponis q̃ scripta sint. Tu siquidem laicis inculcas, quasi de pontifice nemo iudicare possit. cũ tamen in hac sacra epistola nihil tale inueniat. Immo uerissimum est, qđ hic Gelasius habet. Nunqd non sanctæ memoriæ Athanasiũ synodus Oriẽtalis addixerat, quem tñ exceptũ sedes ap̃lica, quia dãnationi Græcorũ nõ cõsensit, absoluit. Sanctę memoriæ nihilominus Ioãnẽ Constãtinopolitanũ, synodus ẽt catholicorũ p̃sulũ certe dãnauerat. Vel simili modo sedes ap̃lica ẽt sola, quia nõ cõsensit, absoluit. Itẽq; sanctũ Flauianũ põtificũ Græcorũ cõgregatiõe dãnatũ pari tenore, qm̃ sola sedes ap̃lica nõ cõsensit, absoluit, potius q̃ qui illic receptus fuerat, Dioscorũ secũdę sedis p̃sulẽ sua auctoritate dãnauit, & in impiam synodũ nõ cõsentiendo sola submouit, & ueritatẽ ut synodus Calcedonẽsis fieret, sola decreuit. Vides hic quãtæ dignitatis fuerit semp Ro. eps. Hæ sũt historiæ nõ triũ dierũ in solitudine, sed plane sunt mille ac fere ducẽtorũ annorũ. Et tu iã post totidẽ sęcula erũpis, ac sic oĩa inuertis, quasi iãpridẽ nata sint oĩa. Et alibi, qđ dolẽdũ est maxime, nescio quę de Gelasio dicas, cũ tñ hic optime sit de sancta ecclesia meritus, qui hæreticos tã cõstãti animo restitit, Manichęos cõfudit, Achatii importunitatẽ cõpescuit, Anastasiũ imperatorem excõis sententia propter hæreticos percussit, Vandalorum regem quia fauebat Arrianis, a sacris abstinere iussit.

LVTHERVS

SED Videamus & alia. Idẽ Cyprianus lib. ep̃larũ primo ep̃la. 4. ad Felicem pbr̃m, pbaturus diuinis testimoniis quod in ptãte nõ ep̃orũ sed plebis maxime sit eligere, aut recusare ep̃os dicit, ppter qđ plebs obsequẽs dñicis p̃ceptis, & deum metuẽs, a peccatore p̃posito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quãdo ipsa maxime habeat ptãtem, uel eligẽdi dignos sacerdotes, uł indignos recusãdi, qđ & ipsũ uidemus de diuina auctoritate descẽdere, ut sacerdos plebe p̃nte sub oĩm oculis deligatur, ut dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio cõ

probetur,ſicut in Numeris Moſi præcepit dn̄s dicens. Appræhēde Aaron fratrem tuū/& Eleazarum filiū eius,& impones eos in mōtē corā omni ſynagoga. & exue Aaron ſtolam eius,& indue Eleazarū filiū eius,& Aaron appoſitus moriatur illic coram omni ſynagoga. Iubet deus conſtitui ſacerdotē,ideſt inſtruit & oſtēdit ordinationes ſacerdotales,nonniſi ſub populi aſſiſtentis cōſcientia fieri oportere, ut plebe præſente,uel detegātur maloꝝ crimina,uel maloꝝ merita, prædicentur. & ſic ordinatio iuſta/& legitima,quæ oīum ſuffragio & iudicio fuerit examinata, quæ poſita ſecundū diuina magiſteria obſeruat̃ in actis ap̄licis,quādo de ordinādo in locū Iudæ epiſcopo Petrus ad plebem loquit̃. Surrexit,inquit Petrus in medio diſcentium.fuit aūt turba in uno.nec hoc in epoꝝ tantum & ſacerdotum, ſed in dyaconoꝝ ordinatione obſeruaſſe ap̄los animaduertimus.de quo ipſo in actibus apoſtoloꝝ ſcriptū eſt.Et conuocauerunt,inquit illi duodecim totā plebē diſcipuloꝝ,& dixerunt eis ꝙ utriq; idcirco tam diligenter & caute conuocata plebe tota gerebat̃, ne quis cum altaris miniſteriū uł ad ſacerdotalē locū indign9 obreperet. Propter qd̄ diligēter de diuina traditione/& ap̄lica obſeruatione obſeruādū eſt & tenēdū,qd̄ apud nos quotquot fere ꝓuincias uniuerſas tenet̃, ut ad ordinationes rite celebrandas,ad eam plebem cui præpoſitus ordinatur,ep̄i eiuſdem prouinciæ ꝓpinqui quiq; cōueniant, & ep̄s deligat̃ plebe præſente,quæ ſinguloꝝ uitā pleniſſime nouit. qd̄ & apud uos factū uidemus in Sabini noſtri collegæ ordinatione, ut de uniuerſæ fraternitatis ſuffragio,& de epoꝝ qui in p̄ſentiam conuenerant,qui de eo ad uos l̄ras fecerunt,iudicio ep̄atus ei deferent̃, & manus ei in locū Baſilidis imponeret̃. Hunc ritū per multas & alias ep̄las idem Cyprianus cōmemorat ſemper ſuffragium populi & iudiciū propinquoꝝ epoꝝ ita allegans,ut hāc ex deo ordinationē eſſe cum fiducia pronūciet. Qui ritus ꝙ ſit ad eū,qui hodie ex urbe petit̃,in quo nō mō excluſus eſt populus, ſed nec ſacerdotū electio ſatis eſt.aliis relinquo. Nec referre eſt neceſſe quāto felicius hodie is ritus diuinus ſeruaret̃, p̄ſertim tot ſacerdotibus malis regnantibus & inuito populo impoſitis. Nam uidemus & Ro.curiā per gratias ſuas expectatiuas paſſim in mūdum etiam intrudi ſacerdotes. Trāſeāt hæc. Hoc quæror ꝙ hunc ritū ſacratiſſimum/& uetuſtum, iuriq; diuino per omnia conformem,hi noſtri hæreticum/& damnatumhaberi uolunt pro ritu ſuo recētiore,quum tritum omnibus

sit sanctũ Nicolaũ. S. Martinum. S. Ambrosium / omnesq; priscos patres eo modo fuisse ordinatos. Sit itaq; ritus hodiernus qualis ẽẽ potest, modo Ro. pontificem non in iure diuino id posse putemus, ne tot seculorũ sanctos / & martyres cõtra ius diuinũ egisse dãnem9.

FABER



Onstituendorũ episcoporũ in ecclesia uariũ fuisse ritum ostẽdimus. Siquidẽ electo Mathia, simul in cœnaculo fuerunt Petrus / Ioãnes / Iacobus / & Andreas / Philippus & Thomas / Bartholomæus / & Matthæus / Iacobus Alphæi / & Simon Zelotes / & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratione cũ mulieribus / & Maria matre Iesu & fratribus eius & statuerũt duos Ioseph, qui uocabatur Barsabas, & Mathiam, & dederunt sortes eis, Et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus ẽ cũ undecim aplis. Deinde eccl'æ Hierosolymorũ ut est apud Eusebium, primus episcopus ordinat' ab aplis Iacobus frater dñi. post quem apostoli cæteriq; discipuli elegerunt Simeonẽ Cleophæ filiũ. Et de Polycarpo legimus q ab apostolis fuerit ordinatus Smyrneorũ ecclesiæ episcopus. Et idẽ de Theophilo legimus q apud Antiochiã ab apostolis ecclesiæ tenuerit pontificatũ. Et de Dionysio Areopagita traditur q apud Athenas a Paulo fuerit ordinatus episcopus. Hic nihil de Frumẽtio dicã, de quo in. 1. ecclæsiasticę historiæ libro. Ex his aliisq; sacræ scripturæ locis patet electionis episcoporũ formã fuisse uariã. Et nescio Luthere an semper apli in cõstituendis episcopis hac forma usi fuerint, qua uis episcopũ eligi per cõsensum populi &c. Immo hic licet apud Cyprianũ inuenias diuinam auctoritatem descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur. tamen ut apud eũdem habes in cõperto est id nõ apud uniuersas teneri puincias. Et licet ea de re scripserit ad Cornelium in eiusdẽ primi libri tertia epistola, tamen nec in hac nec in illa uicinorũ certus epõrũ numerus exprimitur. Sicut postea in Niceno concilio expsse habet' episcopũ a tribus ordinari debere, quod & in canonibus apostolorũ esse statutũ inuenio. Postea quoq; roborarunt sacra concilia, dempta Tripoli, cum qua fuit ex causa dispensatũ, ut alibi dicam. Et apud Ruffinũ habes undecimi ecclesiasticę historię libri auctorem, quõ sit electus Ambrosius. Putas ne

Eusebius
Polycarpus
Theophilus
Diony. Areopag.
Cyprianus
Ruffinus

hæc electio nostris temporibus possit admitti? Tu quæras ab aliis quale sit in hisce rebus uulgi iudiciū. Nunquid non tempore Gregorii septimi Henricus imperator episcopatus cōferre solebat. Scis autem quid mali is egerit, & quale iusiurandū Ro. pontifici præstiterit. Eo denique tēpore solebat imperator Ro. confirmare pontificē. Et episcopoꝝ cōfirmatio noua non est. siquidem hoc sacra concilia tradiderunt. Et qualis requirat assensus, pulchre Leo tradit in epla quā scribit ad Anatholiū Thessalonicen̄ epm. Nec forsan ignoras sub Antiocheno patriarcha .140. fuisse epos, ut est apud Platinam in Vrbano secūdo. Putas ne in eligēdo epo semper talis fuerit ordo seruatus, qualem hic Cyprianus habet? Hi sunt ritus, sunt cerimoniæ, etiam si cum successu temporis immutent, non est quo iuste conquæramur. Sanctis conciliis prouisum est, ne p̄sbyter ante tricesimum annum ordinet, propter exemplū dn̄i saluatoris, qui & in ea ætate iāprimum p̄dicare cœpit. Iam in concilio Viennen̄ traditū est, q aliquis in uigesimoquinto ætatis suæ anno ad presbyteratus ordinem possit ascēdere. Et hic nihil est admissum erroris. Ita & in episcopoꝝ electione, siquid fuerit imutatū, mirum non est. Addo q inter regulas secundum Laodiciam Phrygiæ pacatianæ pro duodecima diffinitione sic scriptū inuenio de eo qd' nō sit populis concedendum electionē facere eoꝝ qui altaris ministerio sunt applicādi. Sed re uera de probandis episcopis, sicut in Sardicensi concilio statutum est fere per omnia iam nostris seruantur temporibus. Et nō uideo quantū ad plebē pertinet, in deligēdo episcopo aliud exigi q̄ qd' oportet illū testimonium habere bonū ab iis, qui foris sunt, ita iubente Paulo, ut non in opprobrium incidat, & in laqueū diaboli. Et talem ritū non esse unius sed multoꝝ sæculoꝝ, tradūt historiæ. Vnde tempore Gregorii Magni, ut Angloꝝ habet historia, ita ordinatum esse legimus, ut episcopoꝝ ordinatio nō sine tribus aut quatuor fiat episcopis. Hic nō dicā de pallio, quod a Gregorio accepit Arelaten̄ Galliaꝝ/& Lundonien̄ Angloꝝ episcopus, quod & Bonifacius papa/ac papa Honorius fecisse legunt. Sed in hac re aliorum esto iudiciū. Tu memineris nō peccasse apostolos, etiā si absque plebis cōsensu ordinarūt episcopum. Qd' si hoc licebat apostolis, forte nō erit detestādū nostris tēporibus. Sed & uide ne putes electionē consecrationem/& confirmationem esse unum ac idem.

Hērīcus impator

Leo ad Anatholiū

Platina

Clemētina gn̄alis de æta. & qualitate ordinan.

Regulæ scd'm Laodiciā Phrygiæ Pacatianæ

Sardicen. conciliū

Greg. Magnus


Regorius primus lib.4. registro. epla.32. Licet per autoritates illas, Pasce oues meas &c.& Tu es Petrus &c. Petro apostolorum principi totius ecclesiæ curã a dño cõmissam dicat, tamẽ in hac cura nullũ epm ei successorẽ patit. Sed nec Petrum aplm uniuersalem appellari dicit, scribẽs ita de Mauritio Augusto de Ioanne Cõstãtinopol. Cura totius ecclĩæ & principatus Petro cõmittitur, & tñ uniuersalis apls nõ uocat, & uir sanctiss. consacerdos meus uocari uniuersalis episcopus conat. Exclamare cõpellor, O tempora, o mores &c. infra. Si nomen illud in ecclia sibi quisq̃ arripit, uniuersa ergo ecclia (qd' absit a cordibus christianorum) nomen istud blasphemiæ, in quo omniũ sacerdotum honor adimitur, dũ ab uno sibi dementer arrogat. Ecce habes qd' blasphemię nomen sit uniuersalis eps. quid putas de nomine summi/maximi/sanctissimi dixisset.

FABER


Cripsit cõtra te quidam Pythagoras uir pro suo sęculo non ineruditus, qui post multas uigilias certe tibi tribueret nullũ Petri successorẽ esse. Siquidẽ qd' a Paulo
Eph.vi. scriptum est in epla ad Ephe. pro quo legatione fungor in cathena. Et.2.ad Cor.5. Pro quo legatione fungimur &c. Credit
Glo.in.c.i.de offi. lega.lib.vi. aplos eos fuisse legatos. de quibus forte Ioan. Andreæ in glo. quam canonistæ magistralem uocant, ubi tria sunt legatorum genera, legati sc3 de latere, legati nati, & legati missi. ubi de legatis forsan missis intelligens, hoc habet, qd' isti finita legatione successorẽ habere non possunt. Sed hic mihi cũ illo nihil conueniet. Hoc ego libere dico Christũ legatum dici posse. Siquidem omnes scribunt q ad gentes legatus missus sit mediator dei & hominum, homo/Christus/Iesus.
Aggæi.ii. De quo & pater loquitur per Aggeum. Mouebo omnes gentes, &
Esa. ueniet desyderatus cunctis gentibus. Et apud Esaiam iste scribitur magni cõsilii angelus. De hac legatione Hiero. in.1.c. Abdiæ. Licet is legatus fuerit, tamen & apostoli legati fuere, imo non solũ legati, sed & uicarii Christi, nisi errarit Ambro.i.2. epistolã Pauli ad Cor. c.5. Immo, ut est apud Theophilactũ, Paulus non solũ legatus, sed

& delegatus erat. Addo ꝙ illd Matth.21. Malos male pdet, & uineā aliis agricolis locabit. significat apl'os, & eos qui apl'is successuri sūt. Sicut exp̄sse loquitur Hiero. in Esa. c. 5. Non itaq; fuerunt apostoli legati, qui non potuerint habere successores. imo si oino canonistaꝝ more ita mihi loquendū fuerit, Paulus fuit legatus Christi, Timotheus delegatus. & quos Timotheus iuxta Pauli dispositionē presbyteros ordinauit, subdelegati fuerunt. Hi quoq; recte quotquot fuerunt, Christi legati ēt dici merebant̄. Et August. ut in alio loco traditum est, sacerdotes Christi uicarios/atq; legatos uocat. Et non in uno scripturæ loco reperit̄ ep̄os apl'oꝝ, & sacerdotes discipuloꝝ successores esse. Proin grauissimus est error, quo dicitur apl'is dūtaxat, non etiā successoribus esse dictū, Qui uos audit, me audit. Sic enim a simili nemini demū diceret̄ potestatē dedisse cōsecrādi, p̄ter ꝙ apostolis, quibus solis dixit, Hoc facite in meā cōmemorationē. Et multa sunt his similia, quę tandem nos in perditissimos ducerēt errores, si nō uerba euāgelii pro cōmuni intellectu ecclię capiamus. Sed ad Gregoriū hic uenio, cuius dicis esse sententiā, ꝙ ex Gregorio nō sit aliquis Petri successor. Gaudeo nō parū ꝙ magni illius simul ac sancti pontificis auctoritatē demū recipis. Hæsitaui sat diu, an ꝙ non facile iuras in uerba magistri. nec Gregorii illius scti scripta tecum fidem haberēt. Iam cū certior fio, tecū ex Gregorio cōferam audentius. Scribis hic Gregoriū nō admittere quēq̄ ep̄m Petri successorē, si de alio q̄ ep̄o Romano hoc intelligis, certe dicis quæ uera sunt, sed nihil ad Ro. ep̄m, siquidē Ro. pontifex est Petri uicarius. Audi ea de re Gregoriū Colūbo ep̄o ita scribentē. Nos qui licet imeriti sedē apostolicam uice Petri apostoloꝝ principis suscepimus gubernādam, ipso pontificatus tēpore cogimur generali hosti, quibus ualemus nisibus obuiare. Et idē scribens uniuersis ep̄is per Dalmatiam, sic habet. Ex beati Petri principis apostoloꝝ auctoritate præcipimus ut nulli penitus extra cōsēsum permissionēq; nostram, q̄tū ad ep̄atus ordinē pertinet, in Salonitana ciuitate manus imponere præsumatis, nec quenq̄ in ciuitate ipsa aliter q̄ diximus, ordinare. Et idē scribens uniuersis sanctæ ecclesiæ filiis. Interdicimus in noīe dn̄i nostri Iesu Christi, & ex auctoritate beati Petri apostoloꝝ principis prohibemus, cuius uice huic sanctæ ecclesiæ Ro. præsidemus auctore deo. Et in eodē libro, quē citas, quidā ep̄s olim in hæresim lapsus, ita iurat. Spondeo sub ordinis mei casu & anathematis obli

Matth. xxi.
Hieronymus.
Greg. Magnus
Gregori. in parte .ii. sui Regesti epistola. xxxiiii.
Greg. in. iiii. parte Regesti. ep̄la. xvi.
Parte. v. Regesti

gatione,atq; promitto tibi & ,p te sancto Petro apostolorum principi, atq; eius uicario beatiss. Gregorio successoribus eius me nunq̃ quorũlibet suasionibus uel quocũq; alio modo ad schisma,de quo redẽptoris nostri misericordia liberãte ereptus sum reuersurũ,sed semp me in unitate sanctę ecclesiæ catholicę & cõmunione Ro. põtificis per omnia permanere &c. Ex his & aliis Gregorii locis habes admisisse. Gregorium neq; negare se uicarium atq; successorẽ esse Petri, Quod & aperte comprobat in quadam epistola eiusdem. Gregorii quam scripsit ad uniuersos epos Numidiæ,sed quod ad uniuersalẽ attinet epm, qualem se uocare uolebat Ioannes Cõstantinopo. eps Scio magnum Gregoriũ ea de re sæpe scripsisse,scribit etenim sup isto negotio Eulogio/& Anastasio epis,scribit & ad ipsum Ioãnem Cõstantinopo. Item & ad Anastasium epm Antiochenũ/scribit ea de re Mauritio Augusto/& Constantinæ Augustæ,sicut & tu citas, quãq̃ sit mihi in parte. 5. quod tu in. 4. libro positũ ais,sed nũq̃ Gregorius illud inferret quod hic abscindẽdum forte putasti. Siquidẽ ita scriptum inuenio. Cũctis euangelium scientibus liquet q; uoce diuina sancto & omniũ apostolorum principi Petro apostolo totius ecclesiæ cura cõmissa est. Ipsi quippe dicitur, Petre amas me, pasce oues meas, ipsi dicitur, ecce Sathanas expetiuit uos cribrare sicut triticũ,& ego pro te rogaui Petre/ut non deficiat fides tua,& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ipsi dicitur. Tu es Petrus &c. Iam post hæc uerba quid & q̃tum pro te facere credis? Sed age cur præteris quæ Gregorius Mauritio scripsit,& quæ tu nunq̃ admittis. Tota enim tua cõtentio super eo uersatur. quod non ex euãgelio/nec uoce dominica Petro apostolo sit totius ecclesiæ cura cõmissa. Hic uero quod diu quęsiuimus,habemus, Iam cum Andrea dicemus inuenimus messiam, nec hoc ita debet intelligi de uniuersali epo,sicuti credis,immo hæc est series rei gestæ, q; licet ex decreto patrum Rom. epo subesse reliqui debuerant,tamen non erubuit Constantinopo. episcopus se eidem præferre,& se uocare uniuersalem,hoc tam uehementer detestatur magnus ille Gregorius ut nõ fuerit ueritus dicere hoc factum Ioannis esse contra statuta euangelica cõtra sanctiss. canones. Nec id abs re factum esse puto, siquidẽ non parua fuit arrogantia q; is se teste Gregorio ad Sabinianũ dyaconũ in quadã epistola pene per omnẽ uersum œcomenicũ patriarcham nominarat,hoc autem quoties a Constantinopolitano tẽtatũ

pte. v. epi. xxxvi.
pte. v. epi. xxxviii.
pte. vi. epi. xxiiii.
pte. v.

fuit epo, toties hoc a Ro. fuit episcopo reuocatũ. Vnde Pelagius. 2. sancti Gregorii decessor intelligens hoc in Constantinopo. synodo tentatũ quãprimũ agnouit directis epistolis, ex auctoritate sancti Petri apostoli eiusdem synodi acta cassauit, quæ res certe Ro. pontifici, non paruam tribuit authoritatem, eo q fere ante mille annos pont. Ro. synodi tã celebris potuerit acta cassare. Nec res est parui momenti q in eadem epistola scribit Antiochenum, hoc Ioannem fecisse contra mãdata dominica, apostolica præcepta, ac regulas patrum. Et non solum Grego. Non solum Pelagius. 2. hoc nomen in aliis prohibuerunt, sed & alios epos Ro. totis uiribus contra hæc nisos fuisse tradunt historiæ, de qua requid Adrianus. 1. Constantino & Hirene de Tarasio Cõstãtinopolitano scripserit in breui ex actis secũdi cõcilii Niceni itelliges quæ nuper Reuerẽ. dominus Mattheus Cardinalis Seduneñ. hmõi rerum antiquarum diligẽtissimus idagator plurimũ non sine causa pbabat, cuius etiã auxilio spero propediẽ illa sis habiturus impressa. Ex quibus etiã Adrianum. 1. Hũc titulum uniuersalem in Tarasio reclamasse inuenies. Quãq non negem Gregoriũ plus cęteris ac uehementius egisse. Ita testatur ipsemet in epistola quã idem Gregorius scripsit ad Ioannẽ Sed quid opus est multis? Gregorius/Pelagius/Adrianus ac cæteri iustissime dãnarunt in epo Constantinopo. q se diceret uniuersalẽ epm. Et non memini me sepe legisse, q se Ro. pontifex uniuersalẽ scripserit epm, quãq hoc facere potuisset, iuxta permissionẽ Chalcedoneñ. concilii, hoc tñ negare nõ possum, ab Egyptiis/ Aphricanis/ & orientalibus Ro. põt. sepissime scriptũ extitit i hæc uerba sanctę & uniuersalis ecclesię epo. Et hos titulos quos hic adeo contẽptim damnas/ut scilicet pont. Ro. non summus, non maximus, non sanctissimus, uocetur, nõ a. 400. annis, sed plusq a. 1000. scriptos esse reperio, quod alibi multis ex locis ostendi. Et usitatissimũ fuit, inter episcopos ut alter alterũ sanctissimũ siue beatissimũ scriberet atq uocaret, & id adeo cõmune erat, apud Augu. ut etiam dyaconũ suũ beatissimum appellarit. Quod si ueteribus Hermetẽ Trimegistũ, hoc est ter maximũ appellare licuit, eo q sacerdos erat & rex. Nimirum si principem Eporum, beatissimũ ac maximũ uocemus. Et tu, ut ex ore tuo te iudicem, Leonẽ. x. uocasti Ro. pont. maximũ. Nec peccatũ cõmisit sanct9 ille Bernardus q Honoriũ. 2. fere ante. 400. annos pontificem summũ uocauit, cuius sit summa authoritas.

Pelagius. II. Greg. pte. v. epla. xxxvi. Regesti

Honorifica mentio Reuerẽ. dñi Card. Seduneñ.

Bernardus epsto. xli. ad papã Honorium



Equitur certe pro beati Petri apostolorū principis/honore peruenerandā Chalcedoneñ·synodū Ro·pōtifici oblatum est, sed nullus eorꝫ unq̄ hoc singularitatis uocabulū assumpsit, nec uti consensit, ne dum p primatū aliquid daretur uni, honore debito priuarētur sacerdotes uniuersi, perspicuū est hunc Grego·qui se cunctorꝫ sacerdotum seruū potius quam dominū uocat, & seruū seruorum dei nō credidisse solū Ro· pontificem Petri successorem esse, ut qui abhorreat princeps sacerdotum & epōrum dici cum illum principem apostolorꝫ dicat·

FABER



Vam iuste in Ioanne Cōstantinopo·hoc nomen uniuersalis reprehensum sit supra ostēsum est, Sed ꝙ hic Gregorius habet nihil ad rem pertinere uidetur · Quid enī hoc præstare potest·Ro·pont·hoc nomen abhorruisse, siquidem rectius cōueniebat Euāgelicæ legi, ut se Gregorius seruū seruorꝫ dei, non uniuersalem scriberet epm, quod & in alio loco mōstratum est·Quod si Chalcedoneñ·illa synodus pro beati Petri apostolorum principis honore · Ro·pont·uniuersalem esse decreuerit, putas ne pro te uel contra te pugnet·Certe uidetur non parum hic Ro·pont·firmari authoritas Sancti/etenim patres quorū numero sex centi ac triginta fuerunt nō sine causa maxima illa fecerūt·Nec id unq̄ fecissent nisi iusta & rationabili causa permoti·Quod Grego· recusauit hoc nomen, humilitatis erat officiū·Videas ergo quā incaute primatum Petri/ac Ro·ecclesiæ tollere coneris · In registro Gregorii hoc scriptū inuenio, sicut sancti euangelii quatuor libros, Sic quatuor concilia suscipere & uenerari me fateor· Nicenum scilicet Constātinopo· Ephesinum/& Chalcedoneñ·Et ad quē scripsit Grego·illa certe ad Ioan·Cōstantinopo·Eulogium Alexandrinum Gregorium/Antiochenum, Ioā·Hierosolymitanum/& Anastasiū, Antiochenum·Quid hoc sibi uoluisse putas ꝙ Grego·una epistola scribit ipis in longinquis mūdi partibus constitutis · Sed pergo in Nicena synodo decretum est ꝙ ecclesia Ro · semper habuerit primatum, ita quædam exemplaria testant̄, putas ne Grego·ille primatum

matum hunc abdicare uoluerit, qui tam impense curauit ut patrimonium Petri saluum esset. Quantum ad Calcedonense concilium attinet, scis scriptum ab eodem q omnino uelit hoc seruari concilium, nihil addere, nihil subtrahere, immo si quis attentarit, hunc anathemati subiecit, ac a sinu matris ecclesiæ alienum esse decreuit. Et hoc non semel in Regesto Gregorii reperitur. Sed quid dices ad hoc? Idem Gregorius scribit Eusebio Thessalonicensi/ Vrbitio Tirachitano/ Andreæ Neapolitano/ Ioanni Corinthio/ Ioanni primæ Iustinianæ/ Ioanni Cretensi/ Ioanni Laryssæo/ & Excodricano, q nulla synodus absq sedis apostolicæ auctoritate atq consensu uires habeat/ aut possit habere. Quod dictum re uera est pro sedis Romanæ primatu non parui momenti. Quicquid ergo hic Gregorius habet, in eam partem potissimum tendit, q hoc glorioso nomine gaudere noluit. Sed interim audi quid dicat. Sed seruanda est, inquit, uirtus humilitatis, ut non soluantur iura regiminis, ne dum prælatus quisq plus se quam decet deiicit, subditorum uitam restringere, sub disciplinæ uinculo nō posset. Hoc Gregorius cōstātissime seruauit, qui nullibi passus est, ut uel eiusdem ecclesiæ quicquam detraheretur. Hoc testātur, ut dixi, fere omnes illius epistolę, quarum usq ad octauam indictionem mille fuisse inueniuntur. De quibus tamen infra paulo profusius.

Parte.iiii. ad Constātium episcopū Mediolanēsi

LVTHERVS

IDEM In sequenti epistola ad Constantiam eundem Ioannem Lucifero comparat dicens. Quia illum uidelicet imitatur, qui spretis sociali gaudio angelorum legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere. Idem in epistola trigesimasexta ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Antiochenum episcopos. Sicut nouit ueneranda sanctitas uestra, per sanctam Calcedonensem synodum pontifici sedis apostolicæ, cui (deo disponente) deseruio, hoc uniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullius unquam decessorum meorum hoc tam prophano uocabulo uti consensit. quia uidelicet si unus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc a christiana mente id sibi uelle quempiam arripere, unde fratrum suorum honorem imminuere ex quan

QQ

tulacunq; parte uideatur. Et infra de eodem uniuersa tanta sibi ascribere. & omnia quae soli uni capiti cohærere (uidelicet Christo) per elationē pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studet subiugare. Obsecro quid mereret qui hodie sic loqueret? Hic Gregoriū Rom. pontificem prosequitur tanquam prophanum, quod nostri statuunt quasi ius diuinum.

FABER



Ic mihi quid hic aliud agat, quid uelit hic aliud noster ille Gregorius, q̄ q̄ ante Gregorii tempora centum & quinquaginta annos Leo uoluerat. Siquidem Leonis tempore Anatholius ille episcopus Constantinopolitanus ecclesiæ suæ primatum usurpare uolebat. Vnde ad Martianū Augustum per Lucinum episcopum/& Basilium dyaconū ita Leo scribit. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana ciuitas gloriā suam, & protegente dei dextera diuturno clementiæ uestræ fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia diuinarum. Nec præter illam petram, quam dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit p̄dicto, q̄ uestræ pietatis auxilio/& mei fauoris assensu episcopatum tantæ urbis obtinuit, non dedignetur regiam ciuitatem, quam apostolicam facere non potest. sed nec ullo modo speret q̄ per aliorum offensiones possit augeri. Priuilegia etenim ecclesiarum sanctorum patrum canonibus instituta, & uenerabilis Nicenæ synodi fixa decretis nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate immutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo necesse est me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est. Et ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in synodo Nicena ad totius ecclesiæ regimen, spiritu dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) cohibente, uiolentur. Hæc Leo. Damnabis ne hic Leonem hunc uirum sanctum/& doctum, qui non admiserit Anatholio primatum? Sed damnabis ne Gregorium, qui ut passim est in Regestis, fere totius orbis episcopis leges dedit/atq; præfixit, illosq; coercuit? Scis hūc ad Anastasiū Antiochenū ep̄m ita scripsisse Sicut patriarchis aliis patribus nostris synodicam uobis epistolam

Leo asseſit vt Anatholius fieret Constantinopolitanus ep̄s

direxi. Mandat nonnihil Gennalio patritio,& inter cætera pcipit de eligendo primate, clero pariter Neapolitano præcipit, ut pontificem eligant. Maximianum etiam Syracusanum episcopum uicarium Siciliæ facit. & Natali Salonitano epo minatur, si qd' iussũ fuit, facere distulerit. Pallio eũ ac dominici corpis & sanguinis participatione priuare uelit, qd' & ad uniuersos episcopos per Dalmatiam sese facturum minatur. Et Ioannem in Squillacina ecclesia cardinalem Lusitanæ ciuitatis epm facit. Et Ioanni primæ Iustiniano scribens, triginta dieꝝ spacio ex beati Petri apostoloꝝ principis auctoritate sacra cõmunione priuari decernit. Et Ioãni Larisseo scribens, sic habet. Si contra hæc, quæ statuimus, quolibet tempore qualibet occasione/uel surreptione uenire tentaueris, sacra te cõmunione priuatum. nec eam, te excepto ultimo uitæ tuæ tempore, cũ cõcessa Ro. pontificis decernimus iussione recipere. Hæc enim cõsona sanctis patribus diffinitione sancimus, ut qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare, uel cõmunionem capere sit dignus altaribus. Et uniuersis scribens epis per Dalmatiã sic habet. Ex beati Petri principis apoꝝ auctoritate pcipimus, ut nulli penitus extra consensum permissionemq; nostram quantum ad epatus ordinem pertinet, in Salonitana ciuitate manus imponere præsumatis, nec quenq̃ in ciuitate ipsa aliter q̃ diximus ordinare. De his quæ sunt ad epm Corinthioꝝ Eulogium Alexandrinũ/Cyriacum Constantinopo. Maximinũ epm Arabiæ nihil iam dicam. Sed hoc pterire non possum, ꝙ idem Gregorius hortat' epm Thessalonicẽ ut crimina puniat. Et scribens ad Isacium Hierosolymoꝝ episcopũ sic habet. Peruenit ad nos in Oriẽtis ecclesiis nullũ ad sacrũ ordinẽ nisi premioꝝ datione puenire. Si ita est, uestra fraternitas agnoscit, hanc primã oblationem omnipotenti dño offerat, ut a subiectis sibi ecclesiis errorem symoniacæ hæreseos compescat. Et si Bedam hunc uenerabilem in Angloꝝ historia uideamus, nemo non apertissime intelliget episcopo Romano etiam tempore Gregorii. & sic ante nongentos annos per totum terrarum orbem ius primatus fuisse quæsitum, post totidem sæcula hoc uelle adimere, nescio an iusta conscientia fieri possit. Qd' si recusauit hoc nomen uniuersale Gregorius, non est quo accuses. Nempe dominus se fieri regem recusauit, cũ tñ esset is in cuius ditione omnia sunt posita. Et Cœlestinus omnino recusauit esse pontifex.

pte.i.epla.xxv.
pte.i.epla.lxxii.
parte.ii.epla.iiii.
parte.ii.epla.v.
parte.ii.epla.xv.
parte.ii.epla.xxvi
parte.iii.epla.vi.
parte.iii.epla.vii.
pte.iiii.epi.xvi.
pte.x.epi.xxii.
Beda

LVTHERVS


T epla.38. ad ipsummet Ioannẽ epm pdicta iterans, & copiosius explicans .D. certe Paulus apls cum audiret quosdam dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, e go uero Cephæ. Hanc dilacerationem corporis dñici per quam mẽbra eius aliis se capitibus quodãmodo sociabãt, uehementissime phorrescens, exclamauit & dixit. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in Pauli nomine baptizati estis? Si ergo ille mẽbra dñici corporis certis extra Christũ quasi capitibus & ipsis quidem apostolis subiici particulariter euitauit. Tu qd Christo uniuersalis sanctæ ecclīæ capiti in extremi iudicii es dicturus examine, q cũcta eius mẽbra tibi met coneris uniuersalis appellatione supponere.

FABER


Vid hic uelis, non satis intelligo, nisi tu eo tẽdas, q̃ Ioãnes Constantinopolitanus dici non debeat patriarcha uniuersalis. Huic iam sæpe respondi. Siquidem in hac eadem epistola Ioãni in memoriam reuocat, quomodo se indignũ olim fassus fuerit epm. Et iam despectis fratribus solus appetat uocari eps. Et cũ sit mẽbrũ, quod & caput habere cõueniat, non arrogãter ambire debeat. Nec sic Pauli dictũ potest aut debet intelligi, quasi non admittatur ulla prælatio. Siquidem cẽties probatum est Petrum primũ & Paulum posteriorem esse pastorem, Petrum esse caput aplorũ. Omitto q̃ Cephas nomen sit & potẽtis & auctoritatis. imo hoc Paulo displicuit, q̃ diceret ego sũ Pauli, ego Apollo, ego Cephe, cũ nullus illorũ neq̃ pro Corinthiis fuerit crucifixus, imo nec in illorũ noie fuerint baptizati. Maluit ergo Paulus a Christo dici christianos, q̃ a seipso Paulo paulinos. Sed addis.

LVTHERVS


T infra. Certe Petrus apls primũ membrum sanctæ & uniuersalis ecclesiæ est. Paulus/Andreas/Ioannes, quid aliud q̃ singularium sunt plebium capita? & tamen sub uno capite omnes sunt membra ecclesiæ.

N hac quam citas epistola, textus mei uerba sunt hęc. Certe Petrus apl'orum primus. utcūq; tamen sit, primum uel primus, quid inde quæso probabis? an scriptura patiatur Petrum esse membrum/ & caput. Scis scriptum per Paulum ad Eph. c. 1. Omnia subiecit pedibus eius, & ipm dedit caput super omnia ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Sed nunquid ibi uidisti Hieronymū in hæc uerba scribentem? Quomodo caput plurima habet sibi membra subiecta, e quibus sunt nonnulla uitiosa/ & debilia. Ita & dñs nr Iesus Christus cum sit caput ecclesiæ, habet membra eos omnes qui in ecclesia congregantur, tam sanctos ue q̄ peccatores, sed sanctos uolūtate, peccatores uero sibi necessitate subiectos. Et infra. Ipsum dedit caput super oīa ecclesię, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplebit non solū hominum/ sed etiā angelorum/ cunctarūq; uirtutū/ & rationabilium creaturarum ecclesia intelligi potest. Scis & in alio loco Paulū ita dixisse. Mēbra sumus corporis eius & ex carne/ & ex ossibus eius, ubi sic habet Hiero. Quia membra sumus corporis Christi, & Christus & nutrit/ & fouet ecclesiā. Ideo & nos nutrimus/ & fouemus carnē nostram, quā nemo unq̄ odio habuit. Membra aūt sumus corporis Christi non secundum naturam diuinitatis æternæ, sed iuxta id q̄ hominē dignatus est assumere. Quāq̄ & homo ipse qui assumptus est, habet naturam nostrorum corporum, sed non habet originem. Nos enim ex humano semine coagulamur. ille de spiritu sancto natus. Potest autem & aliter dici, quoniā corpus Christi ecclesia, & ecclia de cunctis credentibus congregatur. Paulus & Ephesii mēbra sunt corporis. i. ecclesiæ Christi. Hæc Hieron. Ex quibus fateor ingenue Christum esse caput omnium. Attamen adhuc non negatur suo respectu Petrum etiam esse caput apostolorum, quem etiam membrum dicere possumus, sicut caput in homine principalius quiddam est, tamen respectu totius etiam pars est. Vides iam quomodo Petrus respectu supremi capitis sit membrum ecclesiæ. Et tu uerba Gregorii citans, dicere cogeris esse Petrum non infimum/ siue postremū, sed primū uniuersalis ecclesiæ mēbrū, & q̄ sint Paulus & Andreas ac Ioānes singulariū plebiū capita. Si hic Grego. Petro præ cæteris nihil dare uolebat, cur nō uno cōtextu affirmat non modo Paulum

Hieron.

Ad Eph. v.

Hieron.

Andream / & Ioannem, sed & Petrum singularium plebium esse capita? At commodius infra tractabimus quomodo Christus sit caput, Petrus sit caput, & uir sit caput mulieris.

LVTHERVS

SEd hæc satis. Audiamus iam ipsum caput eius quid super huius monarchiæ statu diffinierit. Nam hic præscius futurorum quæstionem hanc prior omniū & dedita opera dissoluit, & tot adhuc sæculis super ea certatur, quasi uerba Christi fumus sint / & inanis fabula. Dicitur itaque Lucæ .22. Facta est autem contentio quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur, uos autem non sic. Sed qui maior est uestrum, fiat sicut minor. & qui præcessor est, sicut ministrator (exemplum suum subiungit) Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? nōne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vides quod Christus aperte pronunciat esse reges gentium non pontifices, qui uolūt esse maiores, & potestatem illam mundanam (idest sine uerbo / & dilectione) prorsus damnat. Verum ego credo quandoquidem ecclesiā necesse fuit semper a gentibus opprimi, ut Ezechielis .4. dicitur. In medio gentium posui eam. Et ps. 109. Dominare in medio inimicorum tuorum. Ideo quando desint gentes aliæ, ut scriptura impleatur, in ecclesia reges gentiles fieri oportuisse. &, potestate dominante, super ecclesiam tyrannizare diligendi / & docendi officio ad alios translato

FABER

In Esa. homel. vi. HVic euāgelii dicto antea respondi, & cū Origene sic dico Bonum est nō prosilire ad eas quæ a deo sunt dignitates & principatus & ministeria ecclesiæ. Sed imitari Mosen & dicere cum eo prouide alium quē mittas. Neque enim ad principatum ecclesiæ uenit qui saluari uult, & si præest, sed ad seruitutem ecclesiæ, si oportet dicere & de euangelio, Principes quidem gentium dominantur eis, & qui potestatē habent, in illis magistratus uocātur. Nō sic autem erit in uobis, nec enim dominantē

principes in uobis, sed qui uult uestrũ esse maior erit omniũ minimus, qui uult esse primus, erit omniũ nouissimus. Qui uocat ergo ad episcopatum non ad principatũ uocatur, sed ad seruitutẽ totius ecclesiæ. Si uis credere de scripturis, quia i ecclesia seruus sit omniũ qui præest, suadeat tibi saluator & dñs qui talis tantusq factus est, in medio discipulorũ non quasi discumbens. Sed quasi ministrãs. Accipiens enim lintheũ postq̃ exutus est uestimentis præcinxit se, mittens aquã in peluim cepit lauare pedes discipulorum/ & detergere lintheo quo erat precinctus, & docẽs quales oporteat esse. Principes tanq̃ seruos, ait uos uocatis me magistrum & dominũ, & benedicitis, sum etenim. Si ergo ego dominus & magister uester laui uobis pedes/ & uos debetis alterutrũ lauare pedes, In seruitutẽ igit uocatur ecclesiæ princeps/ut possit ex seruitute ista ire ad soliũ cœleste. Sicut scriptum est sedebitis super thronos duodecim iudicantes/duodecim tribus Israel. Audi uero & Paulum præclarũ uirum dicentem quia seruus fuerit omniũ credentium. Ego sum enim ait minimus apostolorũ nõ sum dignus uocari apostolus qa persecutus suã ecclesiã dei. Porro si hoc nõ uidetur approbare uerbũ seruitutis eius sed tm̃ humilitatis audi eum dicentẽ. Facti sumus paruuli in medio uestrũ quasi si nutrix foueat filios suos cũ possemus graues esse, ut Christi apostoli, imitatores ergo nos expedit esse humilium ipsius domini sermonũ/atq factorum & apostolorũ eius & facere q factũ est, a Moyse/uel si quis uocatur ad principatũ dicat. Prouide alium quẽ mittas dicit deo non sum dignus, ante heri & nudiustertius exilis uocis sum, & tarde linguæ. Et quia deo dicit humiliter, exilis sum/& tarde linguis, audit a deo. Quis dedit os homini, & qs fecit mutũ, & surdum uidentem & cœcum. De hac re Augu. 19. de Ciui. dei. c. 14. Vides nunc in omnibus a deo exigi seruitutẽ & humilitatem, tamen per id nõ tollitur prelatio. Alioquin Lucæ. 22. nõ fuisset dictũ a dño. Qui maior est in uobis sit sicut minister. Et qui præcessor est, sicut ministrator, quũ enim dicit, Qui maior est, maiorem non reiecit. Vnde mox sermonẽ conuertit ad Petrũ, inter cætera dicẽs. Simon ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua. Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Hęc tu pensare uelis, & intellectũ dabit dominus. Sed forte id quęris quo prorsus nihil tẽporale deo sacratis ullo pacto uelis admittere. Dic ergo quomodo Gregorium

magnũ ac alios multos saluabis, qui propria possederunt. Ita enim scribit Ciriaco epõ, Constantinopo. Quisquis in loco regiminis est, aliquando necesse habet etiam terrena cogitare & exteriorũ quoq; curam gerere, ut grex cõmissus ualeat ad ea quę sibi sunt explenda subsistere. Sed magnopere prouidẽdũ est ne hæc cura etiam modũ transeat, ut cũ ad tot licenter admittitur nimis excrescere nõ permittatur. Vnde recte per Ezechielem prophetã dicitur. Sacerdotes capita sua non radunt neq; comã nutrient, tõdentes capita sua attondent quid enim per significationẽ sunt capilli in capite nisi cogitationes in mente &c. Et non paucas epistolas habemus ad subdyaconos pręfectos, ac reliquos nihil aliud i se cõtinentes quã qd ad rerũ temporaliũ administrationes attinet. Vnde ad Anthemiũ subdyaconum scribens, iubet offerri solidos quadraginta, & tritici modios quadringentos. Et iterũ solidos uiginti, tritici modios trecentos. Et iterũ in eadẽ epistola solidos uiginti & tritici tricentos modios. Idẽ quoq; scribẽs Petro subdyacono sic ait. Cognouimus rusticos ecclesiæ uehemẽter in frumẽtoꝝ preciis grauari. Ita ut instituta summa eis in comparationẽ abundantiæ tempore non seruetur. Vnde admonet ut plus quam decem & octo sextariorum modium nunq̃ a rusticis ecclesiæ frumenta debeant accipi, scribens Antẽnio subdyacono/iubet ut fœlici Abbati dentur mille quingentæ plumbi libræ. Et dies me deficeret si hęc & illis ex Gregorio similia recensere uelim. Sed ut ad priora reuertar, peccarit Gregorius seu nõ noluit, ut Ioannes Constantinopo. primatum haberet. Vnde scribens Constantinæ Augustæ, sic ait. Et si peccata Gregorii tanta sunt, ut pati debeat. Petri apostoli peccata nulla sunt, ut nostris tẽporibus pati ista mereantur. Nec etiã pati uult, ut episcopi ad sæculares iudices confugiant, aut clerici iudicẽtur a laicis. Vnde in .ii. parte pulcherrime probat imperãte Iustiniano Augusto. imperãtibus Archadio/ & Honorio/& Theodosio. Leone Augusto/Gratiano Valẽtiniano, Theodosio, ac aliis Ro. imperatoribus obtentum sit episcopos & clericos a laicis minime iudicari debere. Et antea in alio loco plurimum laudat. Constantinum principem, qui contra epõs noluerit accipere libellos, dicẽs. Vos dii estis a uero deo cõstituti. Ite & inter uos causas disponite, quia dignũ nõ est ut uos iudicemus deos. Et scribens ad Mauritium Augustũ in eodem loco de bello longobardoꝝ, ac aliis negotiis licet nõ pauca dixerit, interea deniq; seruũ se

pte.i.epl'a.xxxv.

Parte.i.epl'a.lxii.

pte.v.epl'a.xxxiiii

Ne sæculares iudices in clericorum causis iudicare p̃sumant.

De Constantino imperatore.

pte.v.epl'a.xxxi.

uorum dei se scribere potuit. Quod si pati uelimus, ut in hisce non recto pede quod tamen absit Gregorius incesserit. Quid ad sanctū Sardiceñ concilium, imo sanctū Nicenū conciliū dicemus, ubi iter cętera cōtinet q depositus ad urbē Ro. possit appellare, ne ad comitatum aut pauperes, aut uiduæ, aut pupillę abeant, immo pauperibus, aut uiduis afflictis, atq; pupillis iustitiā faciāt epi pcipit. Quid faciemus sanctis patribus prohibentibus ne ecclesia uacante, bona ecclesiæ uendantur. Et forte iustū nō fuerit Gelasium primum dānare scribentem imperatores & reges dūtaxat de rebus humanis iudicare debere. Taceo tam longas hystorias quibus Ro. pont. Imperatores, ac Reges priuasse leguntur. Et quid plura? in hisce non inuenio, 9 mille & pluribus annis aliquid noui tentatū, immo & Gelasius de anathematis uinculo scribens pontifices, imperatoribus, impatores pontificibus semper indigere ait. Et sicut hodie pontifex reges filios uocat. Ita Greg. Gilbertum regem gallorum filium uocat. Sic & Adrianus primus, Carolum magnum filium uocasse notissimum est. At quid opus est multis? textus euangelii non nisi tyrānidem prohibet, nec eos unq̄ dānat, qui uel temporalia possidēt, ut uiuant ac uiuere possint, alioquin multos diuites ac principes terrarum dānare oportet. Et Cephas cū primus esset inter apostolos, non refutabat sumptus oblatos. inquit Ambrosius i epistola priore ad Corinth. c. 9. De Pauli collectis. Xystiq; thesauris hic nihil dicam. Certissimum etiam est Augustinum Hipponeñ. Ambrosium Mediolaneñ. ac reliquos non hostiatim, ad stipem mendicasse.

Cōciliū Sardiceñ.

Gelasius. i.

Gilbertus rex Gallorum

Ambrosius

LVTHERVS



Item Marci. 10. ubi filii Zebedei, ad potestatem aspirarunt, ut unus ad dexteram & sinistrā sederet, acceperunt sane responsum dignū scilicet ut calicem biberent. Nec tamen certi ubi sessuri essent, hanc ambitionis infirmitatis quid mirum est, in Ro. pont. quoq; fuisse quātūlibet sanctis etiā martiribus quando in apostolis Christus eā pertulit. Deniq; tamē illi duo apostoli hac arrogantia cæteris indulgentiā cōmouissent. Et iterū cū oriretur contentio de maioritate Iesus cōuocans ait. Scitis quia hii qui uidentur gentibus principati dominātur eis & principes eorū habent potestatē eorum, non aūt ita est in uobis, sed qui

cũq; uoluerit fieri maior erit uester minister. Et quicũq; uoluerit in uobis primus esse erit omnium seruus (iterum exemplũ sui addit.) Nam ut filius hominis non uenit ut ministraret ei. sed ut ministraret, & animam suam daret redẽptionem pro multis. Item eiusdẽ. 9. Et uenerunt Capharnaũ, qui quum domi essent interrogabat eos, quid in uia tractabatis. At illi tacebant, siquidẽ in uia inter se disputauerũt, quis eorum maior esset. Et residẽs uocauit duodecim, & ait illis. Si quis uult primus esse erit omnium nouissimus & oim minister, & accipiens puerũ statuit eum in medio eorũ quem cõplexus esset ait illis. Quisquis unũ receperit ĩ nomine meo me recipit, eadẽ Lucas. 9. Intrauit autem cogitatio in eos / quis eorũ maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorũ apprehendit puerũ & statuit illum secus se & ait illis. Quicũq; susceperit puerum istũ in nomine meo me recipit. Et quicunq; me receperit recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes hic maior est. Item Matth. 18. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentens. Quis putas maior est in regno cœlorum. Et aduocans Iesus paruulũ statuit eũ in medio eorum, & dixit. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorũ. Nunc uide quantis uerbis, quot exemplis, quanta diligentia / Christus præuenerit & prohibuerit ambitionem illam, quam tãto timore lactant decreta, & decretales ac ita repetunt & inculcant, ac si hoc sit pascere populum Christi, quod est potestatem lactare & ambire. Vnde meo iudicio sicut apostoli usq; ad finem uitæ Christi contenderunt. Nec tot exemplis & uerbis Christi / ab humana ista affectione tẽperarunt, & tñ nullũ permisit obtinere primatũ donec omnes dispersi eum relinquerẽt. Ita in ecclesia tot iam sęculis contenditur de primatu prohibito, nec auditur christus interim tot uicibus resistens, nec ulli obtineri permittens donec forte & ipsi adueniente Anthicristo dispergantur & Christum negent. Nã apostoli, primum hoc pulchre seruabant, qñ Iacobum minorem episcopũ Hierosolymis cõstituerunt. & Petrus Iacobus ac Ioannes a se suos primatus reiecerũt, post illos aũt mox tam christi quam apostolorum exemplo neglecto ligare soluere, & lucrari queant. Sic enim & nos infirmitates pontificũ nõ sine multis scandalis ferre cogimur propter christum.


I. Origeni crediderim9 nō una dūtaxat causa fuit q̄ iter apostolos fuit facta cōtētio quis eo℞ uideret̄ esse maior, ac q̄ ad Iesum accesserūt dicentes,quis putas maior est in regno cœlorum. Siquidē partim Didrachmæ solutio, partim trāsfiguratio fuit in causa,& præ omnibus iuxta Origenis sententiā apostoli,propterea arbitrabantur/ Petrum esse maiorē in regno cœlorū,q̄ Petrus dixit ad Iesum præ cæteris. Tu es christus filius dei uiui,& Christus ad eum. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi,sed pater meus q̄ est in cœlis. Et ego dico tibi,quia tu es Petrus & super hanc petram &c. Secūdum Origenem in eadem homel. duplicis status maioritatem cōsiderare possumus,atq̄ debemus. Siquidē in regno cœlo℞ est,aliquis maior & minor quū nō sit ibidē æqualitas, in euangelio dictum est,Si qs soluerit unū ex mandatis istis minimis & docuerit sic homines minimus uocabitur in regno cœlorum. Et alibi si quis fuerit & sic docuerit hic magn9 uocabit̄. Si ergo aliquis magnus & minimus,sed nec magni sunt æqualiter magni. Nā de Isaac scriptū est. Quomō proficiebat magnus fiebat donec efficeret̄ magnus ualde, scriptū est autem idipsum etiā in Mose & in Ioanne baptista. Et si omnes hii magni fuerunt secundum scripturas,tamen maior eis erat saluator. Quomodo aūt ex hac magnitudine discipuli possent fieri maiores in regno cœlorum,pulchre docuit eos dn̄s. Et ibi exponit Origenes. Sed in hac eadem Homi. non negat in terris alterū altero maiorem. Siquidē & hic sacerdotes rationabiliter asserit posse dici ecclesiæ oculos quoniā & speculatores habentur, dyaconi aūt ceteriq̄ ministri manus,quoniā per eos opera spiritualia uniuersa gerūtur, populum aūt esse pedes nobiliores,tamen sicut unū membrū cōpatitur,& unū non insurgit arroganter aduersus alterū, imo adiuuat alterum. Et ut Pauli uerbis utar. Non potest oculus dicere manui, opera tua non indigeo,aut iterū caput pedibus, non estis mihi necessarii. Sed multo magis quæ uidentur mēbra corporis infirmiora esse necessaria sunt,& quæ putamus ignobiliora mēbra esse corporis hiis honorem abundantiorē circūdamus. Et quæ inhonesta sūt nostra abundantiorem honestatē habent,honesta aūt uestra nulli9 egent. Sed deus temperauit corpus ei cui dederat abundantiorē tri

In Matth. hom. v.

i. Corinth. xii.

buendo honorem, ut sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum mēbrum cōpatiuntur omnia mēbra, siue gloriatur unum mēbrum, cōgaudēt omnia mēbra &c. Per id ergo ꝙ hic de maioritate dicitur prælatio non tollitur, sed reprobaꝭ ambitio, tyrānis & arrogantia, teste Chrysostomo in. 59. homi. super Matth. alioqui multos dānare oportet quos tamen pio hominū consensu in sinu pacis requiescere nō dubitamus. Quicquid ergo de nouissimo atq; de pusillo ex Marco uel Matthæo dicitur hoc pro humilitate firmanda rectissime potest ac debet intelligi ut inter nos dilectio mutua seruetur, multum enim ad roborandū dilectionem ualet, cum secūdum doctrinam apostolicam inuicem se homines honore præueniunt, & alter alterū superiorem existimantes amant seruiue subiecti & nesciūt tumere prælati cum & pauper diuitē nō sibi dubitet anteferre. Et diues pauperem sibi gaudeat æquare, quū & sublimes nō superbiūt de claritate prosapie & pauperes non extolluntur de cōione naturæ. Cū deniq; non plus tribuitur magnis opibus quā bonis moribus. Nec maior ducitur phalerata iniquoꝝ potētia quā rectorū in honora iustitia. Sed quid dicam. perinde est, ex euangelio iudicare de maioribus qd de diuitibus iudicare possemus. Nunquid oēs diuites/omnes opulentos perdemus? Etiam si dixerit dñs facilius est Camelum trāsire per foramē acus quam diuitem intrare in regnum cœloꝝ. Et si uis perfectus esse/uade & uende &c. ac iterū nolite possidere æs. Nūqd eis gratiam & gloriam abnegabimus? minime, eos enim nunq̄ a societate cœlestis patriæ excludemus qui ampla predia, magnifica patrimonia, ut uerbis utar Ambrosii. & multas in hoc sæculo possident facultates, quū in populo dei multi semper qui diuitiis bene uterenꝭ extiterint, nec ullo mō uel dici/uel cogitari liceat ꝙ Abraham & Isaac & Iacob, (quorum se esse deum dñs protestatus est.) Ideo uera humilitate caruerint, quia pauperes non fuerint, aut ꝙ uir sacratiss. Melchisedech domini & saluatoris nostri præferēs formam non fuerit perfecte humilis/quia & sacerdotio eminebat & regno, uel ꝙ beato Iob de quo deus pronunciat dicens, nunquid considerasti seruū meum Iob ꝙ non sit ei similis i terra homo simplex & rectus & timens deum & recedens a malo? Ideo uirtus ista defuerit, quia erant (sicut scriptum est) in possessione eius septem millia ouium, & tria millia Camelorum, quinquaginta quoq; iuga boum

Chrysosto.

& quin-

& quingentæ asinæ/ac familia multa nimis. Eratq; uir ille magnus inter omnes orientales, quasi tunc istius gratiæ particeps factus est. quando omnibus facultatibus pditis uniuersa quoq; familia filiisq; priuatus/& percussus ulcere pessimo a planta pedis usq; ad uerticē capitis, testa saniem radebat sedens in stercore ad imaginem elationis postmodum reuocatus est, quando corporis incolumitate renouata, septem rursus filiorum / triumq; filiarum factus est pater, & in duplo in uniuersam substantiam est ditatus augmento. Absit autem ab animis fidelium tā irreligiosa persuasio, ut cuiq̄ sanctorū quibus deus & diuitias est largitus & honores. Veræ humilitatis meritum credatur uel opulentia offuisse, uel dignitas, cum eis ad huius uirtutis profectum utraq; profuerint. Quamuis enim tota uita hominis tentatio sit super terram, & tam abundantia q̄ inopia materia soleant esse peccati, cum uel diues extollitur ad superbiam, uel pauper prosilit ad quærelam. Extiterunt tamen in omni tēpore & in nostra quoq; ætate non desunt, sicut & boni pauperes, ita & boni diuites. Hæc Ambrosius. Vides ergo ex euangelio non tolli diuitias, non damnari diuites, etiam si difficulter ingrediantur in regnum cœlorum. Ita nec uel apud Matthæum/uel Marcum/uel Lucam illum dānabimus, qui maior est cæteris. Immo firmissime credo sicut in hierarchia supercœlesti prælationes sunt. Et inter planetas iuxta uerbum Hali Abenragel. Sol est lumen & cādela cœli gubernator mundi, factor tempoꝝ, per quem fiunt planetæ orientales/& occidentales/apparētes/& occulti, per quem moueť omnis res se mouens, nascitur omnis res nascens, crescit omnis res crescēs, crescit omne folium, & maturatur omnis fructus, qui spiritus est cœli magnus, cum quo uiuificantur omnia signa, qui & est magni dominii/potentiæ/nobilitatis/altitudinis / & magnitudinis, immo in omni genere est aliquid maius. Etiam inferis non deest pręlatio. Ita rectissime conueniebat inter apostolos unum pręfici, qui maior esset. Talem fuisse Petrum non Scotus / non Durandus/Brulifer/ Vorillion, sed Chrysostomus/Cyrillus/Theophilus/ac sexcenti/reliqui sanctissimi uiri fatentur ingenue. Sed heus tu mi Luthere cum de minori & maiori/minimo & maximo/ totidem locos euangelicos īducis, cur nō & id quod Lucę uigesimosecūdo scriptum est in mediū affers? ubi sic ait. Qui maior est in uobis, fiat sicut minor. Et qui princeps est, sicut qui ministrat. At timebas hic te proprio

Dionysius.
Hali abenragel.

telo cõfodi. Vnde quasi sicco pede pertransis. Timuisti etenim hic nos intelligere Christum non sine causa dixisse, Qui maior est &c. At quid opus est tantis? si etiam nulla ueterum scriptorum esset auctoritas, tamen ad schismata uitanda/ac damnandas hæreses summe necessarium est principatum aliquem habere superiorem. Qđ re uera sancte & religiose probat doctissimus ille Io. episcopus Ephesinus Græcus in quodam libro, quem contra turbatores unitatis ecclesiæ non sine diuino spiritu scripsit, quem etiam nuper pro utilitate Christiana Romæ excribi feci, quo olim omnes intelligant quã iniusta ac indigna res sit in ecclesia dei per noua & peregrina dogmata scãdalizare pusillos. Quare & hic tibi merito tacẽdũ erat.

Ioannes episcop. Ephesinus

LVTHERVS



Vnc ex historiis/& rationibus. prima est ipsa actuum apostolorũ, ubi Petrus æqualis scribitur cæteris aplis.

FABER



N actis apostolorum uaria de apostolis leguntur. Sed non habes q̄ fuerit Petrus æqualis, imo id ipsum ex te fingis. Hoc certe inuenies non esse aliquem, qui inter apostolos tanta fuerit usus auctoritate quanta Petrus. Siquidem manentibus illis in cœnaculo, non Maria mater Iesu/non Ioannes/non Iacobus/uel quisquam alius, sed Petrus exurgẽs in medio fratrum dixit. Etiam quando turba hominum erat simul, fere centum uiginti, Viri fratres oportet impleri scripturas &c. Cum apostoli repleti essent spiritu sancto, & cœperunt loqui uariis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et quidã irridẽtes dicebãt, Musto pleni sũt isti, nõ Philippus/nõ Thomas, sed Petrus eleuauit uocẽ suã, & locutus est eis. Viri Iudęi qui habitatis Hierusalem uniuersi. His ãt auditis, cõpũcti sunt corde. Et q̄q̄ dixerũt ad Petrũ/& ad reliquos apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Petrus dũtaxat ait ad illos. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq̧ uestrum in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorum uestrorum, & accipietis donũ spũs scti. Vobis est.n. re promissio/& filiis uestris/& oĩbus, q̄ lõge sũt, quoscũq̧ aduocauerit dñs deus nr. Aliis ẽt uerbis

Actuum.i.
Actuum.ii.
Actuum.iii.

plurimis testificatus est, & exhortabatur eos dicens. Saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt. Et baptizatæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.
Petrus / & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam, & cum inuenissent claudum ex utero matris suæ, petiissetq; elemosinam, ac respexisset in utrunq;, solus tamen Petrus dixit. Argentum / & aurum non est mihi, hoc autem quod habeo, tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et appræhensa manu eius dextera, alleuauit eum. Et protinus consolidatæ sunt bases eius / & plantæ, & exiliens stetit & ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans / & exiliens / & laudans deum. Actuum.iii.
Licet Petrus / & Ioannes starent ad porticum, quæ appellatur Salomonis, non Ioannes sed Petrus respondit ad populum, Viri Israelitæ quid admiramini in hoc &c. Actuum.iii.
Loquentibus illis ad populum, & demum quando congregati sunt principes / seniores / & scribæ Annas / Cayphas / Ioannes / & Alexãder & quotquot erant de genere sacerdotali. Et interrogati, in qua uirtute / aut in quo nomine fecistis hoc uos? Tunc repletus spũ sancto Petrus, dixit ad eos. Principes populi / & seniores Israel audite &c. Actuum.iiii.
Augebatur in domino credentium multitudo uirorum & mulierũ ita ut in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis / & grabatis, ut ueniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Actuum.v.
Stantibus apostolis in concilio, & illis cum diceretur, Præcipiẽdo præcepimus uobis ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierusalem in doctrina uestra, & uultis introducere super nos sanguinem hominis. Respondens Petrus & apostoli dixerũt. Obedire oportet deo magis quam hominibus. Actuum.v.
Factum est ut Petrus dum transiret, uniuersos deueniret ad sanctos, qui habitabant in Lidde, inuenit hominem quẽdam nomine Aeneam ab annis octo iacens in grabato, qui erat paraliticus. Et ait illi Petrus. Sanet te dominus Iesus Christus, surge & sterne tibi & continuo surrexit. Et uidebant omnes qui habitabant Lidde / & Sarone, qui conuersi sunt ad dominum. Actuum.ix.
In Ioppe quædam discipula nomine Thabita mortua est. ad quã cũ uenisset Petrus, circũstãtibus oĩbus eiectis, Petrus ponẽs genua orauit. Et conuersus ad corpus dixit, Thabita surge. At illa aperuit Actuum.ix.

oculos, & uiso Petro, resedit. Dans autem illi manum, erexit eam.
Actuum.x. Vir quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius, is uidit in uisu/&
audiuit angelum sibi dicentem. Mitte uiros in Ioppen. Et accersi
Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi quid
Actuum.x. te oporteat facere. Ascendit Petrus in superiora ut oraret circa, horam sextam, & cum esuriret, uoluit gustare. Parantibus illis, cecidit super eum mentis excessus, & uidit cœlum apertum, & descendens quoddam uas uelut lintheum magnum quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia/& serpentia terrę & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eũ, Surge Petre, occide/& manduca &c. Petrus ueniens ad Cornelium, ac adhuc illo loquente
Actuum.x. cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbum. Et obstupuerunt ex circũcisione fideles, qui uenerãt cum Petro, quia & in nationes gratia spiritussancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus Nunquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos. & iussit eos baptizari in
Actuum.xi. nomine Iesu Christi. Quum ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illũ qui erant ex circumcisione dicẽtes. Quare intrasti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem dicens. Ego eram in ciuitate Ioppe orãs &c. His auditis tacuerunt, & glorificauerũt deum dicentes. Ergo & gentibus pœnitentiam deus dedit ad uitã.
Actuum.xii. Misit Herodes rex manus ut affligeret quosdã de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit appræhendere & Petrum. Quem quum appræhendisset, misit in carcerem, tradensq; quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, uolens post pascha producere eum populo. Quum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus, & custodes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri, excitauit eũ dicens. Surge uelociter. & ceciderunt cathenę de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eum. Pręcingere te, & calcia te caligas tuas. & fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi uestimentum tuũ. & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia uerum esset qđ fiebat per angelum. Existimabat autem se uisum uidere,

Transeuntes aũt primam & secundam custodiã, uenerũt ad portã ferream, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ ultro aperta est eis. & exeũtes processerunt uicũ unum, & cõtinuo discessit angelus ab eo. Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio uere quia misit dñs &c. Paulus & Barnabas Hierosolymam uenerunt. & cũ de quæstione proposita conquisitio magna fieret, surgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres uos scitis qm̃ ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum euangelii, & credere. Et hic attende q̄ dicit per os meũ. Habes itaq; quindecim aut sedecim historias de Petro quales uix inuenire potes de quouis alio aplo. aut des nobis aplm, qui præsentibus reliquis apostolis tanta fecerit quanta Petrus. Et supra locum tibi citaui ex Actis apostolorũ de sententia in Ananiã & Sapphyram. dein de sententia in Simonem. Et quanq̃ nõ ignorẽ illam historiã, quæ est Actorũ.13. ubi sic legitur q̄ Barnabæ & Paulo restiterit Elimas magus, quẽ intuens Paulus, inquit. O plene oĩum dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitię, nõ desinis subuertere uias domini rectas. Et nunc ecce manus dñi super te, & eris cæcus non uidens solem usq; ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo/& tenebræ. Et circumiens, quærebat qui ei manum traderet. Licet esset sententia non parum horrenda, propter quam & proconsul credidit Sergius, tamen talis non erat, qualis erat sententia Petri præsentibus reliquis apostolis in Ananiã/& Saphyrã. Quicquid ergo tu dixeris ex te, nihil est quo mouear, qui solus dicis q̄ in Actis apostolorũ Petrus reliquis sit, & scribatur æqualis. Credo q̄ in toto libro nec æqualis/nec inequalis cæteris legatur. Hoc tamẽ tacite nobis apostolorum acta testãtur Petro semper plus eminẽtiæ dari q̃ cæteris. Nec mihi persuadebis unquam in Actis apostolorũ omnia contineri, quæ fecerunt apostoli. Licet enim ad Theophilũ sic Lucas scripserit. Primum sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere usq; in diem, qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est. Tamen adhuc non inuenies in euangelio Lucæ omnia scripta. Putas ne omnia, quæ sunt in Ioanne, contineri in Luca, si rerum & sermonũ omnium exquisitam uelis historiam. Nescio quid hic dicere possis. Hoc ego dico sermonem hunc uere diuinum, quem fecit dominus in cœna nouissima, quem habemus Ioannis.13.14.15.16. &.17. non inueniri apud Lucam. Et ex actis apostolorũ nunq̃ mihi monstra-

Actuum.i.

bis quæ contigere Ioanni apud Ephesum, Thomæ apud Parthos, Matthæo apud Aethiopiam, Bartholomeo in India citeriori, ac Andreæ apud Scythiam, & reliquis apostolis in reliquis totius mūdi regionibus. Nunquid autem nō quædam illorum facta credemus? Aut, ut te fortius stringā, dic mihi postquā Paulus Romam uenit, quid decem reliquis annis fecisse, ex Luca monstrabis? Certissimū etenim est actus apostolorum non nisi ad quartum annum Neronis posse protendi. Dein quomodo sit liberatus ex ore Leonis, licet ipsemet Paulus descripserit, tamen alia quę cum Paulo usq; ad .14. Neronis annum facta fuerint, minime habes. Velles aūt hūc tā sancto fraudare martyrio. Sed & putas mentiatur Ignatius, dum scribit ad Magnesianos, Petrum/& Paulum Antiochiæ fundasse ecclesiam, minime id ueluti credo sentiendum erit. Quare & si in apostolorum actis nō inueniatur, post sedecimū caput quo uenerit, aut quid fecerit Petrus? Eapropter minime tibi credemus Petrum nunquam præsedisse Romæ, sicut in quodam tuo libello uelle uideris. An mentitus est Ioannes dicens. Fui in insula quæ appellat Pathmos, propter uerbum dei & testimoniū Iesu Christi. Si non in actis apostolorum habetur quid fecerit in Asia, & illi contigerit, tā iterum ad Petrum uenio. Scio Paulum ex actis apostolorū uenisse Romam, ut est scriptum Actorū ultimo. Sed credes non antea illic fuisse Petrum, etiam si in Actis nunquam Lucas illius meminerit? Dic mihi si potes, in actis ita scriptum est. Secunda die uenimus Puteolos, ubi inuētis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem. Et sic uenimus Romam. Et inde quum audissent fratres, occurrerunt nobis usq; ad Appii forū tribus tabernis. Et ad Romanos ita scriptum est. Salutate Priscam/& Aquilam / Epenethum/ Mariam/Andronicum/& Iuniam/Ampliatum/Vrbanum/Apellē/ Herodianem/Triphenam/& Triphosam/Philologum/& Iuliā &c. Nunquid hos fratres, qui Paulo occurrerunt in forum Appii, ac sanctos omnes, qui fuerunt in urbe Romana conuertit Paulus ad fidem? Nunq̄ hoc dicere potes, alioquin nō recte dixisset. Salutate Andronicum / & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apl̄is, q & ante me fuerūt i Christo Iesu. Aut dices Paulū illis quatuordecim annis, de qbus ad Gal. 2. Ro. egisse, nec id uideo alioquin non uere scripsisset dicēs. Nolo uos ignorare fratres, quia sepe proposui uenire ad uos. Et prohibitus sum usq; adhuc, sed tum

Ignatius

Apocalypsis .i.

Actorū ult.

Ad Romanos .i.

dic,an mentitus sit Paulus scribēs ita Romanis, primum quidem gratias ago deo meo per Iesum christum pro omnibus uobis / quia fides uestra annunciatur in uniuerso mūdo? Quomodo aūt potuit hæc annunciari fides, nisi fideles fuerint atq; crediderint. Sed quō inuocabunt in quē non crediderunt, aut quomodo credēt ei quem non audierunt, quomodo audient sine prædicante, ut est ad Romā. decimo. Sed quem alium prædicantē potissimū nobis dabis quam Petrum. unde Hierony. in epistola ad Romanos. c. i. sic inquit, Vt aliquid impartiar gratiæ uobis spiritualis, ad cōfirmandos uos Romanos Petri prædicatione fidem tenentes, confirmare se uelle Paulus dicit, non quo minus accepissent a Petro, sed ut duobus apostolis testibus, atq; doctoribus eoꝝ corroboraretur fides, alioquin curā bat/ne super fundamentum alienū edificaret, hęc Hieronymus, At quia forte nō credis hystoricis aliquibus nisi fuerint de ecclesia primitiua. Vnde necesse habeo, aliquot temporum apostolicoꝝ authores in medium proferre, hos aūt absq; obseruatione temporū citabo sit itaq; inter reliquos primus Egesippus uicinus temporū apostolorum afferens se referēte Hieronymo uenisse sub Aniceto Romā/ qui decimus post Petrum fuit eps. Is in tertio de excidio Hierosolymitano libro scribit, quomodo Nero ceperit quærere causas quibus apostolos occideret. Datoq; pręcepto ut comprehenderētur apostoli rogabatur Petrus ut sese alio conferret, proxima nocte salutatis fratribus & celebrata oratione proficisci solus cepit. Vbi autem uentū est ad portam uidit sibi Christū eminere & adorans eum dixit dn̄e quo uenis, dicit ei Christ9, iterum uenio crucifigi, intellexit Petrus de sua dictum passione, q; in eo Christus passurus uideretur, & conuersus in urbem rediit, captusq; a persecutoribus cruci adiudicatus poposcit, ut inuersis uestigiis cruci affigeret', q; in dignus esset qui simili modo crucifigeretur. Hæc Egesippus & quæ circa Christi occursum narrat in uia Appia ueteri menimēto, Romæ in uia Appia probatur. Dionysius Corinthiorum eps circiter, annū domini. 150. Romæ existens inter cætera sic ait, uos habentes cōmonitionē a Petro & Paulo/plantationē Romæ ecclesiæ coniūxistis. Ambo etenī simul aduentātes & in uestra ecclesia Corinthioꝝ docuerūt, & per omnem Italiam, atq; in hac urbe simul docētes, etiam martyrio pariter/uno eodemq; tēpere coronati sūt. Sed & Gaius quidā scriptor antiquus sub Zepherino Romano pōtifice hoc est circiter annum

Ad Romanos.

Hierony.

Egesippus
Hierony.

Dionysius Corin. episcopus

Gaius

ducentesimũ de Petro ac Paulo & strata loquens sic ait. Ego habeo trophea apl'orum quæ ostendam. Si enim procedas uia regali quæ ad Vaticanũ ducit, aut uia Hostiensi/inuenies trophea defixa, quibus ex utraq; parte statuis Romana communitur ecclesia, loquitur autem de Petro & Paulo. Ignatius uero Antiochiæ ecclesiæ/tertius post Petrum apostolus/dãnatus ad bestias Romã uinctus, missus/ad Tarsenses ita scribit. Quid q; Petrus crucifixus est/Paulus & Iacobus gladiis obtruncati sunt. Ioannes in Pathmo/relegatus est, & ad Romanos iterum ita subinfert. Non sicut Petrus & Paulus/pcipio uobis/illi enim apl'i Iesu christi/egoaũt minimus Hireneus Lugdunẽ. eps Policarpi hoc est auditoris Io. euãgelistę discipulus in tertio libro contra hæreticos. c. 1. Sic inquit Matthæus hebræis ipõrum lingua scripturam edidit euangelii. Quũ Petrus & Paulus Romæ euangelizarent & fundarent ecclesiam, post uero horũ excessum/Marcus discipulus & interrogatio Petri & ipsa quæ a petro annunciata erãt, præscripta nobis tradidit. Postea Ioannes discipulus domini qui supra pectus eius recumbebat & ipse edidit euangelium/Ephesi/Asiæ commorans. Idem in eodem lib. c. 3. A gloriosissimis duobus apostolis/Petro & Paulo Romæ fundate & constitute ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionem annunciatã omnibus fidem per successionem epõrum/usq; ad nos iudicantes, confundimus omnes. Tertulianus presbyter Carthaginensis qui circiter annum domini centesimũ & quinquagesimum fuit quem Cyprianus suũ magistrũ uocare solebat/in libro de præscriptione hæreticorum ita scripsisse legitur. Percurre eccl'sias apostolicas, proxima est tibi Achaia/habes Corynthum si non longe es a Macedonia habes Philippis/si potes Asiam tendere/habes Ephęsum. Si autem Italiam adieceris habes Romanam. Vnde nobis quoq; authoritas, pręsto est statuta fœlix, ecclesia cui totam doctrinam apostoli cum sanguine profuderunt, ubi Petrus passioni dominicæ adequatur. Et in quarto libro aduersus Martionẽ Romanis euangeliũ, Petrus & paulus sanguine suo signatum reliquerunt. Clemens Alexãdrinus primitiuæ ecclesiæ præcipuus author/aiunt inquit beatũ Petrum quũ uidisset uxorem suam duci ad passionẽ/gauisum esse electionis gratiæ/ac reuersionis ad propriam domũ & exclamasse post eam quũ duceretur ac proprio noie cõpellantem dixisse. O cõiunx memento dñi/Talia erant sanctorum coniugia, tam perfecta fuit

Ignatius.

Hireneus.

Tertullianus

Hiero. in cathalo.

Clemẽs Alexan.

affectio beatorum/Eusebius Cæsareæ Palestine eps·2·lib· hystoriarū, ubi de Simone mago ex Iustino/& Hireneo multa scribit, inter cætera narrat dicens· Non in longum permanet fraude quæsita diuinitas·Continuo nanq; in ipsis Claudii temporibus clementia diuinæ prouidentiæ probatissimum omnium apostolorum & maximū fidei magnificentia & uirtutis merito primorem principem Petrū ad urbem Romam uelut aduersum humani generis communem pernicem repugnaturum deducit ducem quendam & magistrum militiæ suæ scientem diuina prælia,&,uirtutum castra ductare· Et iterum idem Eusebius inquit in libro de temporibus eodem anno, ab Herode capitur,& ab angelo liberatur·Et sequit̃ Petrus Natiōe Galileus/Christianorum pontifex primus,quū primum Antiochenam fundasset ecclesiam Romam proficiscitur· Vbi euangelium prædicans uigintiquinq; annis eiusdem urbis eps perseuerat· Et in hystoriarum libro iterū idem Eusebius/apud Alexandriam ait, tertius succedit Cerdon in sacerdotium/qua tēpestate in urbe Roma/ Clemēs quoq; tertius post Petrum & Paulum pontificatū tenebat· Gaudentius Brixianus/de Petro& Paulo/sic inquit, per huius magistri uestigia gradiuntur fideles discipuli/Petrus & Paulus, quorum passionis hodie per uniuersum mundum omnes ecclesiæ debito honore concelebrāt,in hoc enim die apud urbem Romam ambos pro Christi noie Neronis crudelitas interfecit diuina iustitia coronauit Petrus crucifigitur uerso ad terram capite &c·Duo mundi lumina columnæ fidei ecclesiæ fundatores,Petro confitenti dn̄s dicit,beatus Simon Bariona super unum fūdatur ecclesia/alter præciosum fidei murū portat in populo·Cyprianus/dein Chartaginen̄·eps sub Valeriano/& Galieno passus inter cæteras octo epistolas quas scripsit, ad Cornelium Ro·ponti· sic habet post ista adhuc insuper Pseudo episcopo sibi ab hæreticis constituto nauigare audent/ubi sacerdotalis unitas exorta est &c · Hierony · quoq; omissis illis quæ scribit ad Damasum in cathalogo scriptorum ecclesiasticorum sic exorditur, Simon petrus filius Ioānis/prouinciæ Galileæ,uico Betsaida,frater Andreæ apostoli & princeps apostolorum,post epatum Antiochensis/ ecclesiæ & prædicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant in ponto Galatia/Capadotia/Asia/& Bithinia/secundo Claudii anno ad expugnādum Simonem magum/ Romā pergit, ibiq; uigintiquinq; annis cathedrā sacerdotalē tenuit, usq; ad ulti-

Eusebi· Panphy.

·iii.lib.c.xviii·

Gaudēti· Brixian̄

Cyprianus.

Hierony.

mum annum Neronis, idest. 14. a quo & affixus cruci martyrio coronatus est, capite ad terrã uerso, & in sublime pedibus eleuatis asserens se indignum ne sic crucifigeretur, ut dñs suus, postremo ꝓdeat & nobis diuus Aurelius Augustinus, puto q̃ sine ulla sui contumelia, inquit Cyprianus eps Petro apostolo cõparatur, quantũ attinet ad martyrii coronam, cæterum magis uereri debeo ne in petrum cõtumeliosus existam. Quis enim nescit illum apostolatus principatum cuilibet epatui præferendum. Et idem August. i. de con. euan. ca. x. merita Petri & Pauli, etiam propter eundẽ passionis diem celebrius & solenniter Roma cõmendat. Nonne hæc sunt apertissima rerum testimonia non unius, sed multorum, non eorum qui nuper editi sunt, sed qui primitiuæ ecclesiæ faciem uiderunt, ex quibus peregrina tua opinio qua Petrus nunq̃ uenisse Romã dicis confunditur ac uincit. Et annus me deficeret si recẽsere uelim reliquos authores scilicet Anacletum, Athanasium fœlicem, liberium, Ambrosium, sanctum Prosperum, Bedam, Damasum, Iustinianum imperatorẽ, Theophylactũ, Bernardum, Platinam, ac sexcẽtos alios qui quasi uno ore fatentur, Petrum uenisse Romã, quos omnes breuitatis causa prætereo, ne in immẽsum uolumẽ crescat placet tñ adiicere in finem. demũ unius Papiæ Hieropolytani epi, qui fuit Ioãnis auditor testimonium, ille aperte testatur, q̃ Petrus in prima epistola sua quã de urbe Roma scribit meminerit. Marci in qua tropice, Romam, Babylonem nominauerit, quũ dicit salutat uos ea quæ in Babylone electa est ecclesia, & Marcus filius meus, Vnde sequitur iterum Petrum fuisse Romæ quod & nemo unq̃ ex tot cẽtenis milibus mortalium in hanc horam præter te unum & solum, traxit in dubiũ. An non doctrinas uarias & peregrinas te tradere dicere possum? Reuera tu, ut ingenue dicam nouarum opinionum suscitator extas egregius, qui & hanc rem in dubium uertis. Tamen interim quũ ea facere nõ erubescis, uide q̃tam feceris iniuriam totidem sanctissimis locis quorum limina etiã tempore Hieronymi frequẽtissimis concursibus terebãtur, & adeo ut in toto orbe terrarum nõ fuerit inuentus locus aliquis. Vbi ad ecclesias sic tam frequens sit ac fuerit semper hominũ concursus, reuera dolendum esset tot millenos milium peregrinorum fuisse deceptos, qui ex totius mundi partibus iam per mille & aliquot centenos annos, basilicam apostolorum Petri ac Pauli, per mare, per terras, per tot discrimina rerũ,

Aurelius August. .ii. lib. de baptismo cõtra Donatistas capitu. i.

Papias, Ioannis euãgelistę auditor

Romę quesierunt maxime si Petrus Romam non uenit. Quod si a ueritate uideatur alienum post totidem Cæsarum annos uixisse Petrũ, & numerare mihi ceperis septē annos Tyberii, post xpi natiuitatem, tres annos Caligulæ, necnon aliquot Neronis tempora, aut ex una & eadē Pauli ad Galath. epistola tres/& quatuordecim ānos & q̄ mirũ fuerit hunc Anthiochiæ septem annos mansisse uigintiquinq; annos præsedisse Romæ queādmodum Hieronymus in cathalogo scribat. Putes quoq; iterũ incredibile esse Petrum/totidem attigisse annos, en mi Luthere computes annos quinq; inponto & Asia, septem in Antiochia, & uigintiquinq; in urbe Romana, & habebis annos dũtaxat trigintaseptem, nec oportet ita computare annos Cæsarum, uti placuerit, sed consule Hieronymum in Danielē ca. 9. & ueritatem inuenies, nec etiam necesse est asseuerare Petrum hisce/uigintiquinq; annis ita præsedisse Rome, quasi nunquā inde Hierosolymā discesserit, sed fieri potuit, ut ueluti Paulus illuc ascēderit, ac dein Romā redierit, tñ ut demũ Canos petri excutiamus. Dic mihi obsecro, an Petrus uel iuuenis uel senex mortuus fuerit? Certe respondebis hunc factũ esse senem, alioquin mētitus est Christus ad Petrum, sic Ioannis ultimo dicens, Amen amē dico tibi cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas cũ aũt senueris extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non uis, attende quæ dico non quidem ego, sed Christus, cum senueris inquit & id qñ putas esse completum, certe ni male uideam ultimo Neronis anno, post mortem Simonis illius magi, quando inuersis uestigiis affixus est cruci, ut iubente Petro/secundũ Ambrosium lib. de interpellatione. c. 1. passioni suæ aliquid adderetur, nec mors illa uideretur fortuitu contigisse nempe & in eodem priori loco sic Ioannis euangelium habet/hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum/ex quibus uerbis mihi quidem apparet/dum hoc euangelium scripserit. Ioannes/ iamdudũ passus fuerit Petrus hoc eapropter hic obiter commonere ac proin recensere uolui, ut & Anacletum excusem qui Cephas caput esse dixit cum euangeliũ Ioānis temporibus Anacleti non dum aut scriptũ fuerit, aut saltim Romā uenerit, q̄ ex hystoriis ueris olim ostendā Sic itaq;/nihil Anacletus in euangelium Ioannis peccauit. Si nondũ ex Asia illud Romam uenerit, sed potius nobis dicendum erit, te in temporibus errasse, ad seniũ Petri redeo, Petrũ senē esse factũ cōstantissime dico, & q̄ de

Hierony.

De senio Petri Io annis vltimo.

Ambrosius

Excusatio Anacleti dicentis Cephā esse caput

caniciæ Petri dico, itidem de Pauli senio dicere possum, q ex epla quam Paulus Romæ ad Philemonem scripsit deprehendere possumus, in ea nempe sic ait. Obsecro cum sis talis ut Paulus senex, nũc autem & uinctus Iesu christi, obsecro te pro meo filio quẽ genui in uinculis Onesymo. Sed nunquid non post Christi, in coelum ascensionem, quando Stephanum eiiciebãt extra ciuitatem, hunc quoq lapidabant/testes deposuerunt uestimenta sua secus pedes adolescẽtis qui uocabat saulus? His locis itaq sincere hincinde collatis, inuenies utrũq apostolum senio confectum, eapropter forte & caluicies Petri stabit ex periodo, Clementis, licet enim caluities multarũ rerum indicium sit, teste Sinesio Cyrenensi/in caluiciei Encomio. Sed & natura teste senium probat ut plurimum, non ergo mirũ est si Petrus uigintiquinq annis Romę presedit, & demũ uno & eodẽ die Petrus ac Paulus pro nomine ac fide Christi trucidantur, & sic ut apud Hieronymũ in Hieremiam legimus. beatum Petrũ, ac cæteros apostolos Iacobo aplo dempto doctrinæ domini reseruatos, q autem miraris id a Luca, omissum qui & tãte rei, nec uerbo meminerit respondet primo tibi diuus Hierony. in epistola ad Galath. dicens. Totũ argumẽtum epistolæ, quod oblique de Petro/Iacobo & Ioanne dicitur, huic intelligentiæ repugnare uidetur. Nec mirũ est, si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa quæ Paulus sustinuisse se replicat, hystoriographi licentia pretermisit, & statim esse non sequitur contrarium si quod alius, ob causam dignum putauit relatu, alius inter cætera dereliquit. Deniq primum epm Antiochenæ ecclesiæ/Petrum fuisse accepimus, & Romã ex inde translatum quod Lucas penitus omisit, & Paulus Corinthiis scribens ait. A iudæis quinquies quadragenas una min9 accepi, ter uirgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci/nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sepe periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. Vides iã ut pleraq Paulus hoc loco enumerat discrimina, quæ tamen Lucas penitus omisit, quia non ad ostentationem scribendi laborẽ insumpserat/iquit Theophilactus/ de Ephesiis quibus Paulus triennio perpetuo nocte ac die dei euangelium prædicauit. Hic nihil dicam cum antea partim huius rei sermonem fecerim. Quod si Petrus nunq̃ Romam uenit quomõ post totidẽ sæcula benedicta loca pu-

Clemens

Sinesius Cyrenenẽ

Hiero. in Hiere. cap. xxvi.

Theophilactus

loco putant Christianã oẽs in quibus Petrus & Paulus Christiani exercitus duces sanguinem fudere pro Christo? Cur Romanus eps̃ super mortuorum Petri & Pauli secũdũ nos ossa ueneranda offert domino sacrificia? Cur illius epĩ cathedram, sedem & cathedrã Petri uocamus, quod ante nos fecerunt Hierony. Ambro. August. Cyprianus/Hyreneus, ac alii sexcenti apostolici uiri, an nõ imposterũ credendum erit. Marcum euangelistam Petri fuisse discipulum, de quo & Hierony. in. 21. q. ad Hedibiam ita scribit Paulus habebat Titum interpretem, sicut & beatus Petrus Marcum, cuius euangelium Petro narrante & illo scribente compositum est. Deniq3 duæ epistolæ quę ferunť Petri stilo interse & charactere discrepant structuraq3 uerborum, ex quo itelligimus pro necessitate rerũ diuersis eum usum interpretibus. Cur post totidẽ sæcula docere nos interis quod ante nesciuimus? Scito ergo Romanã fidem, apostolica uoce laudatam istiusmodi prestigias/ut Hierony. in apologia aduersus Rufinum ait nõ recipere etiam si angelus aliter annũciet. Tu ergo disce mutare sententiã tot argumẽtis/imo scripturarũ uarietatibus ac totius orbis consensu conuictus cũ Hyreneo/itaq3 loquor & efficaciter cõcludo ex secũdo libr. cõtra hæreticos. c. 47. habẽtes regulã ipsam ueritatẽ/& in apertum positũ testimoniũ nõ debemus p quęstiones declinãtes in alias atq3 alias absolutiões eiicere firmã & uariam scientiã/ q si i hac re nomini tuo minime pepereceris immo indurato corde/& obstinato aio hoc saxũ uoluere ceperis/ te causante sequeť, ut de uulgatissimis qbusdã historiis ueluti de Simone mago. De approbatione euãgelii secundũ Marcũ dubitare necesse sit, sed eo forte deciperis q de Petri martyrio nihil in aplicis actis inuenias, hic te monuisse uelim q nõ eo tẽpoř quo Pauli actus i urbe Roma cõclusit Lucas, martyrio pfunctus est Paulus, immo ut Eusebius/Pãphili habet post reuolutũ decenniũ ab eo tẽpore quo Lucas finiuit actus aplicos, passi sũt Romæ Petrus & Paulus sic ergo distingue tẽpora & cõcordabis historias, hic itaq3 Petrus & Paulus tibi ac sectatorib9 tuis cũ xp̃o obiiciũt dicẽtes scrutãini scripturas.

Vide Hieron. ad Marcellam
Hieron. aduersus vigilantium.
Hier. ad Damas.
Ambro. lib. iii. de sacra. ca. i.
Cyprianus iiii. lib. epistola. ii. & i. li. eplã. i.
Hieronym.
Hier. ad Ruffinũ.
Hyreneus
Eusebius pãphili.
Ioannis. v.

LVTHERVS



Deniq3 sui sermonis capitulo decimoquinto confirmationem a Iacobo accepit.

Marci vltimo.

Vtas ne mi Luthere confirmatio hæc talis fuerit, qualis illa Marci ultimo, de qua sic legitur. Illi profecti prædicauerunt, ubiq; domino cooperante & sermonē confirmante sequētibus signis? minime quidem, sed a Iacobo talis confirmatio fuit qualis in iuditiis atq; conciliis fieri solet. An putas ꝙ is qui legem dederit, aut primam rei dubiæ sententiam tulerit minor sit eo qui uel legem uel sententiam approbarit. Hęc enī si dixeris dices deum esse minorem Moyse, & Moysen populo inferiorem. Siquidem legem prescripsit dominus & primo Moyses sententiam dedit, & hic multa si uellem contra te de iudicio Danielis, ac aliorum inducere possem. Tamē ut breuiter quod sentio dicam nihil hic habes quo tua firmiora reddantur, immo si rem gestam inspexeris inuenies hic Petro non paruam authoritatem accessisse. Siquidem Paulo & Barnaba euntibus uersus Hierosolymam & ubi conuenissent apostoli & seniores uidere de uerbo hoc, cum magna conquisitio fieret. Surgēs Petrus dixit ad eos, uiri fratres, Vos scitis quoniam ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meū audire gentes uerbum euangelii, & qui nouit corda deus testimonium perhibuit. Dās illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nūc ergo quid temtatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus, sed per gratiā dn̄i nostri Iesu christi credimus saluari, quemadmodum & illi, tacuit omnis multitudo & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos postq̄ tacuerūt respondit Iacobus dicens, Viri fratres audite me Simon narrauit quemadmodum deus, primum sumere uisitauit ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant uerba prophetarum &c. Hanc historiam si cum iudicio legeris ac intuearis non pro te, sed contra te maxime pugnat. Siquidem totum ꝙ dixerat Petrus tanq̄ approbandum ac uerum placuit ipsi Iacobo, nec ea re maior aut esse, aut saltem haberi uoluit alioquin ad merita Petri sese minime retulisset. At iudicent alii quibus maior est gratia, quid hac firmare potueris historia.


Einde nullum apostolorum ipse ordinauit, nec ullus sub ipso fuit quo ergo successor Petri omniũ apostolorum successores sub se hr̃e põt quid q̃so ad hæc dici ab ullo põt.

FABER


Vtas ne quæ circa Iacobi ordinationem & electionẽ cõtigere, sint in actis apostolorum omnia scripta. An præter hæc quæ sunt de Iacobo fratre dñi in epistola ad Galat. & actis apostolorum. ca. 15. nihil uerũ sit quod de Iacobo scribatur. Aut negabis mihi Hierony. ita scribentẽ, de quo Paulus ad Galath. eps Hierosolymorum primus fuit cognomento, Iustus uirtante sanctitatis & rumoris in populo ut fimbriam uestimenti eius certatim cuperẽt attingere, qui & ipse postea de tẽplo a Iudæis præcipitatus successorẽ habuit Simeonẽ quẽ & ipse tradũt historie pro dño crucifixum, an non & apud Chrysostomũ uere scriptum est in homil. 5. super Matth. in hæc uerba, quando Hierosolymã Paulus ingressus est, ut cum cæteris apostolis de dogmatum uarietate conferret, cõtinuo intrauit ad Iacobum, tam enim fuit ille mirabilis ut epatum primus acciperet, aiunt enim genua eius obduruisse calle tantãq; in eo fuisse carnis inuriam ut adhuc uiuẽtis omnia fere morerentur membra atq; assiduitate orationis iugiq; ad pauimentum prostratione corporis frontem quoq; eius calle similiter obductam ut nihil fere a Cameli genubus discreparet, hic etiam Paulum cũ propter eum Hierosolymam uenisse maturitatis suæ sermone moderatus est dicens. Vides frater quot milia sunt credẽtiũ ex iudæis &c. Vbi hæc & hiis similia maxime de duricia uitæ, extra sacræ scripture doctores, & historicos scripta inuenimus? Et quis eum fecerit epm Chrysostomus habet in homil. 87. super Ioannẽ ita scribens, si quis percontaretur quomodo Iacobus sedem Hierosolymis acceperit. Responderem hunc totius orbis magistrum preposuisse, & Eusebius Clementem citat in sexto disputationum libro ita dicentem, Petrus & Iacobus, ac Ioãnes post assumptionem saluatoris quãuis ab ipso poene omnes fuerint prælati tamen sibi non uendicant primatus gloriam. Sed Iacobum qui dicebatur iustus apostolorum epm

Hierony.

Chrysostomus

Chrysostomus

Eusebius li. ii. c. i.

ſtatuunt. Idem quoq; ſeptimo eiuſdem operis libro addidit, de ipſo etiam hæc Iacobo inquit qui dicebatur iuſtus tradidit. Et ipſe cæteris apoſtolis, qui apoſtoli illis 70. diſcipulis tradiderunt, ex quibus unus erat, & Barnabas, & idem Egeſippum citat ita ſcribentem ſuſcepit eccleſiam cum apoſtolis frater domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus eſt iuſtus ab ipſius domini temporibus perdurans uſq; ad nos, & multi quidem Iacobi ſunt, ſed hic ex utero matris ſanctus fuit. Vinum & ſiceram non bibit, ſed neq; animal manducauit, ferrum in caput eius non aſcendit, oleo nō eſt perunctus, balneis non eſt uſus, huic ſoli licebat introire ad ſancta ſanctorum, neq; æ enim laneo utebatur ueſtimento, ſed tantum ſindone ſolus ingrediebatur templum, & iacebat ſuper genua ſua, orans pro populi indulgentia. Ita ut orādo calles faceret in genibus, admodum Cameli ſemper genua flectēdo, nec unq̄ ab oratione ceſſando. Itaq; pro incredibili hac continentia & ſumma iuſtitia appellatus eſt iuſtus, & oblias quod eſt interpretatum munimentum populi & iuſtitia ſicut & prophetæ indicarunt de eo &c. Et iterum idem Euſebius ſic habet. Deniq; & Iacobi cathedra q primus inter epiſcopos ab ipſo ſaluatore, & ab apoſtolis Hieroſolymis eſt electus, quemq; fratrem Chriſti uolumina diuina deſignant, uſq; in hodiernum diē inibi conſeruatur. Et idem Euſebius in ſuo libro temporum ſic habet in eccleſia Hieroſolymorū primus epiſcopus ab apoſtolis ordinatur Iacobus frater domini, hæc tamen omnia nihil contra primatum Petri. Siquidem & in hanc horam ſucceſſor Petri hoc eſt Romanus pontifex cum cœtu Cardinalium cōfirmare ſolet ep̄os ſicut ordinati erant apoſtoli a domino. Vnde ne ſacramētum ordinationis ad reiterationem in exemplum trahi poſſet reliqui apoſtoli non fuerunt a Petro denuo ordinati, adhuc tamen Petrus erat ac mãſit caput & princeps apoſtolorum.

Euſebius libro. ii. capi. xxii. Egeſippus.

Euſebius libr. vii. capi. xv.


LVTHERVS


Item Mathiã nec ipſe nec omnes ſimul auſi ſunt in apoſtolatum ordinare, ſed ex deo poſtularunt tantum.

Ec eo probabis quicq̃,nunquid non etiam Plato genti/lis/docuit in rebus iniciandis/inuocari deum. Nempe adis omnem actionem potissimum auspicari oportere tanq̃ pacis & belli studiis imperātibus, Xenophon in Economio/tradit in eādem sententiā. Plinius iunior scribit in principio/pane girici quem habuit in Traiani laudem, Bene inquit sapienterq̧ maiores instituerunt, ut rerum agendarū ita dicendi inicium a precationibus raperetur, q̧ nihil rite, nihilq̧ prouidēter homines sine deorum/ope/consilio/honore/ auspicarenẽ &c. Addo q̧ Virgilius. xi. Encid. Latinum regem anteq̃ ordiretur orationē suā ad Troianos, præfatum esse diuos canit. Idq̧ factū antiquo more tradit Seruius. Nā maiores nullam orationē nisi inuocatis numinibus inchoabant. Sicut sunt omnes orationes Cathonis/& Gracci Nam generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irrisionem ait. Si quid ex uetere aliqua oratione. Iouem ego optimū maximum. Landinus proin annotat hoc fuisse uetustissimum/ Platonis. Pythagoreq̧ institutum, & a Romanis/Priscis obseruatum ut nihil acuratius inciperēt, q̃ deos præcarētur, Id si fecerint apostoli nunquid non recte fecerunt, nihil de se præsumentes, immo semp auxilium dei deprecantes ut esset in medio eo℞, quare hic nihil ꝑfecto tua ualebunt, immo ad ea quæ obiicis sacrosancto apostolorum collegio adhuc tibi & hoc adiiciendum erat, quod hic Petrus qui pręerat omnibus iuxta Cyrillum, immo præpositus erat iuxta Chrysostomum proposuit. Et quod hic fecerunt omnes apostoli hoc legitur, q̧ & Paulus, & Barnabas cū orationibus & ieiunationibus posuerint per ecclesias presbyteros.

Plato | Xenophon | Plinius | Virgilius. | Seruius. | Cicero | Landinus | Actuum.xiiii.

LVTHERVS

Ecundo Galath.2. Anthiochię, Petrus a Paulo reprehēdebatur in quo patet, Romanum pontificem subesse cuilibet melius sentiēti. Nec ideo uerum esse aut bonū quia ipse sic dicit & facit, sed rationem reddere tenetur immo non semper potest reddere, sed cum Petro aliquando errat.

N Paulus uere uel simulate restiterit in facie Petri/ adhuc sub iudice lis est. Scis siquidem inter Augustinum & Hieronymum/pro ea re magnam subortam esse contentionem, stes hic a parte Augustini/an non putabis si sensero cum Hieronymo me tam efficaces habiturum persuasiões, quales & ipse sis habiturus? putas ne ullam excusationem hoc mereatur, q Paulus in petro id reprehenderit qd fecerat ipse? Legim9 enim in actis apostolorum/perambulabat Paulus Syriam/& Ciliciam cõfirmans ecclesias, peruenitq; in Derben/& Listram/& ecce discipulus quidam erat ibi nomine Thimotheus filius mulieris uiduæ fidelis, Patre autem gentili huic autem testimonium reddebant, qui listris erant, & in Icomo fratres hunc uoluit Paulus secũ proficisci & assumens circũcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis sciebãt enim õnes q pater eius gentilis erat, O beate apostole Paule/qui in Petro reprehẽderas simulationem/quare subtraxisset se a gentibus propter metum Iudæorum qui ab Iacobo uenerant. Cur Thimotheum filium hominis gentilis utiq; & ipsum gẽtilem. Neq; enim Iudæus erat qui non fuerat circuncisus, cõtra sententiam tuã circũcidi, coegisti. Respondebis mihi propter Iudæos qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circũcisione discipuli uenientis ex gentibus, ignosce & Petro precessori tuo, q aliqua fecerit metu iudæorum. Rursum scriptum est, Paulus uero cum sustinuisset dies adhuc multos fratribus ualedicens nauigauit Syriã & cum eo pristilla & totondit sibi in Cenchreis caput, uotũ enim habuerat. Esto ibi timore Iudæorum compulsus sit facere quod nolebat, quare comam nutriuit ex uoto & postea eam in Cenchreis totõdit ex lege quod Nazarei qui se deo uouerint iuxta præceptum Moysi facere consueuerunt. Verũ hæc ad comparationem eius rei quæ sequitur parua sũt. Refert Lucas sacræ scriptor hystoriæ. Cũ uenissemus Hierosolymam, libenter nos susceperunt fratres, & sequenti die Iacobus & omnes seniores qui cum eo erãt euangelio illius comprobante/dixerunt ei, uide frater quot millia sunt in Iudea qui crediderunt in Christo, & hii emulatores sunt legis. Audierunt autem de te q discessionem doceas a Moyse eorũ qui per gẽtes sunt Iudæorũ, dicens non debere eos circũcidere filios suos secũdũ

De Nazareis.

consuetudinem ingredi quid ergo est? utiq; oportet conuenire mul titudinem. Audierunt enim te superuenisse, hoc ergo fac quod tibi dicimus, sunt nobis uiri quatuor uotũ habentes sup se hiis assumptis sanctificare cũ ipsis & impende in eos, ut radãt capita & sciẽt oẽs, quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed ambulas & ipse legem custodias. Nõne aperti sunt loci quibus barbatus ille pater sua probauit nec defuerunt quos Hierony. ipse secutus est hac quoq; de re scis esse profusissime scriptum a Hieronymo/hæc monstrare libuit ut agnosceres nõ esse rotũde & adeo absoluta quæ tu ipse preponis Quãq̃ hic nec unq̃ crediderim more scurrarum i faciem Petri restitisse Paulum, immo placet illos imitari qui legendum esse putant iuxta faciem illi restitisse, aut certe in facie. Sed concedam tibi ut hic parum uel nihil prestet Hierony. authoritas, & soli Augustini credatur sẽtẽtiæ. Tñ adhuc nihil inde probabis, nouit eñ Petrus suos reprahensores humili ratione placare. unde Gregorius Theodisse Patriciæ/scribens ait licet Petrus potestatẽ regni cœlestis acceperat. tñ paulo reprehendenti proterue non restitit uides hic qualẽ excusationẽ mereat Paulus/quare in summa nihil hic probas aut probare poteris, quamq̃ tibi non negem Romanũ pontificem etiã errare posse. Quod non solum Petrus, sed & alii apostoli fecerunt. Non tamen in his omnino quæ fidem tangunt, captiosa itaq; iterũ est quæstio, quare fugienda iuxta sententiam Pauli.

Hieronymus.

Hieronymus.

Gregorius.

LVTHERVS



Ertia ecclesiastica hystoria lib. 5. Victor primus Romanorum pontifex Asiæ, episcopos uoluit excõmunicare redargutus aũt est nõ a Paulo, sed Hireneo Lugduneñ & coercitus etiam a cæteris omnibus monitus & iussus pacem habere, & ecclesiam nõ cõturbare quibus sicut decuit cessit.

FABER



E hac re multi scripserunt. Siquidem in breuiario temporum sic habet Eusebius, Quæstione orta i Asia inter ẽpos, an secundum legem Moysi quartadecima mensis Pascha obseruãdum esset, Victor Romane urbis eps, &

Eusebius.

Narcissus Hierosolymarum/Policrates quoq; & Hyreneus & Bacchilus plurimiq; ecclesiarum pastores, quid eis probabile fuerit literis ædiderunt, quarum memoria usq; ad nos perdurat. Hierony. autem de illustribus uiris in uita Hyrenei sic habet feruntur, Hyrenei aliæ ad Victorem epm Romanum de quæstione pasche eple in quibus cõmonet eum nõ facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiæ & orientis epos, qui decimaquarta luna cum Iudæis pascha celebrabant dãnandos crediderat, in qua sententia hii qui discrepabãt ab illis uictori non dederũt manus. In hystoria tripartita plurimi circa Asiam antiquitus quartodecimo die pascha obseruauere non respicientes sabbati diem. Et facientes non tamen segregabantur ab illis qui aliter celebrabant, donec Romanæ ecclesiæ, Victor eps excõmunicationem quartodecumanis misisset in Asiam. An putas hæc pro uel cõtra te pugnare secundũ ecclesiasticam hystoriam. Victor excommunicare uoluit Asianos/secundũ uero tripartitã in illos excõicauit. Sed quomodo persuadebis si tam sanctus eps qui dudum fuit ante Nicenum cõcilium nullam intellexisset sibi cõpetere potestatem in Asianos, nõ excõmunicasset eosdem, excõmunicatio enim illa non paruam iurisdictionem ni fallar tribuit sedi Ro. scis Policarpum Ioãnis apostoli discipulum Smyrneũ epm sub imperatore Antonino, Pio ad Anicetum uenisse Romam, propter quasdã super die paschæ quæstiones. Et supra tibi monstraui quam diu Romæ manserit hic Policarpus. Licet quoq; Policrates ephesiorum eps cum cæteris epis Asiæ scripserint, ad Victorem epm, quãdam epistolam in qua meminit Ioannis euãgelistæ, Philippi apostoli, Policarpi Trasiæ, Papirii, Melitonis & quorundam aliorum qui tradiderũt & obseruarunt paschæ diem decimaquarta luna ab euangelica traditione in nullam partem declinantes, ecclesiasticum sequentes canonem, ut uerbis utar Hierony. ex Polycrate desumptis &c. Tamen demum Asiani occidentalẽ ecclesiã secuti sunt, ad qd & illud adiicere lubet q; ex multorum sanctorũ apostolis, ac aliis fidedignis testimoniis habemus paschæ celebrationẽ ab apostolis esse traditã sic enim habetur, in epistola quadam Cyrilli epi Alexandrini, ad Innocentiũ papam, in epistola Protherii præsulis Alexandrini. Et iam ex Policrate didicimus Ioannem euangelistam docuisse cũ Iudæis pascha celebrandum. Sed sunt qui scribãt Petrũ apostolum hesperiis hoc

Hierony.

li.ix.capi.xxxviii.

Hieron. in Cathalogo scriptorum ecclesiasticoꝝ.

Cyrillus

est Romanis latinis & occidētalib9 aliud tradidisse. Quāq̄ nō igno rem apud aliquos de sola consuetūdine paschę diē celebratū fuisse. Et sic factū ē tēpore Sixti, tēpore Adriani cognomēto, Elii q circiter annū salutis.118.pontificem Romanū gessit, tempore Thelesphori qui uixit sub Antonino, Pio circiter annum Christi.128.& tempore Higini, Anno dñi.140.pascha sine defensione celebratum est, Sed ueniente Pio, circa annū gratiæ.144.quædam decretalis emissa est qua scribitur in hæc uerba. Nosse uos uolumus ꝙ pascha dñi die Dominico annuis temporibus sit celebrandū. Hermes doctor fidei & scripturę effulsit inter nos. Et licet idem nos pascha prædicto die celebraremus, quia tamen inde quidam dubitant ad corroborādas animas eorum, eidem Herme, angelus dñi apparuit in habitu pastoris & præcepit ei ut pascha domini die dominico ab omnibus celebraretur, unde & nos apostolica auctoritate instituimus oēs eodē die seruare debere, qa & nos seruam9, nec debitū ē a capite quoquō discedere, tempore Sotheris, qui post Anicetum, Anno salutis.169. Romanā sedem possedit siluit illa cōtentio propter diuersas Catha phrygarum Apellitarū, & Thacianorum hæreses qui suis hæreticissimis dogmatibus in ecclesiam dei undiq̄ ueniebant. Sed tēpore Eleutherii iterū pullulauit ista contentio quo mortuo Victor, Asianos secundum aliquos rescindere uoluit a societate cōmunionis, secundum aliquos excōmunicauit. Vnde sic textus illius habet Celebritatē sancti Paschæ die dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud eadem die solenniter celebrare mādamus, quia nō decet ut membra a capite discrepent, aut aliter gerant, a decimaquarta uero luna primi mensis usq̄ ad.21. diem eiusdem eadem celebret festiuitas. Vides nunc in exitu rei licet Polycrates tradiderit hanc paschæ celebrationem ab euangelista Ioāne, ac ab aliis ita institutam tamen tantū Victor demum effecit, ut in Cæsarea Stratonis celebrata sit, Synodus anno gratiæ cētesimo nonagesimo octauo. cui Theophilus ꝓfuit Cæsarieñ. ubi & fuit Narcissus Hierosolymoꝝ, & cū ipsis Classius Tirius, & Clarus de ptolomaide, & cæteri multi qui statuerunt & decreuerunt non quarta decima, luna cū Iudæis, sed die dominica in qua dñs surrexit a mortuis dominicum Paschæ celebrari debere misterium, putas non hęc res magnā tribuat auctoritatem ep̄o Ro. ꝙ ita ab instituto Ioannis ac alioꝝ, qui Ioannē euangelistā audierunt orientalis cessit ecclesia,

Sixtus
Adrianus Elius
Thelesphorus.
Higinus
Pius
Hermes
Sother
Eleutherius
Synodus
Cesareæ stratōis.
Theohpilus
Narcissus
Classius
Tirius
Clarus de ptolomaide.

an nõ magna res est q̄ sic Patres in cæsarea Palestinæ, que olim tur ris stratonis appellata est cesserit Victori Romano pontifici, & ita probauit Theophilus ita statuere patres in Niceno concilio. Ita & in Antiochena synodo receperunt, quotquot ibi fuerant, & quãdo in Chalcedone urbe Bythiniæ ad Bosphorũ Thratiũ sita sexingẽti, & triginta patres congregati fuerũt cõplures epi coacti sunt quar/ tudecumanoꝝ abiurare errorem. Obmitto hic quæ ex Hieronymo Ambrosio/Augustino/ac Gregorio de pasche celebratiõe dicere pos sem, iam satis hic fuerit post totidem dissensiões, quas uix uno die possemus absoluere receptã esse sententiam Pii/Aniceti/Eleutherii/ & maxime Victoris, sed quod hic dicis redargutum Victorem non a Paulo, sed ab Hyreneo Lugduneñ nihil est quod probes. Siquidẽ eapropter culpatur Victor, q̄ passim totius Asiæ, ac uicinarum pro uinciarum ecclesias a cõmunionis societate abscindere nititur, tanq̄ in hæresim declinantes, & literas mittit quibus omnes simul absq; discretione ab ecclesiastico fœdere segregaret & hoc non omnibus epis placebat, nec per id q̄ Hyreneus Galliarũ eps Victorẽ arguit, uel potius cõmonet potestatem Victoris minuere potes, aut proba/ bis Galliarum ecclesias, aut etiam ipsum Hyreneum, aut Phetinũ epm Lugduneñ super epm fuisse Romanum. Siquidem Hierony. sic habet Hyreneus Photini epi, qui Lugduneñ. i Gallia regebat ec clesiam presbyter a martyribus eiusdem loci ob quasdam ecclesiæ, quæstiones legatus Romã missus, honorificas super nomine suo/ ad Eleutherium epm perfert literas. Si non agnoscebant Romanũ pontificem, Photinus Hyreneus ac alii Gallorum martyres, quid opus erat super certas ecclesiæ questiones mittere Hyreneum? Cur non has quæstiones inter se, quid agendum/quidue sentiẽdũ esset soluerũt? Cũ tñ Hyreneus teste Eusebio in pueritia fuerit, Policar pi auditor/& Policarpus fuerit Ioãnis apostoli discipulus/a Ioãne quoq; Smyrne eps ordinatus/totius Asiæ princeps, sed hic cum tã tum tibi placeat ecclesiastica historia de Hyreneo/ cur non & illic placet quod & scripsit Hyreneus in hæc uerba. Matthæus hebræus propria eorum lingua conscriptum edidit euangelium, cũ Paulus & Petrus in urbe Roma, euangelizarent, atq; ecclesiæ inibi funda/ mẽta solidarẽt. At quid opus est uerbis ante Nicenũ conciliũ/Cẽtũ & pluribus annis fatet Hyreneus Ro. ecclesiã esse principalem ad quã totius mũdi ecclias cõfugere necesse sit, uñ nũc qd tu ipugnes.

Antiochena synodus.

Eusebius libro. v. capi. xxiiii.

In Chatalogo de viris illustribus

Li. v. cap. v.

Hyrenei pceptor Policarpi

Hyrene⁹ in. iii. li. cõtra hereticos.


Tem ibidem Anicetus quoq; cessit Policarpo Smyrneo episcopo, nec eum cogere potuit in sua decreta.

FABER


Clesiasticæ historiæ uerba sunt hæc, beatus Policarpus cum ad urbem Romam peruenisset sub Aniceto, cũ de aliis nõnullis parum quid habuissent inter se statim tñ coissent/in pacem de hac quæstione ita egerunt, ut non unusquisq; sententiã suam obstinata contentione defenderet. Neq; enim Anicetus/Policarpo suadere poterat, ut nõ obseruaret ea quæ nouerat Ioannem discipulum domini nostri, uel cæteros apostolos cum quibus semper fuerat obseruasse, neq; rursum Policarpus Anicetum persuasit, ea deserere quæ ille dicebat a se maiorum more seruari. Cũq; hæc inter se habuissent, cõmunicarunt sibi inuicem. Ita ut cederet Anicetus/Policarpo etiam sacerdotali mysterio honoratus, dum taxat contemplatione perfungi, & ita ab inuicem plena fide, pace integra & firma charitate discedunt, ut ões ecclesiæ siue quæ ita de pascha siue quæ non ita obseruarent inter se tamen concordiam custodirent. Sed cur putas hæc facta? Certe prudẽtissime fecerunt Anicetus & Policarpus, qui nullam inter se nouã mouere tragœdiam, ueniente nãq; Policarpo/ad Anicetum Romam, Martionem inuenit, & multos Martionis & Valentini persuasione deceptos, Addo q; tẽpore Sotheris propter mõtanos Appellitas, & Tatianos, etiam hæc quæstio de celebratione paschæ siluit, nec tamen interea quod iustum erat fuit obseruatũ, sed quid obseruatum fuerit, hoc Constãtini testatur epistola ubi sic scribit, est ordo decorus quem omnes ecclesiæ in uno orbe occidentẽ & meridiem, & arcturum positæ seruare noscuntur. Necnon etiam quædam oriẽtalium propter quædã in præsenti bene se habere estimauerũt. Et ego ipse uestre quoq; sapiẽtie placere promisi, ut quod in Romana ciuitate, Italia/& Aphrica/& uniuersa Egypto/Hispania/Galliis/Britannia, Lybia tota Hellada/ Asia Ponto/& Cilicia libẽter sub una cõcordia custodit hoc etiã uestra sapiẽtia suscipiat, cõsiderãtes nõ solũ multitudine ꝑdictoꝝ locoꝝ & ecclïarũ numerũ, sed etiã qa hoc maxime

Li.v.ca.xxiiii.

Epl'a Cõstãtini.

debetis omnes cōmuniter celebrare ꝙ ratio subtilis uidetur exigere nullam cum Iudæorum periurio habere cōmunionem/Vides iam quomodo Anicetus Policarpo cesserit·

LVTHERVS



Tem historia tripartita lib·4·Iulius primus,conatus ꝓhibere ne citra suam auctoritatem concilium cogerent oriētales episcopi inaniter egit, quia nihil illi hoc curāt & acutissime ei rescripserunt·

FABER



Socrates· Vid hic probabis,nūquid ut placeat Ironia orientaliū epōrū, scis quid in eodē loco tri·histo·Socrates habeat epistolas ipsas·Inquit,ponere propter fastidium multe lectionis omisi,sed putas perdite sint? minime, siquidem eas & integras habemus duas nempe Iulii oriētaliumqꝫ unā· In prima Iulii epistola hæc uerba scribuntur, Ipsa nanqꝫ omnibus maior & predita est ecclesiis,quæ non solūmodo Canonum & sanctorum patrum decretis,sed dñi saluatoris nostri uoce,singularem obtinuit pricipatū,sed putas ne Eusebius/Theoginus/Theodor9/ & Perinthus,unacū reliqs in Antiochia congregatis nō recognouerint Iulium,certe uelut illam uidi epistolam ante Iulii tēpora, etiā orientales episcopi,sub obedientia fuerunt Ro· pont· conquerūtur enim in eadem epistola,ꝙ Athanasius/Alexandrinus/Paulus/Constantinopolitanus/Marcellus Ancire/Asclepius/Gasæ, ac Lucan9 Adriopolites,pro certis criminibus damnati fuerint·Quod si ordinatos epōs in damnatorum loco firmare elegerit,pacem & cōmmunionem habere uelint,sin minus deinceps cum Iulio,nec cōgregari nec obedire uelle minātur,hæc est summa illius epistole, sed pro te nihil facit,siquidem rotunde fatentur sese obedire debere,omitto ꝙ ibi ecclesiam Ro·agnoscunt esse munificam & matrem semper existere pietatis & cupiunt quos in ordine epōrum ipsi firmauerint etiam ipse Iulius firmare dignetur,sed quid rescribit illis certe exorditur in hæc uerba,decuerat uos aduersus Ro· & Apostolicā ecclesiam limate & non ironice loqui·Qui & ipse dñs Iesus christus eam

decenter allocutus ait • Tu es Petrus & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam,& portę inferi non præualebunt aduersus eam• Et tibi dabo claues regni cœloꝝ•Habet enim potestatem singulari priuilegio concessam,aperire & claudere ianuam regni cœlestis quib9 uoluerit • Nam si ei detrahere quæ ore domini sacrata atq; desuper exaltata est,nõ timuistis • Nec mirum si fratribus irrogare iniurias minime cessatis•& infra • Quare miror uos tam audaces esse,& tam imprudenter egisse, & terminos ac iura beati Petri apostoloꝝ principis inuasisse• Sui enim iuris erat ut absq; eius sanctæ sedis auctoritate nullus deberet aut concilia cœlebrare, aut episcopos ad synodum conuocare, uel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordinare• Quæ omnia uos temerare non timuistis • Quid ergo aliud est talis præsumptio, nisi apostolorum suorumq; successorum decreta transgredi, & maledictionẽ superius compræhensam in lege semel cautam, quam populus uno ore consonaq; responsione per amen•i•fiat confirmauit,suscipere non timuistis • Hæc & multa id genus in eadem continentur epistola ,quæ certe non pro te,sed maxime in aduersum pugnant• Et non parum miror q̃ hunc locũ pro te citare fueris ausus • Et quia hic ex quarto tripartitæ historię libro mecũ agis,unde ex codẽ & tibi q̃dã obiiciã• Tu cur non ex eadem historia scribis quomodo Athanasius relinquens Alexandriam,Romam profectus est? Et Paulus Cõstãtinopolitanus/Marcellus Ancyræ/Asclepius Gazæ/Lucianus Adrionopolites episcopi Romę deguerint, & quomodo ex his singuli sedes suas adepti,imo per Iulium restituti,quanquam per oriẽtales damnati & eiecti fuerint • Vide q̃ pulchram hic nobis citaueris historiã quæ tuo te gladio iugulabit • Cur non & nobis proposuisti literas Eusebii / literas Aegyptiorum episcoporum asserentium falsa esse, quæ contra Athanasium dicebantur? Aut, quod est de Sardicensi cõcilio in eadẽ historia• imo tibi citandus erat canon tertius eiusdẽ concilii,aut forte Niceni concilii sic sonans • Osius episcopus dixit illud quoq; necessario adiiciẽdum est, ut episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam,in qua non sunt episcopi non transeant,nisi forte a fratribus suis inuitati, ne uideantur ianuam claudere charitatis • Quod si in aliqua prouincia aliquis episcopus contra fratrem episcopum litem habuerit,ne unus de duobus ex alia prouincia aduocet episcopum cognitorem • Quod si aliquis episcopus

Zozomenus

.iiii.lib.histo.trip.cap.xix.

Eodẽ li.c.xxiii.

iudicatus fuerit in aliqua causa,& putat se bonam causam habere, ut iterũ cõcilium reuocetur. Si uobis placet sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinarunt Iulio Ro. epõ. & si iudicauerit reuocandum esse iudicium, reuocetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, ut non refricentur ea, quæ acta sunt, quæ decreuerit, confirmata erunt. Hoc si omnibus placet, synodus respondit, placet. Sed unde fuerunt episcopi in Sardice cõgregati, fuerũt ex urbe Roma/Hispaniis/Galliis Italia/Campania/Calabria/Aphrica/Sardinia/Pannonia/Misia/Dardania Macedonia/Thessalia/Achaia Hepiro/Trachia/Rhodope/Asia/Caria/Bithynia/Hellesponto/Phrygia/Pamphilia/Lidia/insulis Cycladibus/Aegypto/Thebaida/Libya/Seleutia/Palestina & Arabia. Hi certe iuxta prædictũ canonem statuerunt grauatos ad Iulium Pontificem ac eius sedẽ appellare posse atq; debere. Qui quidem canon Ro. pontifici nõ paruam tribuit auctoritatẽ. Etiã si in. 4. libro. c. 9. Tripartitæ historiæ neq; Iulius interfuit maxime Romæ præsul, neq; in locum suũ aliquem destinauit. Cum itaq; ecclesiastica regula iubeat non oportere præter sentẽtiam Romani pontificis concilium celebrari. Et in eodem cur non uides quod scriptum est. c. 15. Cognoscens Romanus episcopus crimina singulorum & omnes Niceno concilio concordare comperiẽs eos in communionem suscepit, tãquam omnium curam gerens, propter sedis ꝓpriæ dignitatẽ, singulisq; reddidit suas ecclesias. & cur non adiicis quomodo Iulius ut est iterum in eodem lib. c. 15. cassauerit acta concilii Tirii. Vides nunc ex eodem libro. 4. quoties te cõuincere possis. Quod si ironiã obiicias non est quo iuste glorieris. Nam hæc Arriana uesania nihil nõ turbauit ut est apud Ruffinum nihil nõ scelerati admisit, & q̃ peius est ad tẽpora Theodosii usq; durauit. Mirũ ergo non fuerit, si in tanta seditione scripserunt orientales per ironiã nunq̃ enim tempore pullulãtis hæreseos ordo debitus seruatus est, immo conturbata sunt multa & ut plurimũ non solum maledicẽtibus, sed & benefacientibus est remaledictum & aduersarii sunt talione remorsi. Et beatus est, qui in tãta dissensione discernere potest an quis sit Albus, an ater, sunt enim hæretici hii de quibus dñs ait. Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimẽtis ouiũ hoc est secũdum Hiero. Qui uidentur cõtinentia, castitate, ieiunio, quasi quadã pietatis se ueste circũdare, intrinsecus uero hñtes aium

Vnde epi Sardicensis concilii

Hierony. in Mattheum. c. vii.

uenenatum, simpliciorum corda fratrum decipiunt. Ex fructibus ergo, quibus animæ innocentium ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur. Vides nunc iterũ ex tot repetitis historiis quam toto coelo erres, qui librum historiæ tripartitę tertium pro te adducis, qui & totus contra te surgit in aduersum. Possem hic multis agere tecum, si uelim, Cur in ecclesia primitiua literæ formatarum a Petro primum & principale ceperunt exordium. Sed hic satis superq; responsum existimo.

LVTHERVS



QVarta, Romanum pontificem esse omnibus superiorẽ, humano decreto sancitum est. Nempe Constantini quarti Græcorum imperatoris, ut scribit Platina in Benedicto secũdo, nec sic tamen obseruatũ ab ẽpis aliis.

FABER



VEhementissime miror te tanti nominis uirum toties ea dicere, quę uera non sunt. Et hic habes ex Platina cuius contrarium omnino reperitur. At studiose scripturas & omnes historias torques/atq; retorques, modo Petro ius auferas, quod illi dedit dominus. Hic inculcas historiam quasi in primis Romanus pontifex sit reliquis factus superior tempore Benedicti secũdi/& Constantini quarti. Et sic circiter annum domini septingẽtesimum quis hoc dixit? quis hoc unquam asseruit? Cõtra te sunt scripta Siluestri/Iulii/Liberii/Damasi/Siricii/Innocentii/Zosimi/Leonis/Simplicii/Gelasii/Gregorii Magni/Eusebii/Sozomeni/Hirenei/& aliorum. Et contra te rotunde textus est decimi canonis iuxta quædam exemplaria in Niceno concilio ita sonans. Ecclesia Romana semper habuit primatum. An putas ille textus editus fuerit tempore Constantini quarti? minime terraq;. Siquidẽ tẽpore Constantini primi, & sic fere quadringẽtos annos ante tempora Constantini quarti fuit hic canon in Nicena synodo pronunciatus. Sed quid Platinæ faciemus? ne calumniemur, auctorem illius quidem integra uerba subscribi oportet. Sunt autem hæc. Ad hunc Benedictum secundum Constantinus imperator homi- Platina

nis sanctitate permotus, sanctionem misit, ut deinceps quem clerus/populus/exercitusq; Romanus in pontificē delegisset, eundem statim uerum Christi uicarium esse omnes crederent, nulla aut Constantinopolitani principis, aut Italiæ Hexarchi expectata auctoritate, ut antea fieri cōsueuerat. Id enim ratum erat in creādo pontifice, quod princeps confirmasset, uel qui eius uices in Italia gerebat. Hæc Platina. Sed quid hic noui sancitum est aliud q̄ qđ semper ecclesia Romana cæteris fuerit superior. & aliquid īmutatū est maxime circa electionem in creando uel confirmando pōtifice. Sed hic si tantū tibi Platina placet, cur non & illud accipis ꝙ pontificem electum statim uerum Christi uicarium omnes credere debeamus. Tu tñ in odium pontificis hæc & his similia uelut quēdā scopulum marinū fugis. At adhuc forte subinferes, Etiam si tēpore Constantini primi Ro. ecclesia sit facta superior, sit tamen dūtaxat ex humano decreto. Sine nos parum hic tecū fabulari. Quæ dicis humana/uel diuina decreta? Nunquid ea diuina? quæ met ipse dñs statuit, & ore ad os locutus est. Hæc uero humana quæ tradiderūt homines, quæ Petrus, quæ Paulus, quæ Iacobus, quæ Ioannes/ac alii apostoli tradiderunt, sunt humana decreta. Aut ea dices diuina quæ sunt in utroq; testamento contenta, & quicquid extra hec fuerit, humano dicatur esse decreto sancitum, & non perinde ueluti reliqua magni haberi. Tunc mihi quæso responde quid symbolo facies apostolorum, quod ab apostolis factū ac traditū Ruffinus ait. & qđ maius est, tota credidit ecclesia? Quid symbolo facies Niceni concilii? Aut symbolo Athanasii sunt ne decreta humana? An non sunt ea ac talia decreta, quorum si contraria nos etiam doceret angelus de cœlo, credere non oporteret. Et tu non perpēdens conciliorū auctoritatem, & uires sic contēptim abiicis ac aspernaris. Hæc sanctorum patrum sancta decreta. Sed ad hoc mihi responde Lucæ decimo scriptum est. Qui uos audit me audit, qui uos spernit, me spernit. Quando putas hoc euangelii dicto maiores nostros usos fuisse? Nunquid non in sacris conciliis, ut quæ iusta, quæ uera uiderentur, ex hoc euangelii uerbo statuerunt. Nec moror ꝙ ea dūtaxat apostolis esse dicta contendis. Nam Cyprianus ac alii prorsus contraria dicunt. Qđ si locum præsentem admittere nolueris, rogo des nobis hic alium euangelii locum. & dabis forsan hunc de scribis & pharisæis super cathedram Mosi sedentibus id te respondere

diuina | quę decreta | humāa

necesse est. Nempe nihil potestatis sacrosanctis conciliis admittes Contra tuam opinionem Reuerendissimus ac clementissimus dn̄s Matthæus.tt.sanctæ Potentianæ card. Seduneñ studiosoꝝ omniū ac meus primarius Mœcænas & ipse doctissimus ita nuper inter disputandum uere subintulit dicens. Si nihil extra bibliam sanctis conciliis credere uoluerit Lutherus, certe cū Arrio negabimus filiū dei esse patri coæternum & cōsubstantialem, contra decreta Niceni concilii. aut, qđ peius est, atq; periculosius, si nihil recipit nisi quod aperte nouū testamētum habet de personis & essentia in diuinis. Nihil amplius dicemus, quū ea uocabula, teste FacūdoHermanēsi episcopo, in primis ex patrum cōciliis ortū acceperint. Qđ si cōciliis nihil iteꝝ tribuerit, negabimus cū Macedonio spiritum sanctū esse deum, contra sententiam.150.patrum in Constantinopolitano concilio. Dicemus quoq; sacratissimam Mariam non dei sed hominis tantum fuisse genitricem. & ita cū impio Nestorio faciemus aliam personam humanitatis/aliam deitatis, Christum quoq; uerū deum negabimus, contra Ephesina decreta ducentoꝝ patrum. Asseremus quoq; cum Eutichiana hæresi Christum post assumptam carnem humanam non in duabus naturis subsistere, sed solam in eo diuinā naturam permanere, humana in diuinā mutata, cōtra decreta.630. patrum synodi Calcedoneñ. Et demum si decretis illis conciliorum ac sanctoꝝ patrū sentētiis nihil dederit, quid faciemus Simonianis Menandrianis/Saturninianis/Basilidianis / Nicolaitis / Gnosticis Carpocratianis/Corinthianis/Nazaręis/Hebionitis/Valentinianis Sephandrianis/Ophitis/Setheianis/Archonticis/Cerdonianis/Appellitis/Seuerianis/Catianis/Catephrigibus/Pepusianis/Arthothynitis/Adamianis/Theodotianis/Melchisedechianis/Bardesonystis Nouatianis/Valesiis/Angelicis/Apostolicis/Sabellianis/ Origenianis/Paulianis/Manichæis/Hierarchitis/Melitianis/Arrianis/Etianis/Apollinaristis/Antidicomarionanitis/Psellianis/Methanchisinobitis/Seleutianis/Proclionitis/ Patricianis / Astitis / Pathalorinthitis/Aquariis/Colutianis/Lorinianis/Donatianis/ Pristillianistis Luciferianis/Iouinianistis/Meluidianis/Paternianis/ Tertullianistis/Pelagianis/& aliis hęreticis, quos Philaster Brixianus ep̄s in li. de hæresibus, item Epiphanius Cypri annotauit. Sic itaq; in uanū sancti patres laborarunt, & totidem impensas Constantinus imperator frustra in concilio pertulit Niceno. Et ego iam ad te rediens,

Iudicium Reuerēdissimi dn̄i Card. Sedunensis

Facundus

Philaster ep̄s Brixianus

dico. Nunquid omnes illos hęreticos ex euāgelio ac Pauli cōuinces epistolis, ita ut in illis non appareant obscuræ & ancipites sentētiæ, Quæ in ueram partem si tractæ fuerint, consensu patrū auctoritatē accipiant. Aut patieris ut demum caput hæc monstra illi serpentes erigant, repullulent, & demū totū orbē, ut antea cōmoueant. Qđ si ita uolueris, & ecclesiam, nisi nobis aliam q̄ præscripseris, admittas, iam a.400. annis non consecrauit ullus sacerdos, nec cōicauit ullus laicus. Declaro hæc post tuā captiuitatem uere captiuitatem & confusissimam Babilonem. Siquidem præscribis nobis consecrādi formam in hunc modum. Verba autem Christi, quibus sacramentum hoc instituit, sunt hæc, Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panē, & benedixit/ac fregit, deditq; discipulis & ait. Accipite & māducate hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et accipiens calicē gratias egit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc oēs, hic est calix nouū testamentum in meo sanguine, qui pro uobis & pro multis effūdetᷣ in remissionem peccatoꝝ, hoc facite in meā cōmemorationem. Quę uerba & apostolus.1. Cor. undecimo tradit. Et latius explicat quib9 nos oportet niti, & super ea ædificare ceu supra firmam petrā, si nō uolumus omni uento doctrinæ circūferri, sicut hactenus circūlati sumus per impias doctrinas hominū auersantium ueritatem. Hæc ad uerbum tua sunt, age uideamus quō constent. Matthęus habet Accipite & comedite hoc est corpus meū. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicēs. Bibite ex hoc omnes, hic est .n. sanguis meus noui testamēti, qui ꝑ multis effunderᷣ in remissionē pc̄tōꝝ. Marcus sic habet. Sumite hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberūt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Lucas. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicēs, Hoc est corpus meū, qđ pro uobis daᷣ, hoc facite in meā cōmemorationem. Simlr & calicem postq̄ cœnauit dicens. Hic est calix nouū testamentum in sanguine meo, qui pro uobis effūdeᷣ. Et apud Paulum in eadem epistola ad Cor. Dn̄s Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit/& dixit. Accipite & māducate hoc est corpus meum, quod pro uobis tradeᷣ, hoc facite in meam cōmemorationē. Habes itaq; tres euāgelistas/& unū apostolū Paulum. Sed respōde mihi an ecclesia uerbis Matthæi/Marci/uel Lucæ/aut Pauli utaᷣ? Dic mihi an unius uel duoꝝ uel trium uel quatuor illorū an nihil

Vere captiuitatē edidit Lutherus

Matth. xxvi.

Marci. xiiii.

Lucæ. xxii.

Paulus

addiderit? Iam pensato quomodo totidem sæculorũ consecrationẽ turbes. Ecclesia enim sic cõsecrari fecit hoc est enim corpus meum. Et hic est enim Calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti mysterium fidei qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Dic an in euangeliis, ac Paulo omnia sint? de dictione enim hic nihil dicam respondit Innocentius tertius ante trecentos & plures annos cuidam Lugdunẽsi epõ, sed dic mihi ubi sit mysterium fidei? ac respõde queso. Cur dicitur Calix sanguinis mei, & nõ hic sanguis meus? iuxta Matthæum & Marcum, cur calix sanguinis mei, & non Calix nouũ testamẽtum iuxta Lucam & Paulum? Cur noui & æterni testamenti & non nouũ testamentũ? Cur ęterni testamenti? Cur tamen æterni, nec in Paulo, nec in euangeliis reperiatur? Cur mysterium fidei, cum tamen in euangeliis ac paulo nullibi sit? Cur pro uobis & pro multis? Cũ tamen solus Lucas habeat pro uobis? Et pro multis dumtaxat sit apud Matthæũ & Marcum cur effundetur? cũ Lucas habeat fundetur. Cur in remissionẽ peccatorum? Cum id solus Matthæus habeat, cur nobis prescribis ut dicamus post Paulum, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur? Et non doces ut imitemur Lucam dicentẽ, hoc est corpus meũ quod pro uobis tradetur. Nunquid ergo non erit christianę constantie conformius, hanc obseruare formam quam totidem sęculis sancta seruauit ecclesia, a qua sponsum hoc est Christũ tam diu abfuisse non est uerisimiliter cuiq; credendum. Quid olim dicent hii qui in tua uerba iurarunt, si intellexerint te nobis tam mirabilẽ & intricatam prescripsisse legem, maxime dum uiderint quam periculose multa immutentur, & reuera periculosissima sentẽtia est ea immutare quæ tot sæculis in ecclesia dei unanimi christianorum consensu seruata fuerunt, etiam in Biblia si expressa nõ sint, nam ꝙ ad calicem miscendum aquam tradis & recte, nec euãgelium nec Paulus docuerunt, unde cũ Hugone Ethereano græco quærere possem quis pontificum cœtus tradidit baptizandos perũgi oleo, domino docẽte baptizari in nomine patris & filii & spiritus sancti, & nihil amplius adiiciente, quæ synodus constituit in officiis ecclesiarum, Kyrie eleyson cantum psallere & non cõcinere christe eleyson Amplius quæ synodus sancta sanciuit feruentẽ aquã sanguini domini co permisceri. Nunq̃ enim scriptum est dñm feruentem aquam misisse in calicẽ, Taceo hic de ieiunio, quadragesima abstinentia car-

Hugo Etherianus Græcus

nium sub certis diebus quæ ad nos a temporibus apostolorum ue/nisse quasi per manuum traditionem notissimum est, ea immutare uelle impiissimũ esse dico, & idcirco eucharistiam cõtra traditionẽ apostoloꝝ sacrificium esse negas. Id quã iniuste feceris apertissime docebũt olim Hyreneus & Epyphanius auctores grauissimi quos una cum quibusdã aliis non oino aspernandis. Reuendissimi Car/dinalis Seduneñ auxilio si uita superstes mãsero in lucem prodiisse uidebis, interim circa modũ consecrandi tutius mihi fuerit maioꝝ imitari uestigia q̃ tecũ doctrinis uariis ac peregrinis abduci & q̃tũ ad presens attinet, est uetus traditio Romanam ecclesiam cæteris esse superiorem hanc traditionem firmiter esse tenendam constan

Theleñ cõcilium. tissime credo, unde in Theleñ concilio lectum est ea quæ patrum constitutione sint cõstituta firmiter obseruari debere, iuxta uerbũ

Paulus apostoli dicẽtis, state & tenete traditiones nostras si ue per uerbum siue per epistolam, & Syricius eisdem patribus in Theleñ cõcilio

Syricius congregatis inter cætera scribit apostolatũ & epãtum Petri in Chri

Leo sto cepisse exordium. Et Leo scribens ad Anatholium ex dominica institutione dicit, se uniuersis ecclesiis curam debere ꝙ non in uno dũtaxat loco magnus ille Gregorius testatˀ. Et Gelasius longe aptio rem sententiam habet maxime ꝙ Romana ecclesia sit cæteris præ/lata. Et imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodosius in edi cto urbis ad populum Constantinopolitanũ omnino uoluit popu/lum in tali fide uersari quam diuinum Petrum apostolum constat tradidisse Romanis, & quã teneat pontifex ille Damasus. Satis er go me docuisse credo quæ sunt etiam ex humano decreto, maxime conciliorum & uera sententia patrum, non adeo usquequaq; dam/nanda & quod uerissimum est hic nõ esse uerum imprimis tempo/re Benedicti secundi, aut Constantini quarti Roma. pontificem fa ctum cæteris esse superiorem.

LVTHERVS



Vinta nunquid Cyprianũ/& Augusti. ac alios Aphrica epõs confirmauit papa, qui tamẽ de latina ecclesia erãt? Nunquid eorum consilia impedierunt, aut cõciliabula fuerunt? quia sine Romani pontificis authoritate gesta sunt, ut in eorum libris clare habetur.

Yprianũ ante tempora Niceni cõcilii martyrio passum nõ ignoto. Attamen si scripturas Cypriani legeris, inuenies, quãta ueneratiõe Romanũ obseruarit ponti. unde scribens in Symbolum apostolorum quod nostri maiores, aplos post Ascensionẽ dñi fecisse crediderunt, hoc maxime laudat, ꝙ circa symbolum apostolorum in ecclesia urbis Romæ nihil ueluti in aliis ecclesiis reperiatur abiectum, & ꝙ eo tempore, neq; hæresis ulla illic sumpserit exordium, & in summa non parua fuit auctoritas Roma. pont. etiam tẽpore Cypriani, de hiis qui ad Ro. nauigauere pont. nolo iam dicere plura, Etiã fatet̃ idẽ Cyprianus non semel, sed sepissime super Petrum fundatam ecclesiam, & ꝙ ab ecclesia Ro. sit sacerdotalis unitas exorta, quãq; non negem Cornelium/& Stephanũ/Cypriano non mediocrem impendisse honorẽ, nempe in epistola. 7. lib. 2. Mortuo nobilissime memoriæ Fabiano presbytero atq; dyacono Ro. humaniss. Cypriano scripserunt hunc inter alia beatissimum, atq; gloriosissimum papam nominantes. Sed de conciliis per Cyprianum habitis illiusq; decretis, scis ex hiis quæ supra tradidi, quo pacto. D. A. Augusti. Cyprianum excuset. Addo ꝙ omnia synodica in beneplacitum sedis Ro. posuisse presumitur. Et quamq; errarit aliquantulum tñ adhuc excusationem meretur. Nãq; non dubito cũ Augustino. Si intellexisset Cyprianus, a Ro. pont. uel generali concilio, quid recte tenendum quidue sentiẽdum fuisset mutasset sententiam, epistolæ Cypriani testantur qũo adhuc tẽpore Cypriani dyaconi utriusq; sacramenti cõmunionem laicis dabant, hæc tamen consuetudo legittime fuit in Niceno concilio dãnata, apertissimũ etiã est qũo pueris in cunis adhuc Vagiẽtibus eiusdẽ Cypriani temporibus hoc sacramẽtum dabatur, quãq; legere potuerit in Paulo probet seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hoc tamen in exemplum generale prorsus trahi non debet neq; potest, quod ad confirmationẽ attinet. dic Basilide apud Cyprianũ propter idololatriã destituto, quur ipse Basilides Romã nauigauit, ut restitutionẽ a Ro. põtifice obtineret, Vide historiam & inuenies aliquid secreti & forte non penitendi ad Augustinum/uenio de quo scis ꝙ ingenue fatetur. Bonifaciũ præeminere celsiori fastigio. Sed dem tibi ꝙ Ro. eps etiam multos annos

Cyprianus.

Augu. 5. il. eplam Pela. ad bonifaciũ

a tẽpore Cypriani nullũ confirmauerit eṕm/quid hoc Petro tollet? aut oberit? Satis erat ex euangelio Petro datas esse claues Petrũ cæteris esse prepositũ & caput constitutum. Et iam dum euãgelica ordinatio per apostolos facta, apparet & fit manifestior, an non putas iam etiã consensu patrum sanctoꝝ Ro. pont. cepit habere primatũ, quisquis hunc tollere ausus fuerit grãdem iniuriã tam sanctæ sedi intulisse credatur. Id aũt non credes nisi ex euangelica ratione tibi probauero, probabo aũt sic. Nunq̃ in euangelio legisti, dñm Nicodemo ita dixisse, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto non potest introire in regnum dei? Quãta aũt putas obiisse interim ut de gentibus taceam millia circũcisorum. Cum nec dum in lucẽ prodierit ꝙ de baptismo tũc in tenebris dicebatur. Quid ergo? Dãnatos omnes illos dicimus qui baptizati non sunt? fit ergo iniuria antiquo illo dei æquo mãdato, Si nouo adhuc furtiue quodãmodo superueniẽte illud ita subito euanuisse putet, ut prodesse deinceps non ualeret. Et quidem quã longe post Ascensionem publice prædicatum & clamatũ super tecta fuisse si circũdamini Christus uobis nõ ꝓderit. Qũo deinde stabit illud? quia in diebus Ioãnis baptistæ regnum cœlorum uim patitur si precipue tunc tẽporis cõtigisse cõstiterit huiusmodi a regno uiolentam interclusionẽ qualis quidem nec ante fuerit, nec post futura sit sancito quippe noui mysterii decreto, sed adhuc secreto quisnã moriẽtibus interim ad regnũ patet accessus? dum & uetus & iam deficit quoniã a nouo excluditur, & nouũ tamen non subuenit quoniã dum nescitur, nõ percipitur. O infœlicissima illa tempora quæ sola a seculis pœnitus omniũ salutis remedio uacua transierũt, Dum & circũcisio, que illo usq; uiguerat, prodesse iã supueniente baptismate nõ auderet & baptisma quoniam adhuc lateret nõ succurreret forsan dormiebat eo tẽpore deus nec fuit qui interim redimeret neq; qui saluũ faceret satis profecto ex hiis quantũ reor apparet, ꝙ dãnatio non baptizatorũ, & frustratio circũcisorum, & euacuatio sacrificiorum quæ forte contra originale peccatũ ritus obseruat antiquus, generaliter iam tunc minime ceperit qñ Nicodemo clam dictum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto nõ intrabit in regnum cœloꝝ, sed nec quãdo apostolis palam iniunctũ est. Ite & docete omnes gẽtes baptisantes eos. In nomine patris & filii & spiritussancti. Sed ex eo tempore, tãtum cuiq; cepit antiqua obseruatio non ualere, & nou baptizatus

quiſq; non præcepti reus exiſtere. Ex quo præceptum ipſum inexcuſabiliter ad eius potuit peruenire noticiã. Ita eſt de primatu Romanæ eccleſiæ. Quãq̃ propter Petrũ ex euangelio forte debitus fuerit tamen quãprimum in Niceno cõcilio fuit aut promulgatus aut enunciatus iã ligare cepit quod & alibi ex Hireneo mõſtratũ eſt.

LVTHERVS



Exto quando Alexandrinum Hieroſolymitanũ & alios Egypti/Arabiæ/Syriæ/ Aſię totiuſq; orientis ep̃os inſtituit hii ergo omnes hæretici fuerunt? abſit.

FABER



Rientis & occidentis ep̃os propter quaſdã eccleſiarum diſſenſiones Romani imperiales literas traxiſſe ſcribit Hierony. fuerunt aũt inter hos, Paulinus Antiochen9 ep̃s,& Epiphanius Salamine Cypri quæ cõſtantia dicitur,& Athanaſius,ac Petrus q pſecutiones Arrianæ hæreſcos declinantes Romã quaſi ad tutiſſimũ cõmunionis ſuæ ortũ cõfugerũt, & quo pacto ſit, Athanaſius ab ep̃o Romano reſtitutus etiam nolentibus orientalibus de illius quoq; in Egyptum reditu ſupra traditũ eſt. Et habet orthodoxus Hierony. in lib. aduerſ. Luciferianos qualem ſe agnouerit Athana. erga Ro. pont. teſtatur illius epiſtola ad Liberium papam, ubi precipitur Egyptiorũ & Libiorũ ep̃is, ne in cauſis maioribus decernere quicq̃ abſq; Ro. pontifice tentent, eo q; ille curam habeat omnium eccleſiarũ,& q; abſq; illius ſententia concilia celebrari nõ poſſint,& ſicut in Chriſto chriſtiani. Ita & in Petro,& in Chriſto renouantur eccleſiæ, q; q; conſueuerit iniuſte damnatos ſua authoritate reſtituere & alia multa id genus in eadẽ epiſtola inuenies, & in tripartita hiſtoria uidere potes & maxime hoc fatẽtur ſanctæ ſedi Romanæ in honorẽ beatiſſimi Petri, patrũ decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam pro rebus inquirendis, atq; determinandis, quas ſolicite decet, iuſteq; ab ipſo præſulũ examinare uertice apoſtolico, cuius ſolicitudo ſemp̃ fuit & eſt tã mala reprobare quã bona laudare. Et Fœlix papa. Achatio & Iuliano cõ ſulibus, hoc eſt circiter annũ dñi. 570. ſcribit Athanaſio,& uniuerſis Fœlix papa

e͞pis in sancta Alexādrina synodo cōgregatis seq; primo alme Ro. urbis & uniuersalis ecclīæ uocat e͞pm, q; q; apostolatus & e͞patus Petri in Christo cepit exordiū, item q; i oibus salua sit sedis apostolicæ, dignitas, & qui perperā excōicati seu dānati fuerūt auctoritate sanctæ sedis, beati clauigeri Petri potestate saluentur, atq; restituātur, & idem Fœlix / Athanasio in memoriā reuocat quid sub Iulio illi, ac Paulo Cōstātinopolitāo / Asclepio Gasæ, & Luciano Adrionopolitæ cōtigerit. Vnde nouū non est Ro. e͞pm in diuersis mūdi partibus e͞pos statuisse. Ita Ioannē Constantinopol. a synodo dānatum restituit. Et sanctū Flauianū pontificē Gregorii congregatione dānatū sedes Apostolica absoluit, ac Dioscorum Ro. sedis præsulē sua auctoritate damnauit. de Thessaloniceñ e͞po iam sepe cōmemorauimus quare de illo nihil hic dicam, prætereo ea quę scribit Eusebius tēpore nouati cōtigisse. Et de hiis quę scribit Cornelius ad Fabianū Antiochiæ e͞pm. Hoc tamē nō omitto q; Damasus papa ante mille & centū annos Timotheum Apollinaris discipulū hæreticum condēnauit. Nectareum e͞pm ordinauit, & multa hiis similia sunt q̄ & cōtigerunt tēpore Damasi / Gelasii, ac aliorum. Et Leo e͞ps scribens Turbio e͞po Asturiceñ, aperte probat se potestatē habere præcipiēdi sicut & præcepit e͞pis Tarraconēsibus Carthagineñ. Lusitanis atq; Gallicis, ut celebrent generale cōcilium. Multos itaq; Leo instituit & destituit quos tū supra cōmemoraui. Et alio in loco tibi ostēdi Iulium Romanū pontificē orientalibus e͞pis suas reddidisse ecclesias Nec crediderim facile si ante mille & plures annos Ro. e͞ps non fuisset reliquis superior. Nunq̄ hoc nostri maiores, imo tam sancti patres in Asia / Aphrica & Europa / toties repetitas cēsuras passi fuissēt quas alioqui. Marcū, Iulium, Liberiū, Fœlicem, Damasum, Syricium, Leonem, Simpliciū, Gelasium, Gregorium Magnū, ac alios in partes totius orbis emisisse legimus, sed pergo.

In historia tripar. lib. ix. ca. xv.

Leo

LVTHERVS



Eptima, nec hodie sub Ro. pontifice sunt qui in perside India, Scythia totaq; oriente sunt, an putas nullos ibi esse Christianos & regnum Christi in Romam coactū? cuius sunt omnes fines terræ. psal. 2. & 21. An non sunt e͞pi qui non induūt uestes, non habent Palatia, equos aliasq; pōpas Romanas?

Romanas? Sufficit quod uerbum dei doceant/& diligant/ac pascant: quia sic nec apostolos confiteberis episcopos fuisse, si faciem rerum non res ipsas contemplari coegeris, imo eo meliores episcopi, quo a laruis facierum remotiores, & eo minus episcopi quo propiores.

FABER



E palatiis apostolorum nihil hic dico, sed Ioannem euangelistam equitasse probat Eusebius. Quanquam ad rem nihil haec faciant. Dico ergo quo Indiam Bartholomeo contigisse legimus, inter quam Parthiamque media sed longe interiori tractu India ulterior iacet, multis uariisque linguis & gentibus quam uelut longe remotam nullus apostolicae praedicationis uomer impresserat, Quem tamen temporibus Constantini quadam ex causa semina fidei prima suscepit, & primus horum episcopus fuit Frumentius per Athanasium ordinatus. Putas autem quod Athanasius Frumentio nihil dixerit de episcopo Romano. Et Sozomenus temporibus Constantini principis Iudaeorum gentes, immo & Persarum una cum Armenis ad Christi fidem conuersas esse testatur. Antequam ergo conuersi fuerunt, Romanum pontificem agnoscere non poterant. Siquidem hac computatione in primis Siluestrum papam agnoscere potuissent/atque debuerant. Et parem historiam de gente Anglorum dicere possem usque ad tempora Gregorii Magni, si Bedae credendum fuerit. Sed tu quid dices ad haec? Tempore Basiliensis concilii, ut illius acta testantur, Armeni pontificem Romanum uti superiorem agnouerunt. Et de sacerdotibus Indianis, quos nostris temporibus Chaldeum Romae profiteri scimus, quos & Basileae, dum illic officio iudicis quem officialem uocant, fungerer, de anno gratiae. 1518. missam non sine solenni ritu celebrare uidi, saepe mihi retulerunt sese omnes Romanum pontificem ex praescripto patrum ueluti superiorem agnoscere, quod & postea Romam ueniens, ab aliis ipse cognoui. Nam ab illis Indianis agnoscere literas conatus sum. Nec dubito, si commode unquam fieri posset, Ro. sedem frequentissime accederent, ueluti ante plurimos annos hos fecisse legimus. An putas sine causa in Florentino concilio sub Eugenio celebrato, sese orientales demum Ro. subdiderint pontifici. In his. s. Orientis partibus institutos/& destitutos episcopos iam saepius ostendi.

Eusebi. li. x. c. ix.

Lib. iii. historiae tripartitae. c. xii.

Beda

VV

tu poſt totidem ſæcula ueniens, ante quadringentos annos, nullã Ro. pontifici tradis, aut admittis auctoritaté. Ego hoc inuenio qũo Periganos fuerit epiſcopus in Petris. Hunc illius ciues ſuſcipere noluerunt. Tunc Romanæ ciuitatis epiſcopus iuſſit eum introni zari in Corintho metropoli defũcto eius epiſcopo, eiꝙ quoad uixit eccleſiæ præfuit. Quid ꝙ Mileuitanum concilium Carthaginenſis ſynodus, aliæ ſynodi ſemper ſua decreta/ſuas ſanctiones in bene placitum Romani pontificis ſtatuerunt. Hoc tempore Innocentii ante mille ac centum annos factum eſſe inuenio. Et hic illud quod dico, etiam tu inuenies ubi quæſieris in epiſtola quam Mileuitani concilii patres ſcripſerunt ad Innocentium papam. Et in ſexcentis epiſtolis Zoſimi/Bonifacii/Innocentii/Leonis/ac aliorum tibi com monſtrare poſſem qualem obedientiam fecerint atꝙ præſtiterint Orientales epiſcopi Romano pontifici. Nec dubito ſi non eſſet illa Mahumethi ac aliorum infidelium tyrannis, quotquot in hiſce lo cis degerent Romani pontifices tanquam Chriſti uicarium ac ſuc ceſſorem Petri, immo ut ſuperiorem haberẽt atꝙ agnoſcerẽt. Sicuti & in Florentino concilio cum occidentali ſeu Romana eccleſia pul chre conuenire cœperant Armeni ac alii orientales.

In fine tripartitæ hiſtoriæ

Florẽtinũ cõciliũ

LVTHERVS



Ctaua ſcribit Hieronymus de illuſtribus uiris ꝙ Acha tius epiſcopus Cæſarienſis diſcipulus Euſebii Pam phili, imperante Conſtantio, Liberium papam depo ſuerit, & Felicem conſtituerit.

FABER



Viſquis hic tua legerit, procul dubio credet, & imagi nabitur Achatium, quem, quia luſcus erat, μονόφθαλμον nuncupabant, Cæſarienſis eccleſiæ in Paleſtina epiſco pum fuiſſe Liberio ſuperiorem. nec unus aut alter co gitabit quid tempore Liberii/& Conſtantii de Arriana hæreſi con tigerit. Oportet itaꝙ, ne quiſquam errare poſſit, rerum illarum reddere rationem. In eodem quem citas libro Hieronymus ſic ha bet. Lucifer Caralitanus epiſcopus Pancratio/ & Hilario Romanæ

Hierony. de viris illuſtribus

ecclesiæ clericis ad Constantium imperatorem a Liberio episcopo pro fide sublegatus missus, quum nollet nomine Athanasii Nicenam damnare fidem, in Palestinam relegatus, miræ constantiæ/& præparati animi, ad martyrium contra Constantium imperatorem scripsit, librumq; legendum misit, ac non multo post sub Iuliano principe Caralis reuersus Valentiniano regnāte obiit. Et infra Fortunatianus natione Apher Aquilegiensis Episcopus imperante Constantino in euangelia titulis ordinatis breui & rustico sermone scripsit cōmentarios. & in hoc habetur detestabilis, ꝙ Liberium Romanum urbis episcopum pro fide ad exiliū pergentem primus sollicitauit ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit. Eusebius sic habet. Liberius qui post Iulium Marci quē Siluester præcesserat successorem in urbe Roma per idem tēpus sacerdotio fungebatur, in exilium truditur, in qua eius locum Felix dyaconus suus ab hæreticis surrogatur, & tam sectæ diuersitate q̄ communionis & ordinationis conuenientia maculatur. Et Theodoricus in historia tripartita sic habet. Pontifex Romanæ urbis Liberius/& Paulinus Galliarum Metropolitanus episcopus/& Dionysius Italus/Lucifer Metropolitanus insularum Sardiniæ. Et Eusebius. Ex Italia, omnes episcopi boni & prædicatores ueritatis arripiuntur/& traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi quia in Arrianam noluerunt consentire uesaniam, neq; in calumnias subscripserunt nostri. Et nunquam legisti dyalogum Liberii papæ ac Constantii imperatoris, ubi sic scriptum habes. Imperator dixit Vnum est quod decreuimus. Nolo enim te amplectentem ecclesiasticam communionem Romæ denuo destinare, & propter concordiam pacis subscribens, Romam reuertere Liberius dixit. Romæ iam fratribus uale dixi. Maiores enim sunt ecclesiasticæ sanctiones quam Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator dixit. Ergo trium dierum spacium ad deliberationem habes, si uis subscribere. Romā reuertere, aut certe cogita in quem uis deportari locum. Liberius dixit. Spacium trium dierum rationem nequaquam potest mutare, quapropter ubiuis dirige me. Imperator autem post dies duos examinato Liberio, & nequaq̄ a suo proposito reuocato, iussit eum in Beriam Traciæ exilio deportari. Egrediente aūt Liberio, imperator dedit expensas suorum militum. Tunc Liberius dixit offerenti. Vade & da eos imperatori. opus enim habet suis militibus erogare.

Eusebius

Theodoricus

Dyalogus Liberii ac Constantii

Similiter & Augusta tantos ei direxit, Liberius dixit. Redde hæc imperatori. opus enim habet ad expensas militum suorum Si autem imperator hæc non opus habet, det eos Auxentio/ & Epicteto. Illi enim hoc opus habent. Dumq; ab eis nihil accepisset Eusebius Eunuchus obtulit ei alios solidos, cui Liberius ait, Totius orbis ecclesias desolasti, & tanq̃ dãnato hæc mihi affers. Vade prius & imbuere cur sis christianus. His itaq; gestis, post tres dies nihil accipiens, missus est in exilium. Et post oẽs Platina sic habet. Quũ in synodo Ariminensi oriẽtales sacerdotes callidi homines & acuti occidentales simplices argumẽtis & fallaciis conuincerent, premittere eam disputationem pro tempore satis uisum est. Christũ enim cum patre homousion esse negabant. Hoc autem quia primũ Liberius pontifex aperte impugnabat, q̃q; etiam dãnare Athanasium iubẽte imperatore nolebat, in exilium ab Arrianis pellitur, atq; ita triennio ab urbe absuit. At uero sacerdotes congregata synodo in Liberii locum Felicem presbyterum uirum optimum pontificem crearunt, qui statim .48. episcoporum conuentu duos presbyteros Vrsatium/ & Valentem ab ecclesia separauit. Qđ cum Constantio Augusto in fide sentirent, hanc ob rem rogatu & precibus eorundẽ Constantius Liberium ab exilio reuocat, qui imperatoris beneficio motus, cum hæreticis in rebus omnibus, ut quidam uolũt, sentiẽs illud, tamen cum catholicis tenebat hæreticos ad fidem redeuntes non esse rebaptizãdos. Vide nunc quæso quid hic nobis attuleris, quam stabile ac firmum sit hoc argumẽtum historiæ tuæ. De Constãtio imperatore ex Hilario & aliis multa referre possem, sed nolo. Satis est Liberium eapropter eiectum, quia Arrianæ hæresi assentire primo nolebat. Et tu ex hac tyrannide putas Liberio nonnihil ademptum. Habes apud Ruffinum in hæc uerba. Damasus post Liberium per successionem sacerdotum in urbe Roma susceperat, quem prælatum sibi non ferens Vrsinus quidam eiusdem ecclesiæ dyaconus in tantum furoris erupit, ut persuaso quodam imperito & agresti ẽpo, collecta turbulẽtorũ & seditiosorũ manu, in basilica quæ Sicinem appellatur, episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione peruersis. Quo facto tanta seditio/ tot bella exorta sunt, alterutrũ defendentibus populis, ut replerent humano sanguine orõnũ loca, q̃ res factione Maximini perfecti/ sæui hominis ad inuidiã boni & innocẽtis uersa est sacerdotii ita ut cã ad cleri

Platina

In. xi. lib. ecclesiasticæ historia

corum usq; tormenta duceretur. Sed assertor innocētiæ deus affuit & in caput eorum qui intenderant dolum pœna cōuersa est. Et pares historias de Athanasio/Petro/ac aliis recēsere possemus. At satis fuerit hic docuisse lectorē quanta calumnia hic Achatii recēsueris historiam. Nec historia habet Achatiū deposuisse liberiū, sed sic ait Hierony. Achatius in tantum sub Achatio claruit, ut in liberii locū Romæ fœlicem Arrianū epm constituerit, credo iam olim intellecturos omnes quid hic Hieronymus de Liberio & Athanasio senserit, atq; uoluerit, & quam captiose tu hanc historiā induxeris.

LVTHERVS



Tem Ioannem Chrysostomum non Romanus pontifex sed Theophilus Alexādrinus/& Epiphanius Cypri eps, ut in tripartita deposuerunt.

FABER



On uereris Luthere etiam scribere quæ non huc pertinebant. Nescio an hic Theophilum/& Epiphanium Ioanne Chrysostomo meliores an deteriores feceris. Sed lectoribus oportet narrare historiam. Adhuc hæc maledicta Arriana hæresis nondū finē habuit, etiā tēpore Honorii imperatoris. Huic aūt Arrianæ factioni nūq̄ assētire uoluit Ioānes Chrysostomus. Eapropter Theophilus & alia ex causa, de qua Socrates in. 10. lib. rancorem erga bonum hunc uirum gestare cœpit. Proin sibi Epiphanium etiam Cypri fecit amicum. Et non solum Ioannē, sed & alios eiecit & longa est hystoria de li. Origenis quos Ioannes damnare noluit Demū Theophilus acri facta coniuratiōe fecit ut Ioānes mitteretur in exiliū. Hinc itaq; Ioannes in exilio ad Orificiū habitabat qd' Ponti uocatur. Cūq; per noctē terre motus ciuitatē regiam inuasisset, legati in matutino mittebantur ad eum rogātes ut uelociter reuerteret ad ciuitatē, & orationibus eius pericula remoueret, Sed alii post illos & rursus alii destinati sunt, ita ut legatis Bosphoris impleretur, quod dū fidelissimus populus agnouisset, fluctus Propōtidis nauibus est apertus. omnes enim occur-

Socrates

Historia Triparti ta li. x. capite. xiiii.

rerũt cereos & lãpades accendẽtes pro reuersiõe. Et nõ solũ ciuitate pulsus est, sed etiam in quandam paruulam ciuitatem atq; desertã Armeniæ concusso destinatus est. Inde rursus ad Piciuntem ubi fines sunt Ponti imperiiq; Romani, quæ loca crudelibus barbaris sunt uicina, clemens dñs non permisit Victorem athletam per talia

Sozomenus loca diu morari. Inter hęc, teste Sozomeno, Inno. Ro. ãtistes audiẽs de Ioanne moleste ferẽs, uolensq; generale cõciliũ celebrari, scripsit Ioanni/& clero Cõstãtinopoleos q non oporteret Ioãni successorẽ dari, nec eius clerum alii põtifici parere. De his quatuor homelias habemus reuera doctas & sãctas. Prima incipit, Multi qdẽ fluctus. Secunda, Moses magnus ille dei famulus. Tertia, Quid dicam, qd legit. Quarta quæ est omniũ pulcherrima, cuius initiũ est, Rursus Herodias uesanit, rursusq; turbaẽ, denuo saltat, denuo caput Ioãnis in messorio cõcupiscit accipere. Non ergo ita depositus est Ioannes ille Chrysost. quasi Theophilus Alexãdrinus/uel etiã Epiphanius Cypri rem iustam fecerint. Sed quia tyrannidem in hunc bonum uirum exercuere non mediocrem, nec Theophilus eapropter factus est Ioanne superior, imo ipse indignatus est contra Epiphanium, q absq; regulis in eius ecclesia ordinationem fecerit. & fertur sic illi dixisse. Contra regulas multa gessisti Epiphani, & primũ quidem quia ordinationem fecisti in ecclesia sub meo iure cõstituta. deinde quia me nõ iubẽte in eis auctoritate propria sacra celebrasti. rursus quia imutatus excusasti, & nunc de uno in te confidis. Quapropter obserua ne turbatio nascaẽ in populo, & huius rei periculum ipse suscipias. Sed ex. 10. lib. tripartitæ historiæ dũ hæc citare uolueras, cur non & in medium attulisti iniustam damnationem illius, ac ad concilium appellationem, odii causas ab Eudoxa Augusta. Et quõ Ro. põtifex egerrime tulit exiliũ illius, qualiter nõ solũ oẽs Europę epi, sed & Oriẽtales uitauerũt eos, q eiecerant Ioannẽ Chrys. & qd maius est, quõ populus nolebat successori, ppter Ioãnẽ cõmunicare. Et demũ quæ punitio diuina secuta fuerit, hæc si, pposuisses. Iam nemo tibi credidisset. Sed unusquisq; qualis est, taliter loquitur.

LVTHERVS



Dem Epiphanius Cypri minor eps Ioanne Hierosolymitano epo, eundem excõmunicauit. Et si historias cõ

sideres quõ nũc imperatores papam,nunc cõtrà papã imperatores. Item papa ep̃os,ep̃i papã mutarint/statuerint/deposuerint. Credas te Iliada quãdam uidere.nec mirum, quia Christum non audierũt ambitiones ꝓhibẽtem. Ideo toties collidunť/& turbanť. Pœnituit cõmunicasse cum illo, ut. D. Hieron. scribit contra eundem.

FABER



Pyphaniũ/Cypri/Salaminę ep̃m fuisse post multa dierum spatia. Demũ factum uirum sanctum & senem uenerabilem. In multis locis testatur Hieronymus illius opera de fide scilicet christiana,ubi septem sacramenta enumerat,contra hæreticos,& quędam alia græce scripta dum Romę essem cõicauit mihi Romulus Mammacinus ecclesiæ Aretinæ Archidiaconus Vaticanæ Bibliotecæ custos reuera fidissimus ea in proximo ueluti pleraq; alia ad hęc manum prebente/Reuerendiss. dño Matthæo Sedunensi syncerioris christianæ religionis patrono primario atq; religiosissimo in lucẽ ꝓdiisse uidebis. Est aũt in Cypro insula Salamina siue Salamia Metropolis,cui pſedit Epyphanius. Is ꝙ Ioan. Hierosolymitanum unq̃ ueluti superior propria ex cõmunicatione excõicauerit me legisse non memini,cptarẽ aũt hũc uidere locum quo ut tu scribis Ioannem excõicarit, nisi hoc forsan uelis ꝙ in epistola Hieronymi aduersus errores Ioannis Hierosolymitani legitur,post a beato Epyphanio cõuentus scilicet is tam sermone quam literis respondere contempsit,scripsit Epyphani9 tandem ut absq; satisfactione fidei nullus ei temere cõmunicaret. Sed ꝙ ita in generali ad omnes eum excommunicarit, aut quid temere uel immodeste secum egerit in promptu non habeo. Siquidem epistolam Epyphani uidi ad Ioannem quã Hierony. in odium Ioãnis & Ruffini latinã fecit,ubi sanctus hic pater Epyphanius. s. nõ nisi modestissime scribit,se quoq; excusat quaꝛ i Monasterio ordinauerit pbr̃m de eo deniq; Hiero. scribit in ep̃la ad Theophilũ aduersus eundem Ioannem. Et inter cætera uerba Epyphanii hæc sunt. Dilectissime non te præueniat furor,nec te occupet indignatio,nec frustra mouearis. Et iterum obsecro te dilectissime & aduolutus pedibus tuis precor,præsta mihi & tibi,ut salueris sicut scriptũ est a generatione peruersa. Et iterum cũ uos rogarim ne ita erraretis & mo

Reuerendiss. dñs Card. Sedunẽ.

Hieronymus

nerem contradixistis & me ad tristiciã & lachrymas adduxistis. Et in eadem epistola sequitur, Te frater liberet deus & sanctũ populũ Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres qui tecũ sunt. Et iter dilectissime custodi animã tuã, & desine contra nos murmurare dicit scriptura diuina. Nolite murmurare adinuicẽ sicut quidã murmurauerunt, & a serpentibus perierunt magis acquiesce ueritati, & dilige diligẽtes te, & ueritatẽ hæc & hiis similia scribit Epyphanius Sed dem tibi Ephyphaniũ Ioannem excõmunicasse, putas ne res indigna fuisset. Ioãnes ille suspectus erat, ꝙ Origenis & Arrianorum dogmatibus esset infectus, obiciuntur illi octo Origenis errata, & ꝙ de Arriana hæresi suspectissimus sit, propter quæ etiam Epyphanius monachorum & presbyterorum concilium apud Antiochiã celebrauit. Addo ꝙ ea de re Epyphanius scripsit ad Siriciũ papam Damasi successorem. Et forte ex cõmissione Romani pontificis Epyphanius Ioannẽ excõmunicauit, quod olim Cyrillũ Alexandrinũ fecisse legimus. Nunquid nõ hominẽ in falsa dogmata lapsum ex concilii consensu excõicare potuisset? Erat Ioan. Hierosolymitanus (ut dixi) nõ uni sed multiplici errori imersus, qui & sepe monitus resipiscere noluit, imo cãdidatũ hũc uenerabileꝗ senẽ indigne tractauit. Vnde Hierony. scribit, Epyphaniũ fuisse præsentem quũꝗ Ioannes e suggesto, dicere debebat ad populũ. Idem Ioannes cum suo choro canino rictu/naribusꝗ contractis, scalpentes capita Epyphanium quasi senem delyrũ habuerunt. Et contra Antropomorphitas, qui simplicitate rustica deũ habere membra arbitrabantur, qñ concionabatur. Ioãnes furens & indignãs loquebatur oculos & manus, & totius corporis truncũ in senem Epyphaniũ dirigebat, uolens illum suspectum facere stultissime hæreseos. Et postꝙ lassus ore arido, resupinaꝗ ceruice, ac tremebundis labiis conticuit. Surrexit idẽ Epyphanius, ut se indicaret pauca dicturũ esse, salutataꝗ & manu & uoce ecclesia, cuncta (inquit) quæ locutus est collegio frater, ætate filius meus, contra Antropomorphitarũ hæresim bene & fideliter locutus est, quæ mea quoꝗ dãnatur uoce. Sed æquũ est ut quomodo hanc hæresim condẽnamus, etiam Origenis peruersa dogmata cõdẽnemus, hæc & hiis similia scripsisse, atꝗ dixisse Epyphaniũ lego. Quaresi Epyphanius excõicauit Ioannẽ Hierosolymitanum, forte id factũ est ea auctoritate qua alibi Cyrillum ex Apostolica cõmissione Orientales epõs excõicasse mõstraui dignissime.

In epl'a ad Pamachiũ aduersus errores Io. Hierosol.

Verba Hieron.

hoc itaq̧ factum est. Sed nūquid nō Ioannes hæreticus erat uel nū- quid illi non licuit q̧ Hierony. licebat, cuius uerba sunt hæc q̧ tibi non cōicamus fidei est. Et i fine epistolæ ad Pammachiū sic habet. Nolo respondere & arguere acriter ne periurii epm conuincere ui- dear. Præsto sunt plures epistolæ Epyphanii una ad ipsum alia ad epos Palestinos. Et nuper ad Romanū pontificem in quibus dicit se eum coram multis de dogmatibus arguentem nō meruisse respō sum. Accedit ad hæc q̧ Epyphanius non ex se, sed assensu patrum in Antiochia, & forsan uoluntate pontificis Romani cui eapropter misit epistolam fecit, immo id ex decreto Niceni cōcilii ac totius ec- clesiæ obseruatione faciebat, teste enim Gelasio papa primo, Sabel lium damnauit synodus. Nec fuit necesse ut eius sectatores postea dānarentur. Et singulos uiritim synodos celebrare, Sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos qui uel prauitatis illius uel cōmu- nionis extiterunt participes, uinuersalis ecclesia dūtaxat esse refu- tandos. sic propter blasphemias arrii forma fidei cōmunionisq̧ ca- tholicę ex Niceno prolata conuentu Arrianos ōnes uel quisquis in hanc pestem siue consensu siue cōmunione deciderit, siue retracta- tione cōcluserit. sic Eunomiū/Macedoniū/Nestorium synodus se- mel gesta condemnans. Vlterius ad noua concilia uenire non sinit. Sed uniuersos quocūq̧ modo in has blasphemias recidentes, tradi to sibi limite synodali refutauit ecclesia. Eapropter & Toletana sy- nodus tertia, sub Richardo rege condēnauit Arrianam hæresim & confirmantur Nicena. Ephesina, & Calcedonēn. synodi, quod & in quinta synodo Toletana sub Sysinando fiebat id quoq̧ teste Ful- gentio in concilio Spalensi factū extitit. Quū igitur Nicena syno- dus damnauit. Arriū eiusq̧ sectatores quod & alia sequentia conci lia fecisse leguntur. Ioannes quoq̧ Hierosolymitanus hūc errorem abdicare noluerit, si a monachorum cōmunione per Epyphanium fuit exclusus non tam sua quā Niceni concilii authoritate factum fuisse dicere oportet, imo uerius anathematis sententiā antiquā ser- uare uoluisse, quā de nouo excōicasse credendum est. Et forte Epy- phanius id in monachis facere uoluit qd' Planianus/ Saturnus/Ba silius/Seleutius/Etherius/Dorotheus/Timotheus/Melipōgus/Sa- binianus, ac alii in synodo Constantinopolitanā cū Euthicete fece- runt, is Euthices enim cum recte sentire nollet, præfati patres decre uerunt, hunc extraneū esse ab omni sacerdotali officio, & cōmunio

Hierony.

Gelasius pp primus

Toletana synod9.

Fulgentius.

Constantinopol. Synodus

ne hii uero quotquot illum cōuenirēt aut illi colloquerentur excōi/
cationis pœne subiecti esse deberent. uera itaqꝫ est sententia quam
Gelasius. Gelasius dixit. Nō solum apostolicum præsulē, sed quēcūqꝫ ponti
ficē hæreticum ac sectatorē hæreseos sacra cōione priuare posse. Et
recte idem Gelasius scribens ad epos Orientis iterum sic inquit. In
unaquaqꝫ hæresi ꝙ incessabiliter repetendū est omnes cōplices, se/
ctatores, cōmunicatores, dānatæ simul prauitatis, pari sorte censen
tur. Vides nūc ex tot repetitis historiis quā excusationem Epypha/
nius mereatur ꝙ uero postremū uarias inducis historias. & citas
quibus Papas/Imperatores/& Impatores papas. Papas epos & epos
papam mutasse statuisse & deposuisse legimus, non est quo tua fir/
miora facias, non inuenies hanc tragœdiā fuisse duriorem quā sub
Arriana hac hæresi, ac factione omniū impiissima, sub ea siquidem
nihil perstabat in suo ordine, nec alicubi ut credo unum uel duos
epos destituisse papam Romanū leges de quo hic noster est sermo,
nisi id factum sit ac fuerit iniuste, & ꝙ authoribus quicquam aliud
nisi miram tyrannidem te adscribere ac fateri oportet, quæ aūt in/
iuste fiunt nullam adprobationem merentur, nec dignum est acta
malorum in exempla trahi. Et si ita argumentari liceat. Nunquid
contra populum Israel & itidem ex Iosue, iudicum, regnoꝝ & Ma/
chabeorū libris pares obiicere possem tragœdias. Vbi pares fuerūt
regnorum uicissitudines contra populū tñ Israel nihil prestabit qđ
dices. Demū ubi in fine addis Hierony. ꝙ cum Ioanne cōicauerit
penituisse. Placet hæc agnoscere Lutherum. Lutherū inquā qui cō
tra euāgeliū ac Paulū excōicationem nihili uel parū facit. Et unde
queso id facere fuit Hiero. aiatus. Nūquid nō alibi de Nicena ordi
natione apud eundē legisti Hiero. Ea quidem in causa piissimum
fuit ꝙ illi non amplius communicare uoluerit non ꝙ gradu maior
sed ꝙ fide melior esset.

LVTHERVS



Ona quid ad hæc dicemus, uera ne est illa sentētia quā
tota ecclesia, omnia etiam decreta, omnes doctores tenēt
esse uidelicet epos apostolorum successores, ut dist. 21.
ca. in nono. Si est falsa quid iactatur tanta authoritate.
Si uera qūo solus Ro. pont. est successor unius Petri apostoli & cæ/

teri omnes Ro. pont. sunt subditi? Cur non & alii apostoli habent successores? aut fuerūt apostoli successores unius Petri. Cur apostolis aufertur sua gloria & tribuitur soli Petro. Cur non quilibet epi habent q̄ apostoli eorum habuerūt, cum Ro. habeat quod Petrus suus prædecessor habuit? Muta ergo uerbum & dic episcopi sunt apostolorum successores. Sed unus episcopus Romanus est unius Apostoli successor.

FABER



Miror hic te non dedignari Capitulū in nouo distinctiōe uigesima prima, qui quicquid unq̄ ab Anacleto scriptū habemus, ueluti quendā scopulū fugis & quasi nauseā do horres, immo in hoc opere tuo, ex quo aduersus te iā diu pugnaui hunc locum Anacleti, non Anacleti, sed ut nunq̄ tibi constares ficti alicuius Anacleti paleam esse dixisti. Ego uero nō tā hic quam alibi teneo atq; tenebo firmissime, hoc decretū esse illius sancti Anacleti. Siquidem inter alia huius Anacleti decreta in exemplaribus omni suspitione carentibus reperio. Et quamq̄ unū cōtra te pugnātem inuenerim qui hic nescio quid falsi tibi impingat quasi hic Anacletus minime dixerit, Epos esse apostolorū successores. Ego uero contrariū omnino sentio. Non enim nisi sim quauis talpa cecior aliud in hoc capite quā tu citas uidere possum, imo & uerissimum esse qd̄ hic Anacletus habet affirmo, cōuenimus itaq; semel in hac re, q̄ successores apostolorū sint & dicant' epi, in eo aūt Quod syllogistice subinfers neutiquā approbabo. Nā cornutus ille tuus, syllogismus subsistere nequit quū sic dicere debebas. Duodecim fuerunt apostoli. Et inter hos apostolos unus uidelicet Petrus erat prior caput & princeps, ita inter successores apostolorū scilicet inter epos successor Petri reliquorū eporum est prior caput, & princeps. Et iam quod ad illorū ecclesias pertinet. Nō ignoro eas ecclesias quibus præsederunt apostoli uocari posse aplicas, sicut Quintus septimius. Tertulianus florens presbyter nō uno dūtaxat loco ostendit. Sed de hiis qn̄ tractat non nisi magno preconio Romanā extollit ecclesiam. Vnde in hæc uerba loquitur percurre ecclesias apostolicas proxima est tibi Achaia, habes Corinthum, si non longe es a Macedōia, habes Philippis, si potes Asiā tēdere habes Ephesū,

Anacletus

successores aplorū Episcopi

Ecclesię quibus p̄sederūt apl'i Apostolicæ dicte

Tertulianus In li. de p̄scriptiōe hæreticorum

Si Italiam adieceris habes Romam. Unde nobis quoq authoritas presto est statuta fœlix ecclesia, cui totam doctrinā apostoli cū sanguine suo profuderūt. ubi Petrus passioni dominicæ adequatur. Et in. 4. lib. aduers. Martionem Romanis euangelium, Petrus & Paulus sanguine signatū reliquerunt, habemus & Ioannis alumnas ecclesias. Nā etsi Apocalypsim eius Martion respuit, ordo tñ eporum ad originem reuersus, in Ioannē stabit authorē. Et in eodem libro mutat nomen Petro de Symone quia & creator Abrahæ & Saræ & Ozeæ nomina reformauit hunc uocādo Iesum, illis syllabas adiiciēdo. Sed & cur Petrum si ob uigorem fidei multæ materiæ solidæq nomē de suo accomodaret an quia & petra & lapis Christus, siquidem legimus positum eum in lapidē offendiculi & in petram scandali, omitto cætera. Itaq adfectauit charissimo discipulorū de figuris suis peculiariter nomen cōicare, puto propius quam de non suis hæc & his similia passim sunt de ecclesia Romana eiusq plātatore ut creditur Petro. Hæc Tertulianus uetustissimus ecclesiæ doctor, scis aūt illum nō scholasticum nec intra quadringentos annos natum, sed q fuit circiter annū dñi centesimum quadragesimum seu quinquagesimū. Ex quo quidem habes apostolum Petrū reliquis præfuisse & quo pacto aliæ ecclesiæ etiam apostolicæ dicantur, sed sic inter apostolos Petrus princeps erat ita confirmante etiā Carolo magno & Romana ecclesia principatū obtinuit. Et credo nō peccarem etiā si ex eodem Tertuliano dicerem, q & Euaristum & Telesphorum scripsisse legimus, ordinē ecclesiarum sic ab apostolis esse traditū. Et huius rei non modicū est argumentum. Qd' qū canonē Niceni concilii recte intueamur, etiā secundum ecclesiasticā historiam dūtaxat, nam ibi fit mentio de consuetudine antiqua quā etiā si assererem ex apostolorum ordinatione edita, credo in nullū hæreseos errorem inciderē. Nec iterū moueor quo dicere soles, te nullo dicto astringi nisi scriptura uincaris. Nā multa creduntur ab apostolis tradita quæ tñ scripta non sunt, immo nonnulla scripta sunt etiā a Paulo quæ tñ forsan interciderunt, sed hæc forte non credes. Dic ergo quur Paulus ad Collosen. 4. sic scribit. Cū fuerit apud uos epistola lecta hæc, facite ut in Laodiceñ ecclesia legatur, & ea quæ Laodicēsium est uobis legatur hęc sunt Pauli uerba, Colossensium hoc est Asianorum epistolā habemus, sed dic ubi est Laodicensium epistola? Nisi dicere uelis eam esse Laodiceñ priorē quā scripsit ad Thimo-

Aduers. Martionē

Petro mutatur nomen.

Chariss. discilorū Petrus

Quo tpe Tertuli.

Paulus

Thimotheũ,eo q̃ ex Laodicia eã trãsmiserit. Et te somniãte oportet quod tũ abhorres,fieri ergo potuit ut hæc intercideri epla,q̃ & de una Petri epla factũ esse nõnulli crediderũt. Qd aũt nec oia scripta sunt,& idẽ habet aplus. Vbi formã pscribit ac modũ manducandi corpus dñi,& bibẽdi calicẽ nõ enim oia quo ordine sint peragenda descripsit,aut frustra pollicet dicẽs. Cętera aũt cũ uenero disponã. Sed dic mihi ubi scriptũ inuenias,quid & quo ordine cętera dispo suerit. Si nihil disposuit ueritatis euãgelice preconẽ dices esse mendacem. Si uero disposuit nec scriptũ inuenies. An credes nec ne. Si crediderís habeo etiã fidẽ adhibendã hiis quæ scripta non sunt. Si nõ crediderís iã euanescit qd dixit Paulus. Tutius ergo crediderim etiã ea pbare quæ sancta sanctæ seruauit cõsuetudo ecclesiæ, usus, eñ ecclesiæ(modo non sit cõtra legẽ diuinã.)Ita scripturã iuuat sicut scriptura scripturæ cõsentit. An nõ mi Luthere quatuor euãgelia dices ueluti quatuor flumina paradisi,totã irrigasse terrã,sed nõ oia in euãgeliis cõtineri nõ modo ex Ioannis testimonio cõprobat, imo & Paulus expresse testat. Nũquid nõ recte Paulus ille uas electionis scripsit in epla priori ad Corinth.c.15.sic dicẽs Christus resurrexit tertio die secundum scripturas. Et quia uisus est Cephæ,& post hoc undecim deinde uisus est plusq̃ quingẽtis fratribus simul ex quibus multi manẽt usq̃ adhuc,quidã aũt dormierũt. Deinc'e uisus est Iacobo. Deinde aplis oibus nouissime autem omniũ tanq̃ abortiuo uisus est & mihi ,iã responde mi frater. Vbi reperies hũc locũ in euãgelio & maxime ubi de quingẽtis fratribus simul. Nunquid hos fratres simul cõgregatos in euãgelio legis? Nunquid non aplorum acta uidenť in aduersum paulo pugnare? Siquidẽ Lucas Theophilo scribẽs ac inter cætera narrãs quot & qui fuerũt Hierosolymis in cœnaculo adiecta parẽthesi sic ait. Erat aũt turba hoim simul fere centũ uiginti in hac turba nõ fuerũt,solũ apli,sed & mulieres cũ matre Iesu,hic uero nihil de quĩgẽtis fratrib9 habes,Sed nũquid mẽtitus est Paulus q hæc scripsit? quæ tñ euangeliũ nõ habet nisi in genere,hæc est itaq̃ sancta scripturarũ cathena quã & Cicero i reliquis artibus ingenue fatet. Qd si in hiis aliquid extra Bibliã admittis nimirũ si & ordinẽ ecclesiarũ ab aplis diuisum concedis,maxime dũ ipsius Hirenei fidele testimoniũ ad id habeas quare cõfidẽtissime dico, hãc plationẽ ecclesiarũ,etsi expressa scriptura sacri canonis pbare nõ possimus,tñ sic ab aplis aut proximis illorũ

ii. Corintheo.xi.

Paulus

Actorum.i.ca.

Cicero

Maxentius. Hierony.

successoribus, eã statutã esse absq; periculo dicere ualemus, hoc est qd Maxentius inquit. Qũo Christiana fides, etiã patrũ regulis statuatur. Non igitur tua ratio omniũ obstruet ora qua oẽs ẽpos facis æquales, imo sicut inter aplos iuxta uerbũ Hieron. Vnus in caput cæterorũ eligitur, ut schismatis tollatur occasio. Ita & hoc inter ẽpos aplorum successores factũ fuisse cõstanter asserimus, sed uide si faceres ẽpos oẽs æquales, quot regulas quot sanctorũ patrũ definitiones, imo quã diuturnã consuetudinẽ prouinciarũ dirumperes. Cur sunt Metropoles ciuitatũ Lugduneñ. Rothomageñ. Turonorum, Sennonũ, Treuerorũ, Remorũ, Maguntinæ, Colonieñ, Narboneñ, Aqueñ, Ebroduneñ, Burdegaleñ? Cur in cõcilio Niceno de singulis prouinciis singuli scribũtur ẽpi? Quis quæso ante Nicenũ cõciliũ fecit aut ordinauit ut essent prouinciæ, essent prouinciales, Metropoles, essent primates. Si per oĩa erant æquales. Cur de ẽpis & eorũ causis Metropolitani iudicabãt? Cur & primates iudicabãt? Cur & primates confirmasse & iudicasse legimus cum tamẽ sit uulgatissima lex? par in parem non habet imperium. At forte iureconsultis totum titulum. ff. de iurisdictione omnium iudicũ e medio tollere conaris, ueluti Canones in cineres uertisti.

LVTHERVS


ET sicut Ro. pontifex a nemine ordinatur, ita quilibet per solã electionẽ sicut ipse ordinari debet iure diuino.

FABER


NEscio quo authore hæc dicas, hoc ego scriptũ & ita obseruatũ inuenio, q ẽps Romanus a tribus consecratur ẽpis Hostieñ, Portuensi & Volaterrano. Ita Leonẽ secũdum ita posteros ordinatos fuisse. Platina in uita Ioannis. 5. testat aperte. Sed quid hic uis cũ iure diuino? Nũquid præceptũ ex iure diuino quo mandatũ sit ẽpm nõ nisi a tribus ẽpis ordinari debere & reuera. dare nõ possumus, nisi nobis admittas, historiam in qua a tribus in Hierosolymorũ ẽpm Iacobus ordinat. Et enim ex fidei scripturarũ testimonio Iacobũ fratrẽ dñi a Petro Iacobo & Ioanne in Hierosolymorũ ordinatum ẽpm legimus. Exemplo

Platina

quorum sanctissimi patres in Nicea Bithyniæ urbe statuerunt ut ad ordinandū epm̄ nō minus quā tres interfint epi, qui canon ita præstitit. Et in suo robore māsit usq̄ in tēpora Hipponeñ cōcilii quod celebratū est. Ab Aure. August. sub Cæsario & Attico consulibus. In quo cōcilio honoratus. & Vrbanus epō propofuerūt in Tripoli, & Marsuge canonē antiquū obseruari nō posse. Siquidē in Tripoli tantū sint epi quinq̄. sint & ibi Barbare gētes, quare totidē eporū absentiā tollerare nō possint. Propterea fuit indultū ut tātus eporū numerus in Tripoli & Marsuge nō exigeret. At ī reliquis prouinciis oibus, usq̄ in hæc tēpora nō unus eps aliū ordinauit, sicut & tu fieri iubes, imo ad exemplar Petri/Iacobi/& Ioannis/& iuxta decreta patrū semper tres epi ordinarūt unū. Vnde in Regiēsi cōcilio celebrato sub Imperatoribus Theodosio minori, & Valentiniano, canon est, eum nō haberi epm̄ qui non nisi a duobus esset ordinatus eps sic & cū ponti. Romano fieri solitū fuit q̄ tres illi epi Hostieñ. scilicet Portueñ. & Volaterranus a tempore Leonis secundi. hoc est fere a nongentis annis pontificem Romanum ordinarunt. Noli ergo nos uel ad Tabaritas, uel aliud hominum irreligiosum genus relegare. Et memor sis eorum quæ dicis ne tibi contraria toties dixisse conuincaris. At hic perinde facis ut in sacerdotio soles.

Nicenū cōciliū

Hipponeñ ɔciliū

Regiense cōciliū.

LVTHERVS



Tat enim firma sentētia nullū apostolorum a Petro missū esse. Sed oēs eadē a Xp̄o dño æqualia accepisse in suas sortes, ergo eorum epi successores equalia habēt, cum Ro. pont. excepta prerogatiua honoris seu dignitatis, sicut Paulus ad Corint. clare scribit. Quid em̄ min9 feci a magnis apl̄is.

FABER



Vod Petrus nullū miserit aplorum in causa est, quia missi fuerūt a dño, uñ Hiero. in Zachariā. c. 1. Isti sūt quos ut perambularēt terrā a dño qui missi sunt apl̄i ut totum orbē euāgelica prædicatione complerent, sed q̄ non miserit aliquem discipulorum hoc ego facile non credam, antea tibi tamē de hac re sat plene respondi. Quod uero omnes æquales fuisse

Hierony.

testaris, sanum requirit intellectū, ubi tu tali pconio sortē undecim
Apostolatus Cir- apostolorum habes celebratam, quali honoratur sors aplatus Petri.
cūcisionis Siquidē Paulus illius sortē uocat apostolatus circūcisionis. Vnde
ad Galatas.2. Quū uidissent q creditū est mihi euangelium pputii
sicut & Petro circūcisionis. Qui enim operatus est in apostolatum
.ii.Corinth.xi. circūcisionis, operatus est mihi & inter gentes. Qd' aut gentibus
prędicare possent, dic quis primū reuelauit? An non id per os Petri
factū fuisse credes. Quanq̄ missi essent & reliqui in fines orbis ter-
rarum, imo Iacobus manserit inter Iudæos, tamen nō meruit ut de
illo scriberet Paulus qd' scribit de Petro. Et qd hic ex Paulo pbare
uis, non pro te, sed aduersus te pugnat. At forte qui totus Paulinus
es, mihi non credes, nisi digito monstrarim. Loquit' apostolus in
hęc uerba. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. Cur
nō simpliciter dixit, Existimo me nihil minus fecisse a reliquis apo
stolis? Certe ut Petro/Iacobo/& Ioanni suū daret honorem. Ii siqdē
uti sanctarum docent scripturaꝝ interpretes, dicuntur magni apli.
.ii.Corinth.xii. Hoc etiam est qd in eadem epistola capitulo sequenti habet. Nihil
minus feci ab his qui sunt supramodum apostoli. Hos autē Petrū
Iacobum/& Ioannem fuisse credimus, qui inter cæteros erant hono
ratiores, ueluti sæpe ostensum est. Qd' si hæc Pauli dicta sic intelle-
xeris, quasi absq; discrimine paris potestatis fuerint, dic mihi cur
Paulus, qui sese uocat apostolum, qui nec cæteris minus laborauit.
qui & non ab homine sed a dn̄o nr̄o Iesu Christo fuit segregatus in
apostolū, unacū Barnaba Hierosolymā uenit ad aplos & pbros sup
quæstione circūcisionis. Cur nō faciebat q ipse de lege & potissimū
de circūcisione decreuit? Cur expectauit sententiā Petri & reliquoꝝ
aplorum? Nūquid nō Paulus ad tertiū usq; cōscenderat cœlum. &
hic uidit arcana dei, didicit quæ nō licebat homin loq, tn̄ hac orta
dissensione, imo facta seditione nihil diffinire audebat. Et licet post
hāc uisionē Pauli magnā credāt aliqui Paulū sciuisse oīa id tn̄ uide
Paulus tur contrariū etiā qd ostēsum est alibi. Siquidē ad Tessalonicenses
.i.ad Thessa.c.iii. Timotheū misit, ad cognoscendā illoꝝ fidē, fidē inquā illoꝝ, ut re-
sciscat quāq̄ ut uerū fatear. Nec hoc quicquā minuit Paulo. Nā ne
quāq̄ legim9 oēs q sanctitate pollerēt siue Christi pcesserint tpa, siue
post Christū sint subsecuti istiusmodi esse rerū incognitarū notio-
Heliseus nem adeptos. Heliseus nāq; quēadmodū cū sulamite ageretur mi-
Helias nus, intelligebat. Et Helias solum se relictum arbitratur tam etsi

septē milia super fuissent. Et Samuel admonetur ne Dauid fratris qui esset natu prior uultum intueretur, haud secus & apostoli ipsi multarum rerū tenebātur inscitia. Qd' sane eo effectū est ne uel hii superbirent, uel de his cæteri magnā presumerent opinionē. Neue & illud excusare possumus supra quam humana conditio patiatur fuisse, hos gratia donatos, ut tātū de se possent uirtutis promittere. Et sic nobis indulgentia quedā desperantibus & torpedo oboriatur quare mirū non sit Paulum ascendisse Hierosolymā, ut expectaret decreta apostoloꝝ, illud aūt a primo ac principe apostoloꝝ hoc est Petro non sine mysterio decisum fuit quo quidem clare habetur, Paulum in potestate etiam Petro non fuisse æqualem. Samuel.

LVTHERVS



Ecima responde, Si Romanus pontifex pcepto Dei est Vicarius generalis in ecclesia, sequitur ineuitabiliter peccare eos, immo esse hæreticos, qui nō sub eo fuerint At tunc ecclesia tota primitiua saltē usq; ad. 400. annos cum tot martyribus & sanctis hæretici erunt obsecro quid prodest tantā blasphemiā in ecclesia profunda potestatis pompa statuere? Deniq; etiam sanctus Petrus erit hereticus qui ante Romanā ecclesiam cū apostolis fuit Hierosolymis uincit me hæc ratio inuicta.

FABER



Vnq̄ in psalterio Regio legisti. Trepidauerunt timore ubi non erat timor. Times hic dānari patres ecclesię primitiuæ qñ potius hoc tibi timendum erat, q̄ illis authoritatem totidem sęculis cōparatam adimis. Idq; facis nō in uno dūtaxat, sed pluribus locis. Nō enim uereris asserere sacræ scripturæ unum tantū esse sensum scilicet literæ quid aliud eo facies quam sanctis hiisce patribus sanctū auferre spiritū. Si non allegoriam, si non anagogen admiseris. Certe Origenes/Ambrosius/Hieronymus/Cyrillus ac alii fere omnes oleū & operā perdiderūt, immo si ab illis sustuleris allegorias ac Anagogas carta qñq; remanebit uacua. Qd' uidere licet in hiis sanctis cōmentariis. D. Hiero. In prophetas. Sed & hoc dolendū est quod tu ac tui sectatores fere

nullam sanctis hiis patribus dare uultis authoritatē. Nunquid nō uerbum Pauli scriptū ad Corinthios dicere possem, ac interrogare an a uobis uerbū dei ꝓcessit, aut in uos solos peruenit? Sed de illoꝝ fide infra tecum agemus. Hic non est quo iustam dolendi causam habeas. Quotquot patres bona egerunt, ierunt in uitam æternam, iuxta promissionem dei, quam dedit cunctis gentibus. Sed dices non fuerunt sub pontifice Ro. Fuerūt ergo hæretici, fuerunt quoq; damnati. Scis aut legisti ne unq̄ quid Iulianus cardinalis scripserit

Conciliū Basilieñ

ex concilio Basiliensi ad Eugenium papā. Ab illo quidem scriptum inuenio quomodo magister Ioannes de Rockezana ac alii toto conatu spirent atq; desudēt, ut tollatur, ut pręcipitetur Ro. pontifex. Ita tu facere uideris. & tu, ut ad tua ueniam, dico circa primatum durius/& acerbius cōtra pōtificē agis q̄ egerit olim Nilus Thessalonicēsis Græcus ep̄s, qui licet multis argumētis & scripturæ locis contra Ro. scribat ep̄m, tamen potestatem illi superiorem admittit.

Nilus ep̄s Thessalonicensis

In hoc solo Nilus ille uidet pontificem culpare Romanū, ꝙ is oīa absq; concilii consensu decidere uelit. Cæterum hunc reliquis præferendum admittit. Librum illius quisquis uidere cupiat, inueniet Romæ in bibliotheca palatii inter Gręcos auctores repositum. Tu uero ut me negare non potes per omnia illi contraria dicis, & hic inuentione satis exquisita uteris. Tamen ut breuiter quid sentiam intelligas, hic mihi res adiaphora foret, non curās quis esset prior dignior/uł supior/ęqualis/aut inequalis, nisi aliud iuberet honestas aliud exigeret ratio. Et non fieret iniuria Petro principatū obtinēti etiam a Christo. At qūo in assertiones tuas iurare possum cōtra tot sęculoꝝ assertiones/mores/atq; historias. Et ut me totū aperiam, dic mihi tu quæso qua fide/qua auctoritate uerbū Matth. 16. de solius literæ cortice poteris unq̄ declinare a Petro, & æqualiter ad alios referre apostolos? Non hic tecum de uirtute pronominū agam, ne me ꝓnoministam/aut casualistam uoces, sed ad uerū sensum, quem & grāmaticus, qui triū dieꝝ iter fecit in solitudine, perpetuo assumet. Nōne cuicūq; hęc uerba Tu es Petrus ꝓposita fuerint, dicet hęc de Petro in primis debere intelligi? Qđ si de Petro itellexeris, habeo qđ uolo, hunc promulgata lege, siqui patres aspernati fuissent, de eorū salute merito dubitare possemus. Sed nūq̄ iuenies Petro nō dignū exhibitū fuisse honorem, qđ ex multis patet historiis. Immo in hoc apl'oꝝ ac discipuloꝝ collegio Petrus p̄rogatiua & honoris & p̄tātis

usus est. Ergo primatum habuit non per traditiones hominum, sed ut Gregorius inquit, ex uerbo dñi. Quæ uerba etiam si mille modis torqueas atq; retorqueas, multis quoq; & uariis obiectis uel lices. Tamen ad Petrum referri posse atq; debere sexcentis testimoniis probatũ est. Sed iterum forsan sciscitaberis quid simus facturi martyribus & sanctis, qui non agnouerunt Petrum/aut Romanũ pontificem? Et ego tibi respondeo non tã exacte debere oia scrutari. Curiosas enim & sine ędificatione quæstiones prohibet Paulus. At ne tacendo me uictum esse tibi persuadeas, tibi respondere statui? Nonne dabis mihi multos esse saluatos, qui uix una integra die uł una integra hora sunt fidem professi christianam. imo non est impossibile multos in extremæ uitæ exitu fuisse cõuersos, quibus nec tantum temporis datũ fuerit, ut unq̃ fuerint recordati uel Petri uel illius successoris. & quottidie saluantur pueri hoc magno baptismi mysterio. Qd' si in multos annos superuixissent, non solo baptismo imo nõ sola fide saluari possent, sed & opera accedere necesse foret. Quanq̃ enim iustus ex fide uiuat, ut est apud Paulũ ad Romanos, Ro.i. tamen nõ solum auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores Ro.ii. legis iustificabũtur. Et eapropter Romanos obsecrat per misericordiam Ro.iii. dei, ut exhibeant corpora eoꝝ hostiam sanctam/uiuã deo placentem/rationabile obsequiũ &c. Et ad Corinthios unusquisq; propriam mercedem accipit secundũ suum laborem. Et iteꝝ siquis sup ædificat super fundamentum, aurum/argentum/lapides pretiosos ligna/fœnum/stipulam, uniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis ꝓbabit. Et in .2. ad Cor. eplã. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; ꝓpria corporis, prout gessit, siue bonum/siue malum. Hæc & alia Pauli plane non solũ simplicẽ fidẽ sed & opera uident' exigere. Qd' si ad opera q̃spiã uenire nõ potest, solo gemitu iuxta uerbũ Ezechielis, imo sola bona uolũtate per gratiam saluari possumus. Et notissima est baptismi gratia, quam quottidie pueri experiuntur. Hanc aut solam si pueri ex præsumptione quadam expectare uellent, data occasione bene operandi, imo dum esset messis, operari nollent, & starent in foro otiosi, dum iam esset laborandum in uinea domini Sabaoth, nescio quid cum illis faceret dominus messis ac magnus ille sanctusq; plantator uel ille pater agricola. ita in hoc siqui lege primatus in to

to Christiano orbe ꝓmulgata obedire noluerint. Nescio an a peccatō possint esse immunes, sed adhuc te fortius stringam eo quidē argumento quo & antea contra te pugnaui nec infœliciter ut spero. De baptismo inquā de quo ad Nicodemū dixerat dominus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei, quid dices ad hæc? Nunquid non erat præceptū quod e sensu literæ damnabat eos qui morientes nō essent renati ex aqua & spiritusancto? Dānabis aūt tot milia sanctorū qui mortui sunt in toto orbe terrarū ante quā ꝓmulgata sit lex cuius meminit Marcus dicens. Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creature, qui crediderit & baptisatus fuerit saluus erit, qui uero nō crediderit condēnabitur, & Matth. ulti. Ite docete oēs gentes baptisantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti. Sed & reliquū audi Petrus ille ut est in actis apostolorū. ca. 2. Iam dicturus ad populum ita exorditur. Pœnitentiā agite & baptisetur unusquisque uestrū in nomine Iesu christi, sicut & passim in eodem libro Lucas habet. Sed nunquid non erat illis præceptū ut baptisarent in noīe patris & filii & spiritussancti, proin ut est in ultimo Apostoloꝝ canone. Si quis eps aut presbyter nō trinam mersionē unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari uidetur in dñi morte, deponatur. Nō enim dixit nobis dñs in morte mea baptisate. Sed euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti &c. Qd si alii potuerūt etiā saluari inter tempora Nicodemi ac euangelicam promulgationem de baptismo datā non ergo mireris, si & illi saluati fuerunt quibus nec dum primatus Petri forte cognitus erat. Diuulgata uero lege primatus, ex Niceno concilio, aut obseruata consuetudine in uniuersos, iam eos omnes ligare cepit, ad quos illa constitutio uenit ignorātes interim nō ligauit. Vides modo quo pacto possimus patres antiquos salua re, possem hic si non antea fecissem sat cōmode in mediū adferre de præceptis apostolorū & seniorū. De quibus Lucas in actis apostolorum. ca. 15. quæ præcepit custodire Paulus per ambulās Syriam atque Ciliciam, possem & urgere super historia Pauli & Thimothei in eisdem actis. c. 16. ubi Paulus & Thimotheus tradebāt custodire dogmata quæ erant decreta ab apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis. Nunquid hoc decretū erat de circūcisiōe super quo seditio suborta erat? minime. Nā licet Paulus circūcisiōem horrue-

Acta aplorum.

Vltimus canō apostolorum.

Hoꝝ pulchre meminit Origenes in eplām ad Romanos cap. xv.

nit tamen cũ esset in Lystris Timotheũ circũcidit propter Iudæos erãt itaq; apostolorũ alia præcepta alia dogmata, sed hæc omnia uix mihi monstrabis ubi scripta sint & habeantur, nisi ea quæ per literas apostoli & presbyteri, scripserunt fratribus qui sunt Antiochiæ Syriæ/Ciliciæ/quãq̃ & alios apostolorũ canones e sedecima distinctione & totidem græcis tibi mõstrauerim. Sed quid opus est multis, ex re scriptis Anacleti/Euaristi/Alexandri/Telesphori/ Higini/ Pii/Aniceti/Sotheris/Eleutherii/Victoris/Seuerini/Calisti/ac aliorum usq; ad tempora Gregorii magni manifestissime apparet Ro. pont. præ cæteris obtinuisse primatum. Nec ulla necessitate exigiturut firmarentur patres in epos electi. Nunquid nõ in noua lege iubet. Paulus in hæc uerba filii obedite parentibus uestris in dño. Serui obedite dominis carnalibus cũ tremore & timore. Mulieres subdite estote uiris uestris, sicut oportet in dño. Et iterum obedite filii parentibus per omnia. Ac iterũ obedite serui per omnia dominis carnalibus. An ne dices ista præcepta ita intelligi debere, ut nil aliud unq̃ filii uel serui cogitent quã ut obediãt? Et q̃ mulieres nulli rei alteri studerent, quam q̃ essent subditæ uiris? minime. Sed sat fuerit obediant aut subdite sint, iubentibus ita parẽtibus aut dñis aut uiris ita exigentibus. Siquidẽ hæc omnia sane intelligi necesse est, sicut & in hoc euangelii uerbo quod est Lucæ. 18. Oportet semp orare & nunq̃ deficere fieri solet, ita & non erat necesse ut sancti patres quorũ saluti tantum timere cœpisti semper uel Petrũ uel Petri successorem adorauerint. Sat erat Petro nõ auferre quod illi dedit dñs. Rebus aũt ita exigentibus uel Petrum uel Petri successorẽ uel luti superiorẽ agnoscere atq; fateri. hoc uideo fecisse Hyreneũ Tertulianum/Cyprianum/Ambrosiũ/Hylarium/Hieronynum/& im primis Chrysostomũ/Athanasium, imo patres in oriente quotquot recte uixerunt in ecclesia primitiua. Nec parua res est q̃ in totidẽ sanctis conciliis non sola consuetudine, sed sanctissimo decreto patrum successores Petri per omnia primatũ habuerunt. Et quod re uera tibi imo corde pẽsandum est nõ facile inuenies fœlices exitus hiis contigisse qui sanctissimo Petro sua iura auferre nõ erubuerũt possem tibi multas recensere historias de Longobardis qui regem amiserũt & aliis prouinciis, sed satis fuerit hic agnoscere, q̃ patres quibus tantum times. Et pars illorum maxima Petrum reliquis apostolis esse prælatũ pleno ore testantur sic fecit Tertulianus, se

Ephesios. vi.
Iterum codẽ ca

Ad Colossẽ. iii.
eodem cap.


cerunt/Origenes/Athanasius/Basilius magnus/Cyprianus/Chrysostomus/Cyrillus/Hylarius/Ambrosius/Augustinus/Fulgentius/Beda/Bernardus ac reliqui unde tibi illos imitādos, illorum quoq; sententiam ita recipiendos fore duco, ut in hiis quę communi uoto ecclesiæ & quæ legi diuinæ nō aduersant̄ tuta fides adhiberi possit Quod si non feceris nonne licebit contra te uerbis uti, quibus usus est. Aurelius/Augustinus in secundo libro aduersus Iulianum/Pelagianum sic dicens. Nunquid Hyreneus/Cyprianus/Reticius/Olimpius/Hylarius/Gregorius/Basilius/Ambrosius/& Ioānes de plebeia fece sellulariorum sicut Tulliane iocaris in uestrā inuidiā concitati sunt? Nunquid milites nunquid scholastici auditoriales. Nunquid nautę tabernarii, cętarii coquillani. Nunquid adolescētes ex monachis dissoluti? Nunquid postremo de qualicunq; clericorum turba isti sunt quos urbana excogitatos dicacitate uel potius uanitate contemnis, quia non possunt secundum cathegorias Aristotelis de dogmatibus iudicare. Non ergo time de salute sanctorū aliena sed propria sis sollicitus ut illorum dogmata recipias, atq; eucaris, quorum nec calciamentorum corrigiam soluere dignus esses, hoc fac & uiues.

Augustinus

LVTHERVS



VNdecima, Si ulla ecclesia est prima & mater omniū nō est alia nisi Hierosolymitana, ut dixi supra, quid enim faceret Roma si haberet hoc ꝓ se, quæ habet illa. Népe quod Esa. & Michę. & omnes prophetæ pronunciarint de Zion exituram legem euangelii & de Hierusalem uerbum domini. Item q; dominus ibi dedit gloriam in domo sua nouissima ut haggeus dicit. Quod ibi Christus pontifex apostoli aūt uelut presbyteri q; Christus ibi spiritumsanctum misit. Et breuiter hinc in omnem terram exiuit uerbum dei, hinc omnes ecclesiæ, nec est ullius tam impudens frons qui possit negare esse uere matrem ecclesiarum omnium, fontem radicem ac matricem. etiam Romanæ ecclesiæ. Si ergo hæc non habet primatum, immo uix quintum dederunt ei quanto minus Romana habet, quæ est eius discipula dicat aduersus hæc aliquid qui potest.


Vod Hierosolymitana ecclesia decreto patrum nō meruerit esse prima, non ab his qui modo uiuūt, sed a sanctis patribus in Nicena synodo cōgregatis qui nō mō sed antea quā diutissime uixerunt. tu exigere debebas. Et forte hoc non est dūtaxat ex decreto Ro. pontificis, imo decreto Niceni cōcilii. Patres nanq; ea de re in hac sancta synodo cōgregati statuerūt etiā si ecclesiasticæ historiæ credere oporteat ubi in hāc formā legitur, epō Hierosolymo. antiquitus tradita honoris prerogatiua seruetur. Sed audi quid additū fuerit. Manente nihilominus & Metropolitani ipsius prouinciæ dignitate, putasne absq; causa sic patres ordinarint? Causam inuenio talē ne forte infideles crederēt Hierosolymis sedem esse dñi nostri Iesu christi quēadmodū & hæc ceca Iudęorum gens messiam in Hierosolymis regnaturū expectat & credit. Et hanc opinionē forte sibi mater filiorū Zebedei persuaserat, ut cūq; quia ecclesiarum ordinem ab apostolis traditū esse pbaui ab illis non Romanis pontificibus exigere uelis, quur Hierosolymitana nō obtinuerit abinitio primatū, imo nec Patriarchatū nisi post longa tempora id cum ita se habeat nunq̄ hūc ordinē esse dānandū puto. Sed maneat Romana ecclesia prima. Alexandrina secūda. Antiochena tertia. & Ephesina quarta. Et iam tu uel patres uel apostolos accuses quare uoluerint Hierosolomitanum epm suo Metropolitano subiectum esse, quod aūt ita obseruatū fuerit, non Scotus. non Occham, aut quisq̄ scholasticorū, sed sanctus hunc patrum ecclesiæ primitiuæ cœtus, aut collegiū apostolorū ordinauit. Tu ergo quomodo dicere poteras hanc propositionē de qua totidē uerbis tecū pugnare oportuit, quæ & tante tragœdie causa non minima fuit, esse ueram. sic enim habes Romanā ecclesiam aliis ecclesiis fuisse superiorē, probatur ex frigidissimis decretis Romanorū pontificū, cōtra quæ sunt textus diuinæ scripturæ, historiæ approbate, mille Centūq; annorū & decretū concilii Niceni omniū sacratissimi, ita ad uerbum tua propositio sonat. Sed responde Luthere, sunt ne hæc frigidissima decreta, quæ Anacletus, quæ Euaristus, quę Liberius, Marcus ac alii usq; ad tempora Sabiniani statuerūt? Sunt ne alia frigida quæ iam toties attulimus? quis hanc patietur iniuriam, ut hi, qui sacro sanguine plantauerunt ecclesiā, sic temere

deiiciant, non times resurrecturos mortuos. & sese uindicaturos cõtra te manu potenti & brachio excelso, sed dic quas habes historias mille ac centũ annorũ, nunquid eas quas ex Zozimo/ Siricio/ Damaso/ Liberio/ Iulio/ Marco/ Siluestro / traducere uolebas? fateor

Tripartita histor. unã habes historiã, pręter hanc nullã inuenies qua Orientales epos p ironiã respondisse tripartita docet historia, Sed qd hęc oberit? nũquid nõ apud Orientales ecclesias id cõtigisse potuit, qd apud Paulũ in Onesymo cõtigisse legitur. Nonne in epistola ad Philemonẽ habes uas electionis, ita scripsisse, obsecro te pro filio meo quẽ genui in uinculis Onesymo. Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc aũt & mihi & tibi utilis sit quẽ remisi tibi, & reuera ita factum est orientales enim semper ante & post tẽpora Iulii atq; Liberii Ro. pontificẽ uti successorẽ Petri, immo ueluti superiorẽ agnouerũt, quod sexcentis locis & argumentis iam tibi monstratũ est. Etsi qui per ironiã responderunt quid oberit At quocũq; mõ ironiã expẽdas, pro te nihil

Horatius probabit. Aut enim ironiã dices illusionẽ, qua fuit usus Horatius, dicẽs, optat Ephippia bos piger optat arare caballus, aut cũ Seruio

Seruius dicis hãc fieri dum aliud uerba aliud cõtinet sensus quale est illud

Virgili⁹. iiii. Ene. egregiam uero laudem & spolia ampla refertis, tuq; puerq; tuus magnum & memorabile nomen. Et apud Terentiũ in Andria, Salue

Terentius

August. de doctr. bone uir. Aut cũ Augustino ironiam dicis pronunciatione iudicare

Chri. c. xxix. li. iii. quid uelit intelligi, ut cũ dicimus homini mala facienti res bonas facias, quocũq; modo ironiã acceperis in pectore iusto nihil probabis, maxime si Arrianã insaniã cogitaueris, q si primatus ordinẽ ex bene uel male factis firmare uolueris quid faciemus uel Nazareth uel Bethleem? nunquid nõ angelus Gabriel legitur missus a deo in Ciuitatẽ Gallileæ, cui nomen Nazareth, ad uirginẽ desponsatam

Lucæ. i. uiro, cui nomen erat Ioseph. Nunquid nõ ibi spiritus sanctus superuenit in uirginem & uirtus altissimi obũbrauit ei? Dic ubi audisti talia quæso facta, q si educationẽ uelis nunquid nõ legitur apud Matthæũ, ueniens habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, ut ad impleretur quod dictũ est per prophetas. Quia Nazareus uocabitur. Et apud Lucã scribitur. Hunc ex Hierusalẽ descendisse &

Lucæ. ii. uenisse Nazareth, aut mentitus est Lucas dicẽs, regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galileã. & uenit Nazareth ubi erat nutritus & intrauit secundũ consuetudinẽ suam die Sabbati in Synagogã, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaiæ prophete, nõ ergo tã

lex exiuit

lex exiuit de syon q̃ legislator exiuit a Nazareth. Vñ Ioãnis primo inuenit Philippus Nathanael/& dicit ei, Quẽ scripsit Moyses in lege & prophete inuenimus Iesum filiũ Ioseph Anazareth, & dixit ei Nathanael/Anazareth põt aliquid boni esse, & apud Marcũ legit̃ in diebus illis uenit Iesus a Nazareth Galileæ, & baptizatus est a Ioanne in Iordane, eo factũ est ut hũc Nazarenũ uocauerit Angelus, dicẽs mulieribus. Nolite expauescere Iesum queritis nazarenũ crucifixũ, surrexit nõ est hic. Et a Pilato scriptũ erat Hæbraice græce & latine, Iesus Nazaren9 rex Iudæo℞. Et Cohors illa põtificũ & Pharisæo℞ interrogata quẽ quereret nõ semel, sed bis eum uocat nazarenũ & Ancilla hostiaria Matth.26. uocat hunc Nazarenũ, imo cũ intrasset Hierosolymam dñs cõmota est uniuersa ciuitas dicens quis est hic. Populi autẽ dicebant hic est Iesus ꝓpheta a Nazareth Galileæ, & in Ap̃rorum actis post uisionẽ hãc magnã Petrus hunc uocat Iesum a Nazareth, quur aũt Nazareth nõ meruerit habere primatũ iudicẽt alii, nisi hoc nõ nihil possit ꝗ nõ est propheta sine honore nisi in patria sua, & i domo sua, & nõ fecit ibi uirtutes multas ꝓpter incredulitatẽ illo℞, poterat ergo Chana Galileæ tãq̃ prima haberi, ubi fecit initiũ signo℞ Iesus & manifestauit gloriã suam & crediderũt in eum discipuli eius. Sed quid ita facerem9 Bethleẽ in qua natus est Iesus, de qua Micheæ.5.prædictũ est. Tu Bethleẽ terra Iuda nequaq̃ minima es in principibus Iuda. Ex te eñi exiet dux, q regat populũ meũ Israel. nũquid & nõ hæc magna sunt preconia ciuitatis Bethleẽ, q̃ sexto miliario ab Aelia distãs quę & alias Ephrata dicit̃, aut Lehẽ teste Hier. sed nec Nazareth, nec Cana nec Bethleẽ, primatũ ullũ obtinuerũt, ꝗ si forsan obieceris his nullũ deberi primatũ, ꝗ sint loca satis exigua, iam pari ratiõe tua ꝑsuasio cadit, crediderim ego q̃cquid asserueris nec paruitatẽ nec magnitudinẽ ecclia℞, primatui dedisse causam, Alioqui & Mẽphis in Egypto, Cõstã. i græcia, Colonia apd Germanos primatũ aliquẽ obtinuissẽt Mẽphis aũt est sub Alexãdrino cp̃o, qd ex eo patet, qa in Niceno cõcilio Antiochus Mẽphensis sub Egypti ꝓuincia cuius Metropolitanus fuit Alexãder Alexãdriæ magne recẽsitus legit̃. Roma autẽ ideo primatũ obtinuit qa caput orbis. Et ubi ꝓ̃sedit Petr9 q cæteris est ꝓ̃latus apl̃is, p hoc tñ nõ negamus Hierosoly. esse matrẽ ecclia℞ sicut & patres ex Cõstantinopo. synodo. Damaso papæ scripserunt. Cur tamen non sit prima neq; secũda, immo nec tertia queratur ab aliis qui ante mille annos uita exempti sunt.

Ioan.i. — Ioan.xix. — Acta apostolorũ. — Matthæi.xiii. — Ioan.ii. — Matthæi.ii. — Micheæ.v. — Hierony. — Memphis — Constãtinopolis. — Colonia. — historia tripartita lib.ix.ca.xv.


Vodecima cōciliū Nicenū ut scribit̄ ·li·io·c·5·histo·ecclesiasti·statuit arti·6 in hūc modū & apud Alexandriā uel in urbe Roma uetusta cōsuetudo seruet̄, ut uel ille Egypti uel hic suburbanaꝝ ecclīaꝝ sollicitudinē gerat· Respōde hoc cōciliū oīm fere sacerrimū est,& ecce nō modo nō primatū & monarchiā Ro·dat pōtifici,sed ex uetusta cōsuetudine nō iure diuino tribuit sollicitudinē italicarū & suburbanaꝝ ecclīarū· Atq; hoc in ꝓpositione mea tetigi,qn̄ dixi ꝙ cōtra frigidissima decreta,staret decretū huius cōcilii·Si ergo sum hęreticus,age tollant primū hoc conciliū cui me ipsa quoq; decreta,tāq̄ euangelio cogūt obedire,non possum duobus dominis seruire contrariis·

FABER

Ruffinus·


Vffino hic nihil detrahā attamē Niceni cōcilii exemplaria quinq; uetustissima uidi ea cōtuli cū Ruffino in expositione fidei quā Nicenā uocāt,& hūc nōnulla obmisisse uideo·Siquidē oīa exēplaria dictionē græcam τριττου habēt,habēt & q̄dā alia,q̄ tn̄ omisit Ruffinus q̄d nulla alia re factū esse putarim nisi ꝙ hic de Nicena synodo tradidit esse επιτομη hoc

Hierony·

est breuiariū,siue incisio est & ita uocat Hiero·Inde factū esse puto ꝙ in hoc quē citas canone qui mihi decimus est iuxta tria exemplaria nōnulla obmiserit, Siquidē ego sic habeo ecclīa Ro· sēp habuit primatū,teneat aūt & Egyptus Lybiæ & Pētapolis,ita ut ep̄s Alexādrię haꝝ oīm habeat potestatē·Qm̄ & Ro·ep̄o hæc est cōsuetudo Hæc sūt uerba decimi Canonis iuxta quędā exēplaria uetustissima sed nūq̄d nō ea ꝓbant quę tu cōstātissime negas,utpote ꝙ ecclesia Ro·nō habuerit primatū ante Nicenū concilium, imo tua ꝓpositio quā usq; ad sanguinē tueri p̄sumis,habet ex decreto Niceni concilii Ro·ecclīam aliis nō esse supiorē,sed eo ueluti uideo seduct9 es, ꝙ decreta cōcilii nō putabas posse alibi,nisi apud Ruffinū haberi, cogitare itaq; debebas epitome eē q̄d est apud Ruffinū,imo ꝙ Ruffinus nec in ordine cū aliis cōuenit nec ex integro omnia scripsit, sed

Carthagineñ concilium

nunq̄ legisti quæ in Carthagineñ concilio post cōsulatum gloriosissimoꝝ Imperatoꝝ Honorii tredecimi,& Honorii octaui cōtigerit? hoc ego cōtigisse lego ꝙ illic ex Numidia Mauritania & aliis locis cōuenerint patres ·217· inter quos & Philippus & Asellus presbyteri fuerunt legati Romanæ ecclesiæ,ibi sup exemplaribus Niceni cōcilii magna dissensio suborta est, immo talis ut ad Cōstantinopo

lim & Antiochiam ac alia loca pro reuidēdis uariis exemplaribus missum fuerit. Nō tñ illa dissensio propter hūc canonē, sed propter canonē quē Osius pronūciauit in Sardicēn cōcilio fuit, in his actis quidē inuenit. Quō Daniel Notarius professionē fidei Nicenæ recitauerit, ea quidem recitata nec cum Ruffi. quadrat. Non q apud Ruffi. in hoc libro uel hæresim uel tale quid positū esse dicā, sed q apud hunc forte quædā omissa, quædā immutata fuerunt. Scimus acta Niceni cōcilii nō Arabico, nō Syro, sed græco sermone cōscripta. Non aūt oēs Græci fuerūt, siquidē Osius Cordubēn Hispanus fuit. Erant illic ex prouincia Egypti Thebaidæ/Libyæ/ Palestinæ/ Arabiæ/Mesopotamię/Persidæ/Ciliciæ/Capadociæ/Armeniæ/tam minoris q maioris. Paphlagoniæ/ Galatiæ/ Asiæ/ Libyæ Phrigiæ/ Liciæ/Neson/Isauriæ/Datiæ/Bithyniæ/Europæ. Sed non oēs forte græce loquebantur, aut græca didicerūt, necesse itaq fuit in uarias linguas decreta trāsferri, & facile cōtigit ut uerbū pro uerbo redderetur, sicut & in conciliorū exemplaribus factū inuenio, quædā enī habent per quē oīa facta sunt cælestia & terrena, quædā habēt per quē oīa facta sunt quæ in cœlo & in terra. Et Ruffinus habet per quem oīa facta sunt quæ in cœlo sunt & quæ in terris, quāq a uero sensu, immo a uera fide, nō dissentiāt, tñ diuersorū interpretū argumēta prebēt. Nā si nō hic fuissent diuersi interpretes, exēplaria oīa haberēt per quē oīa facta sunt cœlestia & terrena, aut ut Ruffinus habet per quem oīa facta sunt quæ in cœlo & quæ in terris. Nec in oībus exēplaribus habet. Lumē ex lumine. Et in quibusdā obmittitur homousion patri. Qd si hæc cōtingere potuerāt in hiis quæ fidē attinent quid fieri potuisse putas in re lōge minori qualis forte fuit ordo ecclesiarū. Nūq ergo tibi psuadeas oīa ex integro apud Ruffi. reperiri. Nūq in Hierony. legisti Nicenā synodū oēs hæreticos ad pœnitentiā suscepisse præter Pauli Samosatani discipulos hoc tñ apud Ruffi. uix credo ex pfecto ordine uti res gesta fuit reperies ut cūq tñ tota res in eo stabit, q exēplaria ueriora habēt Ro. ecclām semp habuisse primatū, & ita ante & post Nicenū conciliū obseruatum esse probauimus, & q nondum attulimus in breui post hac afferemus, q si græca exemplaria obieceris, quale tamen uix mihi nisi forsan ex Italia dabis qq fuerit mihi liber græcus omniū actorū Niceni tamen secundi concilii non tñ me contra totidem exemplaria uincere poteris. Siquidē ut Gregorius ille magnus in Registro

Ruffinus

Gregorius.

ingenue fatetur, latini codices circa synodos ueriores sunt q̄ græci. Ita & ego sentiēdum puto, quod si absq; iudicio locutus est uir ille sanctus & tantus pater, uideant hii q̄ iustam rem perpetrasse uideātur, quotquot olim hunc uellicare presumpserint, tamen dem tibi pro ecclesia Romana nihil aliud prorsus haberi, q̄ quod hic ex Eusebio citas nonne ergo suburbanarum ecclesiarum pontifex Romanus sollicitudinē geret, & hoc ex consuetudine uetusta etiam a mille ac trecentis & pluribus annis. tu ergo quō toties ep̄m æquabis presbytero? Quō unam ecclesiā super aliam esse tam constanter negas? Et quū suburbane ecclesiæ Ro. subiectæ sint, quod & tu negare nō potes. Et suburbanæ sunt quæ in Europa consistūt utpote Germania/Sicilia/Portugallia/Italia/Datia/Vngaria &c. Cur non sinis hāc consuetudinē a mille ac quadringētis annis stare illibatā, etiā si crepemus non possumus negare, super istis ecclesiis in dictis regnis absq; contradictione semp fuit superior Romanus pontifex Et tu quur post totidem sæculoꝝ prescriptionē huic quod debetur ecclesiæ conatis auferre, nulla honestatis ratione seruata.

LVTHERVS



TRedecima, idē Nicenū conciliū statuit nō a Ro. ep̄o oēs ep̄os ordinari, sed a ꝓuincialib9 ep̄is dicēs. Et ut si forte in ordinādo ep̄o duo uel tres ꝑ aliqua cōtentiōe dissentiāt reliquoꝝ auctoritas, & præcipue Metropolitani cū cæteris firmior habeatur, obsecro quid amplius facere debeo nō satis est ꝙ Ro. pontifici oīa quę sibi arrogat libēs credo, debeo, insuꝑ ꝓbare ꝙ hęc decreta sūt cōtēpta & irrita hūano unius ep̄i arbitrio.

FABER



PRimus apostolorum canon habet ut ep̄s a duobus aut tribus ordinetur. Anacletus etiā statuit ne ep̄s a paucioribus q̄ a tribus ep̄is ordinaret. Et Theodoricus scribit olim ad ordinationē ep̄i oportuisse conuocari uniuersos prouinciæ sacerdotes, & ꝙ præter tres pontifices ordinatio fieri nō debeat. Quod & nō solum inter catholicos sed hæreticos obseruatū esse legimus, Vnde Nouato Ro. ecclesiæ presbytero tres ep̄i quāq;

Platina in vita Anacleti.

Lib. ix. ca. xliiii. tripartita historia Ecclesiasti. histor. lib. vi. ca. xxxiii.

homines simplicissimi & omnino ignari manus imposuerunt. Nõ itaq; noua constitutio fuit q; hic in Nicena synodo statutũ asseris, & licet ita fuerit decretũ, ut eps non minus q̃ a tribus ordinari debe ret, sicut & quartum illius concilii statutũ sonat tñ ex iusta dispen satione fuit immutatũ in Tripoli, immo alia circa Nicenum conci lium quæ tamen fidẽ non attingebãt immutata fuerũt. Sed forsan hic Rufino uel ecclesiasticæ historiæ tantũ fidis ut quicquid illic inueneris firmũ teneas, dic mihi quæso an nõ ex Rufino sit hæc de cimaoctaua regula ut nemo eum qui ad aliũ pertinet subripiens in sua ecclesia ordinet clerum, absq; consensu illius ad quem pertinet. Sed hæc regula non habetur pro decimaoctaua in libro Tripartite historiæ, immo quæ apud Ruffi. pro decimasexta hæc in tripartita pro decimaoctaua habetur. Sed stet hæc regula ne de ciuitate infe riori ad maiorem ecclesiã transire quis ambiat, siue eps siue etiã ali9 clericus tñ & hæc regula non semper obseruata fuit. Siquidẽ Grego rius Nazanzenus prius unius Capadocenæ ciuitatis fuit eps, dein de Bisantio constitutus est. Miletius prius in Bastena ecclesia præ fuit. Et postea Antiochiæ præsul est constitutus. Alexander Antio chenus eps in Tharsum cilicie migrauit & reuerentius ab archis phenicea in Tyrũ profectus est Ioannes de Gordo lydia mutatus est in proconissum & in ea præsedit ecclesia. Palladius ab Halino poli mutatur in Aspona. Alexander ab Halinopoli in Hadrianos mutatus est. Theosebius ab Apamia Asiæ transfert Eudoxiopolim quæ dudũ Salambria uocabatur. Policarpus de urbe Antabriscena Misiæ in Nicopolim tratie mutatus est. Hierophilus de Thapeza boli phrigiæ mutatus est in plutinopolim thratie, opimus ab Agar danam phrigie in Antiochiam pisidie migrauit. Siluanus a philip poli tracie mutatur in troadam, & supra cõmemoraui qũo perige nes in petris fuerit ordinatus eps. Et qũo Ciues eius eum suscipere noluerunt Romanæ uero ciuitatis eps iussit eum intronizari in co rintho Metropoli defuncto illius episcopo, eiq; donec uixit ecclesiæ prefuit. hæc enumerare propterea placuit ut primo omniũ agnosce res nõ per omnia fidere. Ruffino qui in ecclesiastic̨ historiæ libro statuta Niceni concilii scripsit, breuiata tñ, ordo enim non p omnia cũ omnibus conuenit exemplaribus, immo nec cũ tripartita histo ria. Dein ut minime tibi persuaderes omnia sic esse statuta quasi cõ sensu patrum nõ licuerit ea pro temporum uarietate mutare in me

Triptita historia.

Nazazenus

Qui epi de suis se dibus migrarint ad alias

Nõ p oĩa historie fidendum ecclesia sticæ

lius aut illis rectum prebere intellectū nec ea propter iacturā fidei sentimus. Quis enim dubitaret etiam epos in Tripoli prius ante cōcilium ordinatos nō ueros fuisse epos, etiā si per omnia cum illis sanctorū patrū decreta quo ad numerū consecrantium seruata nō fuerint, sed in hiisce locis ubi potuerunt haberi epi, per omnia conueniebat, ut debitus hic esset numerus eporum. Ita & Gregorium Augustino Anglorum archiepiscopo respondisse Beda scribit & hunc ordinem adhuc obseruari uidemus, nec immutatū esse, sed q electū firmat Ro. eps res noua non est. Siquidem ut iam primum ostēdi Perigenem Ro. eps iussit intronizari in Corintho, sed nunquid nō Damasus Nectarium ordinauit, & multe sunt historiæ quibus manifestum est Ro. pontificem instituisse & restituisse epos, non tam in occidētali q in orietali ecclesia, nec est cōtra statuta patrū electū epm ante consecrationem examinari maxime quū sit tanto muneri pontificali præficiendus. Vnde in Sardicensi concilio pro Tredecimo canone sic scriptum inuenio Osius eps dixit & hoc necessarium arbitror ut diligentissime tractetis, si forte aut diues aut scholastic9 de foro aut ex administratione eps fuerit postulatus, ut nō prius ordinetur nisi ante lectoris munere & officio dyaconi aut presbyteri fuerit perfunctus & ita p singulos gradus si dignus fuerit ascēdat ad culmen episcopatus, potest enim per has promotiones, quæ habebunt utiq prolixum tempus probari qua fide sit, qua modestia, qua grauitate & uerecundia, & si dignus fuerit probatus diuino sacerdotio illustretur. Quia conueniens nō est nec ratio uel disciplina patitur, ut temere & leuiter ordinet, aut eps aut presbyter aut dyaconus, qui Neophitus est, maxime cum & magister gentiū beatus Apostolus ne hoc fieret denūciasse & prohibuisse uideatur, Sed hii quorum longum tempus examinata sit uita & merita fuerint comprobata, hæc in Sardiceñ cōcilio ordinata fuerūt, sed quid hic iuste reprobare potes, sicut audio ordo talis celebratur in urbe ab institu to Pauli minime dissidet aut longe abest, scribit eñi Paulus ad Thimotheum dicens. Manus cito nemini imponas. Quid sibi uult cito Chrysosto. inquit. Nō ex prima statim probatione, nec secūda, nec tertia. Sed ubi consideratio diuturna precessit, exactissimaq discussio, tunc imponito manus neq enim ea res periculo caret coꝝ enim quæ ille peccauerit, tu quoq penā dabis, qui initium dedisti etiam præcedentiū delictoꝝ qui enim improbe prima remisisti, etiā futu

Beda in historia Anglorum libr. i. cap. xxvii.

Tredecimus canō Sardiceñ cōcilii

. i. ad Thimoth. v. Chrysostomus

ris eris obnoxius, q ipse quasi auctor extiteris praeteritorum. Quia ea flere non scieueris ut possent per copunctionis gratiam relaxari quē admodū enim non recte facis ita peccatis quoque cōicas. Velut Leo scribit ad Mauros epos sic dicens. Vnicuique nostrū dicitur, manus cito nemini imposueris, neque cōicaueris peccatis alienis. Quid est manus cito nemini imponere, nisi ante aetatem maturitatis ante tē pus examinis, ante meritum laboris ante experientiā disciplinae sacerdotalem honorē tribuere nō probatis. Et quid est cōicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantē, qualis ille est qui non meruit ordinari, sicut enim boni operis sibi cōparat fructum, qui rectū seruat in eligēdo sacerdote iudiciū. Ita graui semetipsum afficit dāno, qui ad suae dignitatis collegium sublimat indignū, sed quid opus est multis: ex ecclesiastica historia etiā si nec aliud qd superesset. habes pontificē Romanum ex uetusta consuetudine suburbanarum ecclesiarum sollicitudinē gessisse, & nisi mentiantur historiae quotquot hodie sunt episcopatus in orbe christiano Ro. pontificem tā q superiorem agnouerunt. Quod si metropolitani iudicium hic mihi obieceris. Dic mihi quid hoc sibi uelit, quod maiores causae semper ad sedem Ro. relate fuerunt, immo referri debuerūt. Vnde beatus Innocētius ante mille & centum annos ita scripsit ad Victorē epm Rothomageñ. Si quae causae uel contentiones inter clericos tam superioris ordinis q etiā inferioris fuerint exorte, ut secundū synodū Nicenam congregatis eiusdē prouinciae epis iurgium terminetur, nec alicui liceat sine praeiuditio tñ Ro. ecclesiae electis hiis sacerdotibus, qui in eadem prouincia dei gloriam nutu diuino gubernāt ad alias conuolare prouincias liberū non sit. Quod si quis forte psumpserit & ab officio clericatus submotus & iniuriarū reus ab oībus iudicetur, si maiores causae in medium fuerint deuolute ad sedem Apostolicā sicut synodus statuit post iudiciū episcopale referatur, haec Innocentius. Qd si Innocentium tā q iudicem in re propria & propterea suspectū dixeris. En in Aphricano cōcilio tēpore Bonifacii primi ea de re ita similiter cōclusum extitit. & in Sardiceñ cōcilio decretum & secundū alios in Niceno cōcilio propositum est, & ita scriptum inuenio pro. 33. Canone Osius eps dixit placuit autē ut si eps accusatus fuerit & iudicauerint cōgregati epi regiōis ipsius & de gradu suo eum deiecerint. Si appellauerit qui deiectus est & confugerit ad epm Romanae ecclesiae ut uoluerit se audiri. Si iustū

Leo ad Mauros episcopos

Innocentius

Aphricanū cōciliū

putauerit ut renouetur examen scribere hiis epis dignetur, qui insi nitima et ppinqua puincia sunt, ut ipsi diligēter omnino requirāt & iustam fidem ueritatis definiāt. Quod si is qui rogat causam suā iterum audiri deprecatione sua mouerit epm Roma. ut e latere suo presbyterū mittat, erit in potestate epi, quid uelit & quid æstimet, & si decreuerit mittendos esse qui præsentes cū episcopis iudicent habentes eius auctoritatem a quo destinati sunt erit in suo arbitrio si uero crediderit eps sufficere tunc negocio terminū imponat. Et faciet quod sapientissimo concilio iudicauerit, iam forte miraberis

Qui in Sardicēn concilio patres

qui in Sardicēn concilio fuerint patres dico ergo eos fuisse ex urbe Romana/Hispaniis/Gallis/Italia/Cāpania/Calabria/Aphrica/Sardinia/Pannonia/Misia/Dardania/Macedonia/Thessalia/Achaia/Epyro Thratia/Rodope/Asia/Caria/Bithynia/Hellespōto/Phrigia Pisidia/Capadocia/Ponto/Cilicia/altera Phrigia/Pamphilia/Lidia insulis Cycladibus/Egypto/Thebayda/Lybia/Galatia/Palestina/ & Arabia/putasne totidem patres ignorasse quid Ro. pontifici deberent? Non fuit celebratū hoc concilium tempore Iulii secūdi, sed tempore Iulii primi sub Coss. Ruffino & Eusebio, nec diu post tempora Siluestri seu Niceni concilii quod & hic circa appellationem ordinatū est, hoc & ab aliis fideliter est etiā tempore Iulii obseruatum. Vnde nō absre legitur Eusebium legatum misisse ad Iulium Ro. urbis epm rogans, ut contra Athanasium iudex esset, inde factum est ut ex orientalibus ecclesiis ad Ro. pontificem relationes

Siricius

facte fuerunt. Et Siricius papa scribens Hymerio epo Terraconēn sic ait officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, nō est tacere libertas, quibus est præ cunctis christianæ religionis zelus, portamus enim onera omnium qui grauantur quinimmo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus ut confi

Grego. magnus

dimus administrationis suæ protegit & tuetur hæredes. Et Gregorius magnus ac alii se cunctis ecclesiis ea propter non pauca debere

Gelasius primus

testātur. ac Gelagius primus, Fausto magistro scribens causam reddit, cur ecclesia Romana de reliquis iudicium ferat, hæc omnia nō sunt noua nec iampridem efficta, nec unius epi, sed decreto sanctorum patrum diutissime obseruata, quare non est quo iuste scribas ordinationē atq; iudiciū epōrū unius episcopi arbitrio uel fieri uel cepisse. Sed ut summā rei habeas aliud est ordinare aliud confirmare episcopum, confirmat pontifex & in hanc horā ordināt p-

uinciales iuxta formam in Niceno concilio præscriptã quare iam iterum errasse conuinceris.

LVTHERVS

QVartadecima idem Nicenum conciliũ epõ Hierosolymitano non Ro. tribuit honoris primatũ dicens ibidẽ, ut & episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua seruetur, manente nihilominus & Metropolitani ipsius prouinciæ dignitate doce me lector quid faciẽdũ sit quando non satis est me hodierno tempore confiteri Ro. pontificem esse primum, nisi mentiar quoque & negem alium antiquitus fuisse primum & tanti concilii auctoritati resistam.

FABER

HIerusalem ciuitatem honoratiss. esse scimus quę multos habuerit prophetas & uiros sanctos, in cuius triplici nomine Trinitatis fides mõstrata est, Iebus, salem, & Hierusalem, primũ nomen calcata. secũdum pax. tertium uisio pacis, & quanto iudæa cæteris prouinciis tãta hęc urbs cũcta sublimior erat iudæa, de qua propheta dilexit dñs portas syon sup omnia tabernacula Iacob. Et adoremus in loco ubi steterunt pedes eius. Ad quã etiã sanctiss. quique iam multis sæculis uisendã auidissime festinarunt. Vñ Paulus huc festinabat ut faceret ibi Penthecosten, qui retinẽtibus se locutus est dicens. Quid facitis flentes & conturbantes cor meũ? Ego enim non solum ligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine dñi Ihesu. Et Tertullianus in libro de prescriptione hæreticorum dixit Paulum ascendisse Hierosolymam cognoscendi Petri causa, ex officio & cura uidelicet eiusdẽ fidei & prædicationis, & idem Tertul. in. 5. lib. aduersus Martionẽ inquit, ad Patrocinium Petri aliorũque apostolorum Paulum ascẽdisse. Hierosolymã post annos. 14. ut conferret cũ illis de euangelii sui regula ne in uacuũ tot annis cucurrisset aut curreret. si quę citra formam illorum euangelizaret adeo ab illis probari & constabiliri desiderarat. Reliqui uero epi, ac martyres ita Hierosolymã inuisere desiderarunt, ut putarint minus se religionis, minus habere sciẽtie, nec

Ita Paula & Eustochiũ ad Marcellã scribũt vt commigret Bethlehem

Paulus ad Hierusalem proficisci festinat

Tertullianus

summam ut dicitur manū accepisse uirtutum, nisi in illis Christū adorassent locis. De quibus primū euangeliū de patibulo coruscauerat, huc itaq; legimus uenisse Armenios/Persas/Indos/Ethiopes/ ac eos qui sunt iuxta Egyptū/Pōtum/Syriam/ Cilenen & Mesopotamiam. Et scribit Eusebio/Alexandrum ex gente Capadocū, ubi erat praeclare urbis eps Hierosolymā adorandi & sanctoꝝ locorum uidendorū gratia properasse & quāq̄ benedicta sint loca urbis Ro. in quibus Petrus & Paulus christiani exercitus duces sanguinem fudere pro Christo, tñ ex illis aliqui Hierosolymā uidere uoluerūt, hic nihil de Eustochio/Paula & Marcella, dicam quaꝝ pfectionē nō in uno loco Hierony. habet & notiss. est historia, de Helena Cōstātini matre femina incōparabilis fidei & religionis, quę sub Machario epo Hierosolymitano Hierosolymā uenit, ac sacrosanctam Crucem ab incolis perquisiuit, ac loca per dominicā praesentiam sacra religiose ac deuote uisitauit, haec ciuitas itaq; quanq̄ sancta & a sanctis frequentissime uisitata fuerit tñ primatum decreto patrū habere nō meruit. tā etsi Cathedra Iacobi talis fuerit in qua prim9 inter epos, ab ipso saluatore & ab apostolis in Hierosolymis est electus ibiq; per annos. 30. sederit. Et licet habuerit ṗrogatiuā honoris ueluti haec ex ecclesiastica historia citas, tñ adiecta cōditione ut esset Metropolytani Palestinae puinciae saluus dignitatis, honor & qualis erat hęc dignitas? certe ut Hierosolymitan9 eps ex decreto patrum suo Metropolytano subesset, & esset Metropolytanus Palestinae illius iudex atq; superior, qđ & partim uidere licet apud Hieronymum in libro quē scripsit ad Pāmachiū aduersus errores Ioānis Hierosolymitanī erat autem Palestinae Metropolis Caesarea, cui tempore Hieronymi Theophilus eps presedit, ad quem causa Ioannis Hierosolymitani referēda fuit. Vides itaq; Hierosolymoꝝ epm subiectum fuisse suo Metropolytano q̄tum ad regulam potestatis attinet. & hic non tam de prerogatiua honoris q̄ potestatis conferimus atq; disputamus. Vnde non est hic quo tua firmētur. Et mirū est ꝙ nec tāta preconia quibus Hierusalem ornari potuit primatū efficere potuerunt, habuit Constantinopolitana ecclesia, cur Romana maior esse deberet causas non mediocres, & eam quidē potiss. ꝙ illic totius orbis resideret Imperator, sed Gelasius scribens ad Achatium sic habet Risimus ꝙ prerogatiuam uolunt Achatio cōparare, quia eps fuerit regie ciuitatis. Nunquid apud Mediolanum, apud

In ecclesiast. hist. lib. vi. ca. ix.

Hieron. ad Eustochiū virginē epitaphiū Paule matris.

Idē ad octauū pro epitaphio fabiole Ecclesiast. histori. li. ix. c. vii. & . viii.

Hierony.

Hierony.

De Cōstātinopolitana ecclesia Gelasius ad Achatium.

Rauennā,apud Sirmium,apud Treueros,multis temporibus non constitit Imperator. Nunquid non harum urbium Sacerdotes/ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam,quippiam suis dignitatibus usurparunt. Et demū totum sermonem uertit ad ordinem Ecclesiarum sic a sanctis Patribus constitutum,q̄ nulla possit improbitate inuerti,sed adhuc forsan primatū honoris obiicies,& ego tibi obiicio an non olim sic fuerit ordinatum tempore liberii Papę. Vt Constātinopolitanus episcopus haberet honoris priuilegia post Pontificem Ro. q̄ esset noua Roma id quoq; statutum est a Synodo Constantinopolitana. Que quidem est illa Synodus,in cuius actis inuenio Symbolum hoc sanctum quod quotidie dicere ac cantare solemus in missa. Sed ad primatum ecclesiarum redeo semper ita obseruatum est & Apostolos ita ordinasse credimus,ut prima sedes Romana sit,secūda Alexandrina/tertia Antiochena/ Romana prima est propter Beatissimos apostolos Petrum & Paulum,Alexādrina uero secunda propter Marcum beati Petri discipulū,qui primus in Egypto uerbum ueritatis predicasse legitur,ac Alexandrie sedisse,& quia aliquādiu Antiochie p̄sedit Petrus sicut & acta Apostolorum inferre uidentur/non tamen in hac Antiochia quesita est in Prouincia Pisidie. Sed ea quidem Antiochia que est in Siria a Seleuco Rege condita que Reblata uocabatur in qua discipuli primo Christiani dicti fuerunt. Sic itaq; trium harum ecclesiarum primatus a Petro uidentur cepisse originem. Sed ut primo omnium Roma. esset prima propter Petrum Apostolum propter plebis Roma. fidem nec erat inconueniens ita fieri. Nam ut Hierony. inquit,ubi alibi tanto studio & frequentia ad ecclesias & martyrum sepulchra concurritur. Vbi sic ad similitudinē cęlestis tonitrui Amen. reboat & uacua idolorū templa quatiūtur non q̄ aliam habeant romani fidem,nisi hanc quam oēs Christi ecclesię tenēt/ sed q̄ deuotio in eis maior sit,& simplicitas ad credēdū. Et Hilarius in prologo psalmorum. Quamuis multe barbare gentes dei cognitione secundum Apostolorum predicationem & manētium hodie illic ecclesiarū fidem adepte sint/tamen specialiter Euangelica doctrina/in Romani imperii (sub quo Hebrei & Greci continentur) sede consistit/licet ergo honor ecclesie Hierosolymitane debitus fuerit/tamē ex decreto patrum Cęsarię subesse debebat/non enim ignorabant patres prophetiā de uastatione illius predictam a domino. Quamq̄ ibi so-

In histo. tripartita lib.ix.c.xiiii.

Constantinopoli. synodus.

De Antiochia.

In procmi o.ii. li. cōmentariorū ad Galath. q̄ scripsit ad Paulā & Eustochium.

Hylarius

la sufficeret per me designata uoluntas.

LVTHERVS



QVintadecima Si Romana ecclesia est prima propter primum apostolum Petrum eadem necessitate cõfitebimur & compostellanam ecclesiam esse secūdam, propter apostolum secundum Iacobum & Ephesinam tertiam, propter tertium Ioannem & sic per ordinem apostolorum. At iste ordo nunquid seruatur? quo iure, ergo solum Petrus primam fecit ecclesiam/nisi humano. Cur ergo Constantinopolitana que nullū habet apostolum prefertur secundo loco Compostellane, cur Alexandrina quæ & ipsa nullum habet apostolum prefertur Ephesine? cur Antiochena sine apostolo prefertur Edissene que apostolū Thomā habet? cur Hierosolimitana hiis õnibus quinto loco postponitur? que Christum/Petrum/Iacobum/Ioannem. Item Iacobum columnas (ut Paul. Gal. 2. scribit) habuit & uniuersos discipulos. Vides q̄ sit ulla ratio, q̄ Christus studiose huius primatus ambitionē preuenit & causas eiusdem penitus confudit.

FABER



CVr ecclesia Romana primatū habeat iam primū & antea sępe ostensum est siquidem habet. Non solum ex decreto Patrum, sed & ordinatione apostolorū, & hec urbs ad id forte, ut nōnulli Historici & maxime Blondus Flauius foroliuiensis de Roma triūphante ac Roma instaurata ac alii credunt, non est diruta quod Cartagini/Troyę/Athenis/contigisse fertur, quanq̄ sepe obsessa immo tutelari numine magni dei dicitur ad id seruata, ut illic tanq̄ terrarum dea/gentiumq; cui par est nihil & nihil secundum presideret Petrus Christi Vicarius ac successor illius. Sed quod primatum ecclesiarum ex apostolorum ordine probare contendis non parum miror, nisi dignitatē attenderis. Si tu uocationem exigis. Nunquid non apud Matheum ambulabat Iesus iuxta Mare Galilee, & uidit duos fratres Simonem qui uocatur Petrus & Andream fratrem eius mittentes rhete in Mare &c. Et procedens inde uidit alios duos fratres Iacobum Zebedei/& Ioannē fratrem eius

Blondus Flauius foroliuiensis

Mathæi. iiii.

trem eius mittẽtes Rhetia in mare. Et dixit eis, Venite post me &c. Et protinus relictis rhetibus secuti sunt eum, & ꝑgressus inde pusillum uidit Iacobū Zebedei &c. Sic ergo Petrus primus esse uidetur. Andreas uero secundus. Andreas aūt teste Hierony. Scytis & Sottianis, & saccis, prædicauit euangelium, predicauit & in Augusta ciuitate quæ cognominatur magna, ubi est irruptio Absari & Phasis, sepultus aūt Patris ciuitate Achaiæ. Si ergo primam sepulturam Andreæ consideraris Patre erit secunda si uocationem &c. illa pariter erit secunda, nā iuxta euangelium Matthæi & Marci. Andreas in uocatione secundus erat, Aut si ita uolueris ex Ioanne erat Andreas frater Simonis petri unus ex duobus qui audierant a Ioanne & secuti fuerāt eum qui inuenit primū fratrem eius & dicit ei. Inuenimus Messiā qđ est interpretatū Christus. Qua historia Andreas in uocatione uideret̃ forsan aliquibus esse primus. Patris itaq; prima sedes esset si sepulturam primam ut dixi consideramus Qđ si sepulturam secundam consideremus ꝑeuera Constantinopolis prima esset. Nam Cōstantinus imperator teste Hieron. sanctas reliquias Andreę/Lucæ/& Timothei transtulit Cōstantinopolim. Et ꝙ hic de Simonis & Andreæ uocatiōe dico, de reliquis argumẽtari possem nisi nostram disceptationem in immensum crescere uiderem. Et quia super hac re satis erudite alii disseruerunt, quare nolim hic herere diutius. Salua tamen hic sint omnia, quæ. D. Aure. Augustinus habet in. 2. lib. de consensu euangelistarum. c. 17. Qđ si non uocationis, sed missionis ordinem considerare uolueris, Ioanni nec secundū, immo Iacobo nō dabis ordinem forte tertium. Nam duodecim apłoꝝ nomina sunt hæc primus Simō qui dicit̃ Petrus & Andreas frater eius Philippus & Bartholomeus, Iacobus Zebedei & Ioānes frater eius. Sic ita iuxta Matthęū patris esset secunda & Hieropolis ubi sepultus est Philippus apłus esset tertia. Albanopolis uero in maiori Armenia esset quarta, Siquidẽ ibi sepultus est Bartholomeus, Ephesus esset sexta, Talamina Indiæ esset septima. Nō ergo recte argumẽtaris. Si uero Lucā attẽdas iteꝝ Iacobus non meretur secundam sedẽ. Nā illi ꝑponitur Andreas nisi hoc habere uelis quod est apud Marcum. ubi post Petrum Iacobus Zebedei enumerat̃. Sed hic forsan euangelista hos prius numerare uolebat, quoꝝ nomina Christus imposuit qđ & Marcū fecisse credimus, uñ sic habet iposuit Simoni nomẽ Petrus & Iacobū filiū Zebedei &

Hieron. in Cathalogo scriptorū.

Lucæ. vi.
Marci. iii.

fratrē Iacobi & iposuit eis noīa Boanarges, quod est filii tonitrui & Andream & Philippū &c. Si tu hunc ordinē seruare uolueris forsan iam Iacobi ecclesia esset secunda. Ephesina uero tertia. Sed cum adeo sis curiosus historiarum exquisitor quo scis Compostellanam ecclesiam esse Iacobi. Nunquid in sacro Bibliæ canone uspiam inuenire potuisti Iacobum Compostellæ prædicasse uerbum domini Credo uix ostendere possis. Sed nunquid nō credemus historiis Iacobum apud Hispanos prædicasse hunc Iacobum Zebedei filium

Hieron. in Catha. scribit Hieronym. prædicasse euangelium. 12. tribubus quæ erant in dispersione quibus tamen alter Iacobus qui appellatur frater domini cognomento, iustus epistolam scripsit. Ita enim suam exorditur epistolam. Iacobus dei & domini nostri Iesu christi seruus. Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutem. De primo Iacobo sic habet Hieronymus in Ezechielem. c. 43. Iste est Iacob9 inquit qui transformatum saluatorem uidit in monte, qui resurgētem filiam Archisinagogi cum domino Petroq; & Ioanne intuitus est, qui in Cathalogo apostolorum in quo bina iunguntur nomina prior fratre ponitur. Hunc interfecit Herodes & quasi hedum immaculatum post passionē saluatoris in die immolauit secunda. De secundo uero sic idem scribit Hieronymus in epistola ad Galathas ca. 1. Hic Iacobus episcopus Hierosolymorum primus fuit cognomento iustus uir tantæ sanctitatis & rumoris in populo ut fimbriā uestimēti eius certatim cuperēt attingereq; & ipse postea de tēplo a iudęis præcipitat9 successorē habuit Simonē quē & ipsum pro dn̄o tradunt crucifixū. Nec refert omnia loca inueniri ex actis apostolorum satis fuerit nos ex aliis scriptis autenticis q̄ fecerūt apl̄i ꝓbare Scis Petrū in epistola posteriori meminisse Pauli inter cætera nāq;

.ii. Petri vltimo sic ait. Satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace & domini nostri Iesu christi longanimitatē salutem arbitramini ut chariss. frater noster Paulus secundū datā sibi sapientiā scripsit nobis, sicut & in oībus epl̄is loquēs in eis de hiis in quibus sunt quædā difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suā ipsoꝝ perditionem. Sed Paulus ubi tale testimonium perhibet de Petro? Sed nūquid Paulum non credemus & ut sanctum uirum maxime decebat honorifice sensisse de Petro, etiam si legatur illi apud Antiochiā restitisse in faciem. Sed nunquid non & Petrum cum Paulo Romæ fuisse ac simul illic pro Christi

nomine martyrio coronatos credemus? etiam si in nouo testamento non habeatur quãq forsan in nullam hæresim me lapsum quisq dicere posset si dicerem ex urbe Romana Petrũ priorem scripsisse epistolam, quod & tibi ante ostendi. Nam in fine illius hæc uerba sunt. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Si hic Babylonem Romam dico nihil noui affero, cum Ioannes in Apocalysi per Babylonem Romam intelligat, immo itinerarium Petri nullibi habet Petrum in urbe Babylone fuisse, per Babylonem itaq aliud intelligere oportet ne salutatio Petri in spongiam abeat, Immo ni fallar secunda eiusdem Petri epistola quam ut apparet scripsit Petrus admodum senex & morti uicinus. Licet scripta sit hiis qui coequalem illi sortiti sunt fidem tamen Romanis præcipue scripta uidetur. Meminit enim illius longanimitatis quam Paulus ad Romanos. c. 2. proponit dicens, an diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ contemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Sic ergo quãdo tu nullam ueritatẽ extra Bibliam receperis argumentari minime potes Compostellanam ecclesiam esse secundam. Nam quomodo post illius mortem quam Herodes intulerat Iudæis, in Hispaniam ad Lupam reginã uenerit. Non nisi ex ecclesiasticis historiis habes. Et forte si ad uiuũ omnia metiaris uix Ephesinam tertiam dicere posses quãq Ephesina sit una de septem ecclesiis, quibus Ioannes scripsit ex insula Pathmo. hoc tamẽ totum nihil uel parum refert. Id maxime pensandum est, q licet in orbe terrarum fuerint ciuitates amplissime. Tamen solæ ille cæteris præferuntur ex apostolorum ordinatione, quibus præfuit Petrus uel illius discipuli & hic mirabere dicens Man hu quid est hoc. Nec tam anxie curandum sit, an is ecclesiatum ordo sit iure diuino uel humano. Si ita uolueris ius accipere diuinum quasi in nouo testamento Christus statuerit. certe nemo dicere potest hunc esse iure diuino. Nam huius ordinis nulla fit mentio. Tamen quia Hireneus ac alii diuisionem ecclesiarũ, ab apostolis esse factam scribunt. Vnde ille ordo minime turbari debet, Siquidem non a centum, sed mille & ducentis & pluribus annis ita seruatus extitit. Immo ut est etiam aperta Anacleti sententia talis ordo creditur ita esse a sanctis apostolis institut9. Vnde Leo/Martiano scribens Augusto inter cætera sic ait. Priuilegia ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta. Et uenerabilis Nicenæ syno

Babylonẽ Roma

Apocalypsis

Petrus

Ad Romanos. ii.

Anacletus

Leo

di fixa decretis nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. Et idem Leo ad Anatholium episcopum ita scribit. Nō cōuellantur prouincialium iura primatuū, nec priuilegia &c. At quid opus est multis? Cur hæc uel illa prima uel secunda fuerit sat est me respōdere apostolis uel patribus antiquis ita placuisse ita ut sit pro ratione uoluntas. Quod si inter principes regni conceditur ordinatio, qua alter alteri præfertur, quur non propter schisma tollendum & ꝙ sit huius sanctæ politiæ uerus ordo non possent in ea presidentes ordinare qui primi qui posteriores essent. Et is qui tali ordini cōtra pugnat nūq̄ recte egerit. Sed dicis sunt humana statuta quibus contrauenire cuiq̄ licet & ego tibi respondeo si non licet ut legibus humanis subiecti simus. Cur Paulus ad Romanos. 12. dixit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, nō est enī potestas nisi a deo. Et sequitur dei uindex minister est in irā ei qui male agit. Et ad Corinth. Sæcularia iudicia si habueritis cōtemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Et ad Hebræos. 13. Obedite præpositis uestris & subiacete eis. Et. 1. Petri. 2. Subiecti estote omni creaturæ propter deum siue regi quasi præcellenti siue ducibus tanq̄ ab eo missis, ad uindictam malefactorum laudem uero bonorum (Omnes honorate,) fraternitatem diligite. Deum timete, Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quod si ut dixi Regibus, Ducibus, præpositis, immo potestatibus extat obediendum quur non sacerdotibus, episcopis, immo tot sanctis patribus. Quod si iterum obiicias illorum traditiones esse humanas lubens assentio, sed ꝙ propterea spernenda sint non facile credam. Quis non crediderit sanctos patres in Nicena synodo cōgregatos diuino spiritu motos fuisse, qui Arrianam hæresim damnarunt ac ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ quātum in illis erat rectissime statuerunt. Et nunquid non hoc illis facere licebat. docuit Paulus omnia honeste & secundum ordinem fieri, conuenientissimus autem ordo erat ut altera ecclesia alteri subiecta esset, hunc etiam ordinem turbare sancti patres nunquam passi fuerunt. Nec omnes traditiones humanas reiecit Christus aut refutauit Paulus sed dumtaxat superstitiosas traditiones. De quibus Matthæi. 15. Vbi & Pharisæi dicebant. Quare discipuli tui transgrediuntur seniorum traditiones? Non enim lauant manus suas cum panem

Corinth. xiiii. Quæ traditiones reiiciantͬ humanæ

manducant hanc traditionem & si quæ pares illis inuentę sunt, iuste damnauit dominus, unde Hireneus in.4.li.contra Heret.c.25. Hyreneus
sic ait Seniorum ipsorum traditio, quam ex lege obseruari fingebāt contraria erat legi/quæ data est per Moysen propter hoc & Esayas ait, caupones tui miscuerunt uinum aqua, ostendens q̄ austero dei præcepto miscerent Seniores aquatā traditionē.i.aggrediētes adulteram legem, & cōtrariam legi, sicut & dn̄s fecit manifeste dicens eis. Quare uos transgredimini præceptum? propter traditionem uestrā non solum autem per preuaricationem frustrati legem domini miscētes uinum aqua, sed & suam legem ecōtrario statuerūt/quæ usq; adhuc pharisaica uocatur. In qua quidem quædam auferunt, quædam uero addunt, & quēadmodū uolūt interpretanē/quibus utuntur singulariter magistri eorū. Hec Hireneus, uides de quibus traditionibus locutus fuerit dominus. Et nos si quas forsan tales inuenimus spernere possemus. Quæ tamen sunt in laudem & honorem dei. Immo quæ hominem signis quibusdam exterioribus, in amorem dei ferunt/ac incendunt maxime dum non prohibentur a lege diuina conuenit, ita seruari. Vnde Cyprianus dum hac de re sermonem faceret, eas dūtaxat traditiones humanas reiicit, quæ sunt legi diuinæ contrariæ tales non poteris ostendere mihi, q̄ aūt ceremonias ac obseruationes exteriores damnas, miror quur nō in Christo dānaueris qui fecit Lutum ex sputo & liniuit oculos ceci, qui tetigit loculum defuncte/qui clamauit resuscitaturus Lazarum dicens/Lazare ueni foras. Et hoc est, quod queritur dominus dicens relinquentes mandata dei/tenetis traditionem hominum Marci.7.& irritum fecistis mandatum dei propter traditionē uestram Math.15. Sed tu etiā si sursum deorsumq; uoluas traditiōes legitur Marci.6. Discipulos prædicasse demonia eiecisse. Et tūc egros sanasse q̄ñ hos ungebāt oleo, Et Ioannis penultimo legitur in sufflasse dominū, & dixisse accipite spiritum sanctū. Multa quoq; hiis similia legimus fecisse apostolos, & dominū obseruātes cerimonias & apparatus exteriores ueluti scolastici dicūt signis utētes extrinsecus. Sed nūquid nō discipuli sanare potuissent ægros etiā si eos nunq̄ oleo unxissēt. Aut nō potuisset dn̄s apostolis dare spiritū sanctum & si non insufflasset, Sed ita placuit signis quibusdam externis agere, ut interior homo per signa intelligeret quid intus eum facere oporteat. Q̄d si apostolis licuit dare dogmata atq; traditiones, de quibus nec uerbo

Vnde ex Esaia
Manda remāda

Cyprianus.

Marci.

Ioanni.

quidẽ Christus meminerit & successores ab illis ordinati, putas nõ etiam facere potuerint, maxime si nõ discordes, imo cõcordes essent

Augu. de trinit. & vnitate dei. c. iiii.

euangelio. Et iam quur nõ liceat id facere sacerdotibus & epis dum uniuersalem repræsentent ecclesiã. Cũ tñ expresse dicat euangelium Si duo uel tres fuerint in nomine meo congregati ego ero in medio illoꝝ. Si hæc duobus uel tribus promittit, quid putas de tot sanctis ipsis patribus pro fide Christi in sanctis conciliis congregatis. Et hoc ordine nos a tẽporibus apostolorum hucusq; perstitimus, qui ut Theophilus/Alexandrinus de Tyrini pulchre ostẽdit, habem9 quadragesimã ab apostolis institutã, dein ut est in demonstratione Clementis de Pascha certis aliis ieiunare diebus iusserũt apostoli. Tñ ut memoratus Theophilus habet a Caseo & ouo magno Sabbato prohibitũ fuit a traditione patriarchica & synodica. Dudũ tñ ante tempora Thephili licet quadragesimali tempore, alias a caseo & ouo quasi aplica traditione abstinuerint etiam Armeni hæretici hæc contẽnere immo transgredi peccatũ esse credo in hoc eñi scandalizatur frater, & ue ille per quẽ scãdalũ uenit, ad apostolos uenio secundũ Augustinum triũ officiorum forme doni spiritussancti in apostolis sunt ostense. Quarũ hæc est quæ ad ius ecclesiasticũ pertinet in regnãdis ecclesiastica potestas intelligit̃ esse in officiis epoꝝ & sacerdotum quæ omnia in traditione dominica per spiritum sanctum agere debent. Vnde illis dicit Iesus quoꝝ tenueritis peccata tenebuntur, & quoꝝ remiseritis remittuntur eis. Secunda quæ in Penthecoste data est, quæ generalis est, nõ solum in apostolos uerũ etiã in omnes credentes decidit spiritussanctus. Tertia est forma quæ solum apostolis uel ordinatis in initio concessa est insignis & uirtutibus faciendis usq; dum fidei semina iacerẽtur ad crementũ. Semina aũt fidei sunt uirtutes per apostolos factæ. Ipsi enim apli Antistites positi sunt, huiusmodi ueritatis, quia p signa & prodigia rationabilem esse fidem nostrã testantur, igitur spiritussanctus dat̃ omnibus generaliter credẽtibus, sed nõ manet in eis. In signis uero & prodigiis filii dei esse probantur, etiã spiritussanctus non manet aliquando in homine, sed uocatus aduenit, ut suggerat necessaria, & recedat similiter, & traditione uel ordinatione de foris gratiam & tuitionem prestat, deuotis fidei ut cõmẽdatiores habeantur per inspirationem eius, hęc Augustinus. Nolim tamen ut quisquã putet me tam stupidum esse q̃ uelim uel asseram ius diuinum legib9

humanis uelle æquare quis enim hoc faceret, scio nempe querelam prophetæ dicentis. Manda remanda, hoc tamẽ dico traditiones patrum non esse spernendas, & hoc me docet dominus. Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eũ inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem tę nõ audierit, adhibe adhuc unum uel duos, ut in ore duorũ/uel trium testium stet omne uerbum, ꝙ si nõ audierit dic ecclesiæ. Si autẽ ecclesiam nõ audierit/sit tibi sicut ethnicus/& publicanus/quid hic per ecclesiam intelliges, nunquid hanc ecclesiam/quæ ianuam & fenestras habet? Aut hanc forte quę sit prædestinatoꝝ/aut totã cõgregationem fidelium/simul iuxta Iohelis prophetiam, in ualle Iosaphat congregatam, aut nunquid nõ dicis ecclesiam homines esse de quibus dicitur ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam & non tantum bonos sed & malos, de qua est parabola sagenæ euãgelicæ. Dein ipsius areæ. Sed nunq̃ dicere potes ecclesiæ hoc est cuilibet inferiori? Sed ita ecclesiæ ut in ea iudicent prælati siue præpositi. Quod si qua in re iudicauerint, quicquid iudicauerint humanũ est. Attamen a lege diuina concessum, & ita concessum ꝙ si quis non obedierit iam non humana traditione, sed priuilegio, immo lege Christi habẽdus est uelut Ethnicus, & publicanus. Sed adhuc unum audi scis quid scriptũ sit in epistola priori ad Corinth. 5. De illo fornicario magno iudicaui inquit ut præsens eum qui sic operatus est in nemine dñi nostri Iesu christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute dñi Iesu tradere hmõi Sathanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu christi. Sed non legisti Hymeneum & Alexandrum a Paulo Sathanæ traditos ut discant non blasphemare? Nunquid autem non licet hic imitari apostolum Thessalonicẽsibus scribẽtem, siquis non obedierit uerbo nostro per epistolã, hũc notate, & non cõmisceamini cũ illo, ut confundatur ita ut quisquis grandi peccato fuerit irretitus ab ecclesiarũ prępositis Sathanæ traditur, nec excommunicatio talis contemnenda est, nõ tam ꝙ excõmunicatio priuet aliquem externa communione, & ꝙ is peccatum commiserit ad mortem, sicuti tu alibi docuisti & bene. Sed quia talis eiicitur a communi fidelium cœtu abscinditur a grege, fit nudus ac destitutus, lupis patet, & qui ab hac spirituali hebræorum nube non tegitur, fit extra ecclesiam & ꝙ olim agebat interfectio hoc nunc agit in ecclesia excommunicatio, & ut Augustinus ha-

Matthæ. xviii.

Augu. iii. li. q. sup Leuit. q. lvii. Matthę. xv.

Thimoth. i.

August. li. v. in q. sup deut. q. xxxix.

bet in tract, 50 • in Ioanné • Cum excommunicat ecclesia in coelo ligatur•Cũ recõciliatur ab ecclesia in coelo soluitur recõciliatus, ita

Theophilactus

ergo quis Sathanæ olim tradebatur iuxta Theophi• sententiã qui cõtumax esset•Et minus obediens extra ecclesiam mittebat. eiicie batur a cętero grege, & nudus mox & desertus lupis dabat in prę dam•Nam quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat sic christi ecclesiam spiritus•Quicumq ergo ex ecclesia fuerit eiect9 a spiritu sancto priuatus erit hic miser per facilis in capturam uadit Tanti est ab aliorum consortio & cõmunione repelli, censura istius modi•Nãq mox deus & peccatis obnoxios castigãdi gratia/& mor bis affecit & malis affecit, & malis urgebit•Hæc uulgarius•

Origenes

Vel ut origenes in Hier•c•1•habet tradi peccatorẽ Sathane nihil ab eo differt, q iudei sunt traditi Nabuchodonosor utiq illos deus cõ cessit aduersario ꝑpter frequẽtes ipietates, sic nos propter peccata q fecimus, tradimur spirituali Nabuchodonosor/& quos tradidi, in quit Sathane, ut discant nõ blasphemare dicit apls de aliis peccato ribus putãs quantum malum peccare ut tradamur Sathane capti uati animas eorum qui reliquuntur a deo'Nõ sine causa autẽ, neq sine iudicio deus relinquit quos deserit•Cũ enim miserit pluuiã su per Vineã, & uinea pro uua attulerit spinas quid faciet nisi ut man det nubibus ne pluãt super ea imbrem• Quapropter in proximo est propter delicta nostra quorum nobis conscripsimus/& nos captiua ri &c•Sed quis hoc facere potest•Immo quis de tantis rebus iudica bit'Certe Sacerdotes siquidem si peccauerimus domino/& Animi nostri uoluptates/ac desideria carnis/ueluti deũ colimus/tradimur apostolica auctoritate in manus Zabuli/& nõ solum per apostolos suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum•Sed ut Ori

Origenes

ge•habet etiam per eos qui ecclesie præsident/& potestatem habent non solum soluendi/sed & ligandi traduntur peccatores in interitũ carnis cum pro delictis suis a Christi Corpore separantur/& hic est gladius ille spiritalis secũdum Cyprianũ quo malefactores feriri so

Eutichianus

lent, sed unde tãta potestas•Crederem hic ego Eutichianum ad epi scopos Siciliç uere scripsisse dicentem grauia sunt nimis quæ pertu limus & ualde cauenda•Quibus enim regnum dei excluditur pro culdubio & ecclsia denegatur•De quibus dominus in Euãgelio po testatem apostolorum eorumq successorum ad nuncians ait quorũ dimiseritis peccata/dimittẽtur eis, & quorum obligaueritis/obliga

uerint·i·quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfa ctionem fuerint ipsis etiam ianua Regni Cœlestis clausa erit, ꝙ si forsan Eutichiano, quia Pontifex Roma·ante·1200·annos fidem ad hibendã nõ credis·Ecce alterum ex istis te dicere oportet in excõmu nicatione nos imitari Paulum, aut quod fecerint in hanc horã Sa cerdotes ac Episcopi citra omnem conditionẽ collate potestatis fece rint, ꝙ si Paulum recte imitãtur/aut hoc fecerint ex admissione le gis nõ meretur inter traditiones humanas numerari· Sed quisquis hic presidẽtes audierit Cristum audiat, qui receperit Christum reci piat, qui spernit eos/eum quoq; spernit·Per ligationẽ, itaq; & solutio nem, immo dimissionẽ nõ parua quesita est potestas eorũ quos Pau lus ministros uocat & dispensatores misteriorũ dei· Reliquum est circa diuortium, scis in Euangelica lege nõnulla haberi que licet ap ta sint in dubium, tamen nõnulli traxerę/ut credas Marito uxorem ꝑpter adulteria dimittenti licerę ducerẽ aliã·Et sic inter tuos nõ par uus est error quo sæpe humanas traditiones esse credũt· Cum tamẽ demũ manifestum fiat eas super lege diuina fundatas, sicut & hoc ꝙ hic de excõicatiõe diximus alibi de diuortio hic dicere possem9· Vbi tu miris modis uellicare uideris, quod illi a quo per sentẽtiam separatur mulier, non datur cum alio/quacũq; cõtrahẽdi licentia· Et sic habent illi, quo nõ parum sua cõfirmẽt· Nam Math·5·dicit· Omnis qui dimiserit uxorẽ suam excepta fornicationis causa facit eam mechari·Et qui dimissam duxerit adulterat·Et Math·19·Qui cumq; dimiserit uxorem suam/nisi ob fornicationem & aliam duxe rit mechatur·Sed certe ut uerũ fatear licet hec habeas Christi qui dẽ dicta tantum potuerunt, ut nõnullis æquũ uisum fuerit uiro li cere relecta uxore altera, aliã sub introducere, sed forte fuere nõnul li qui utriq; continentiã seruandã esse duxerunt, & habent quo suã firment·Nam Mar·10·scriptum est, quicumq; dimiserit uxorem su am/& aliam duxerit adulterium cõmittit super eam· Et si uxor di miserit uirum suum, & alii nupserit/mechatur·Luce·16·Omnis qui admittit uxorem suam, & alteram ducit/mechatur, & qui dimissam a uiro suo ducit/mechatur Nũqd hic si nihil addideris·Si nihil sub intelligas licebit dimittenti uel marito uel uxori aliam ducerę, uxo rem, uel alteri nubere uiro, & licet tu in aduersum pugnes·Vbi licẽ tiam hanc ex Euangelio habes esse promissam, ut dimittenti etiam ob fornicationis causam se sę liceat alteri copularę, nihil autem hic

putas ecclesiam facere potuisse,nũquid hæc potuit fieri legis interpres,& reuera ita factũ intelligo,& nõ intra quadringentos annos. Sed circiter annũ domini. 110. Et sic ante. 1400. annos hãc iudicandi normã ab Euaristo successorę Anacleti traditã inuenio,sic enim

Euaristus sanctus ille Euaristus Aphricæ Regionis scribit episcopis,sicut uxori non licet dimittere uirum suum,ut alteri se Viuente eo matrimonio societ aut cũ adulteret,licet fornicat9 sit uir eius. Sed iuxta apostolũ aut uiro suo debet recõciliari aut manere innupta. Ita ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum aut ab eo se segregare,ut alterum uiuẽtę eo accipiat. Sed aut ipm habeat/aut inupta maneat &c. Et in hãc horam usq; sic seruauit ecclesia,ꝙ si mihi Ambros, obiecceris,sicut te certo facturũ scio, nõ est quo mouear Nã hic Ambrosiũ humana passum uideo. Qualis enim hæc equitas,ꝙ uiro liceat ducere uxorem,si dimiserit uxorem peccãtem,iuxta sententiã Ambrosii,& mulieri non liceat itidem facere etiam si uir sit caput mulieris Sed iam dum circa Euangelium ecclesia certum statuerit. Quur non imitari uelis,ꝙ si inaduersum pugnes,circa hæc nihil definire oportuisse,sint enim quauis lucę clariora. Et ego contrariũ dico immo non ego/sed Augu. Cuius uerba sunt hæc, quisquis uxorẽ adulterio deprehensam dimiserit,& aliam duxerit,non uidetur equalis eis qui accepta causa adulterii dimittunt & dicunt,& in ipsis diuinis sentẽtiis,ita obscurum est utrum & isti. Cui quidem sine dubio adulteram licet dimttere adulter tamẽ habeatur,si alteram duxerit & quantum existimo uenialiter ibi quisq; fallatur,& hæc & multa his similia uerum probent argumentũ,etiam sanctorũ Patrum decreta non parum ualere, quæ si in specie nõ sint expressa,tamen suas uires habent,& ex se in traditione / uel potestate, quam dedit hiis dominus,ꝙ si in rebus tãtis,& quæ fidem attingũt duo sanctiores illi uetustiores tãtum sunt nimirum,si circa ecclesiaꝝ primatus id fideliter obseruatur,ꝙ totidem seculis in toto christiano orbe fuit obseruatũ. Quin uoto atq; cõsensu fere omniũ aut saltẽ recte credẽtiũ.

LVTHERVS



DEcimasexta si ad solos Petri successores pertinet uerbum christi. Tu es Petrus &c. Pasce oues pari sequela concludetur solius Ioannis Successores esse filios Marie inCru

ce commēdatos/solos plus cęteris dilectos,quia hunc solū in Cruce alloquutus Matri commendauit. Ergo ab Ephesinis Episcopis accipiunt cæteri ut sint filii ecclesię,& Mariæ.

FABER



HEc uerba quomodo ad Petrū principaliter pertineāt fere mille probauimus argumentis,& in hanc horā cum Critobolo Hieronymi in.i.li.cōtra Pelagianos dico. Quid Platoni & Petro,ut ille enī princeps Philosophorū ita & hic apostolorum fuit super quē ecclesia domini stabili molę fundata est. Que nec impetu fluminis,nec ulla tētatione cōcutit. Ad alios uero immo ad singulos Euangelii uerba, quomodo referri possint alibi ostēsum est. Sed qa tua propositio sonat,& hic inter nos agit an ecclesia Romana ante Nicenum Concilium cęteris fuerit superior, & an hoc uerbum / Tu es Petrus, non nihil probet, ex decretis. Itaq; Niceni Concilii ac ex sacrę scripturę doctoribus Chrysostomo/Ambrosio/Hieronymo/Augustino/& sexcentis aliis Tertuliano Origene Cypriano Theophilo nostra firmata sunt. Sed iam paulo profusius ex scriptis Sanctorū Pōtificum firmare statui Ro. Pontificem,etiam ante Nicenum Conciliū reliquis fuisse superiorē ab Anacleto primū exordiar,& uidebo quibus,& quid in hanc rem Anaclet9 ac alii scripserint usq; ad tēpora Siluestri,scripsit ergo Anacletus unam epistolam lectu dignam ad omnes Christifideles, scripsit & aliam ad omnes episcopos in italia constitutos. Deinde tertiā ad omnes episcopos ac sacerdotes totius Christiani orbis,In quibus quidem tribus epistolis Anacletus pulcherrima præcepta dedit q; bus esset ecclesia Christi gubernāda,successit illi Euaristus natione Græcus is scripsit ad uniuersos Aphricę regiōis episcopos, Item ad eos qui erant in Egypto,Alexander uero nō ad unius prouincię scripsit episcopū,sed omnibus orthodoxis per diuersas prouincias non uno dūtaxat,sed tribus scripsit eplis. Deinde Xixtus in duab9 eplis omnibus scripsit episcopis,q; Thelesphorus ac Hegini9 fecisse legūtur quāq; & Heginius Atheniēn. adhortatus fuerit ut aduersissima queq; tollerarent patienter. Pius autē omnibus ecclesiis aperit quomodo sedes apostolica. Caput esse mereatur omniū ecclesiarū,& nō est necesse ut cōmemorē ea quæ scripserit episcopis in Italia consti-

Anacletus.

Euaristus

Alexander.

Xistus

Thelesphorus

Pius

Anicetus
Sother

tutis. Anicetus autē quid in Gallia ordinauerit id illius decreta testātur, sed & Sother Campanis & Italis scribens, non ueretur sacrā interpretari scripturā Eleuterius scripsit uniuersis ecclesiis per Gallię prouincias, sed & quid putas hoc sibi uelit ꝙ Victor se uniuersalē ecclesiæ scribit Archiepiscopum Theophilo quoq; ac cunctis Alexandrię patribus precipit, ut pasche diem a quartadecima luna primę partis usq; uigesimū primum eiusdem Mensis diem celebrare studeant, habetur & illius epistola ad uniuersos episcopos Aphricę

Seuerinus.
Calixtus
Vrbanus
Pontianus
Antherus

Seuerinus autem non modo Sicilię, sed totius Egypti scribit episcopis, Calixtus uero hiis, qui sunt in Gallia Vrbanus Christianis omnibus, sicut & Pontianus, Antherus uero pulchram scribit epistolā ad episcopos per pontice atq; Tolletanę prouintię ecclesias constitutos, in qua respondet atq; declarat auctoritatē apostolicę sedis Eusebium mutatum esse Alexādriam, sicut fœlix quidam translatus sit Ephesum. Fabianus aūt licet Hylario dumtaxat, scripserit episcopo tamen expresse testatur quid iuris habeat in alios episcopos. Quod & Cornelius facit ad uniuersos scribēs episcopos. Sed Rufus quidam erat in oriēte episcopus. Cui reuera doctam ac sanctam. Idem Cornelius scribit epistolā/Lucius autem sub Gallo & Folusiano Cōsulibus omnibus scribit episcopis occidentalibus, tam Gallis ꝗ Hispanis. Stephanus uero primū Hylario episcopo, deinde episcopis omnibus rectam canendi normā tradit/hanc quoq; seruari precipit Quod & Sixtus ille secundus. Cuidam episcopo, & deinde omnib9 per Hispaniam cōstitutis fecisse legitur. Dionysius qualem ordinē seruare mandarit bine illius testantur epistole, quarum altera est ad Vrbanum. Altera uero ad seuerum. Fœlix scribens ad Paternū coepistopū deīde ad uniuersos Gallie episcopos. Ac postremū ad quendam Benignū episcopū quosdā a Collegio Sacerdotali segregari iubet. Eutichianus quoq; scribit epīs. Per Galliam atq; Siciliam cōstitutis & lōgum esset recēsere de his quæ Gaius scripsit felici, Marcellianus Salamoni/ac omnibus episcopis per oriētales prouincias cōstitutis. Deinde Marcellus episcopis Antiochie atq; Maxentio/& ꝗ scripsit Eusebius ad Gallie. Immo Campanie & Tuscie episcopos & de Melchiade iam nihil hic dicam. Hii omnes ante Niceni Cōcilii tempora uixerūt scribētes itaq; ad totius orbis prouincias & earundem episcopos, nunquid non uerum proferūt argumentū Ro. Pontificem, reliquis episcopis fuisse superiorem. Quod si tu forsan Ciceronem.

Fabianus

Cornelius

Lucius

Stephanus

Sixtus

Dionysius

Fœlix

Eutichianus
Gaius
Marcellianus
Marcellus
Eusebius

Melchiades

ronem/Plinium iuniorem/Simachum/Ouidium/Horatium ac reliquos obieceris, qui scripserunt epistolas non semper ad æquales aut inferiores, sed eos qui non tam honore q̃ & potestate superiores erant, ad episcopos itaq; diuersarum prouinciarum scribere nullius prælationis possit argumentum probare, hoc ergo q; obiicis tunc rectius diluam. Si tibi partim ostẽdero quid scripserint, quid deniq; fieri uoluerint, in genere si audire digneris, hoc fere omniũ habent epistole, ut præcipiant, moneant, ac ad omnium & singulorum consulta respondeant, nec ex his dabis mihi queq̃ q sese non subiecerit, Et qui huiusmodi decreta non humiliter acceptarit. Sed inter hæc scripta de Petro. Quid de Ro. ecclesia scripserint breuiter audi. Anacletus uocat. Petrum principem apostolorũ. Seuerinus huic dictũ esse scribit. Quecunq; ligaueris super terram. Quod & Dionysius facit, ac Fœlix & reliqui multi hoc uerbum Christi in Petri personã referunt. de Romana ecclesia quid illi scripserint ac in totum dif fuderint orbem, ex ordine referam. Anacletus sic habet. Licet singule Metropoles Ciuitates suas Prouincias habeant sæculares primates tum ut præfixum est. Et tunc & nunc habere iussi sunt ad quos post sedem Apostolicam summa negocia conueniant, ut ibidem quibus necesse fuerit releuentur, & iuste restituantur, & hii q iniuste opprimuntur, iuste reformentur atq; fulciantur episcoporum cause & summorum negociorum iudicia salua Apostolice sedis auctoritate iustissime terminentur. Hæc ab antiquis. Hæc ab Apostolis. hæc a sanctis Patribus accepimus, nostris ut postulastis rimanda. Et futuris tenenda temporibus, mittimus & reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, Ne pastoris imperitia qui sequuntur deteriores fiant. Pius uero sic ait. Sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, qui & hãc sanctam Apostolicam sedem omnium ecclesiarum caput esse præcepit, ipso dicente principi Apostolorum Petro Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et Porte inferni nõ preualebunt aduersus eã & tibi dabo claues regni cœloꝝ, & quodcũq; ligaueris sup terrã erit ligatũ & in cœlis, & qđ cũq; solueris super terrã, erit solutũ & in cœlis. & Victor ita Theophilo scribit, alibi in statutis legitur apostolicis, siquis putauerit se a proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham uel Prima

Anacletus
Seuerinus
Dionysius
Fœlix.
Anacletus
Pius
Victor

tem diocæseos, aut pœnes uniuersalem apostolicæ ecclesiæ iudice tur sedem, nihil aliud est frater, talis præsumptio q̃ Apostolorum & eorum successorum terminos transgredi, eorumq; decreta uiolare, culpantur enim & scriptum est fratres qui aliter circa episcopos iudicare pręsumunt, q̃ apostolicæ sedis Christo fieri placuerit. Et quis est qui iudicat eum quem dominus sibi & huic sanctæ sedi

Seuerinus

reseruari uoluit iudicandum. Seuerinus quoq; ita habet ad Siciliæ scribens episcopos, Finis uero causę ad sedem apostolicam deferatur, & ibidem terminetur, nec antea finiatur, sicut ab Apostolis uel successoribus eorum est statutum olim eiusq; auctoritate fulciat̃ ad eam quoq; ab oibus maxime tñ oppressis appellandũ est & concurrendũ, quasi ad matrẽ ut eius uberibus nutriãtur, auctoritate defendãtur & a suis oppressionibus releuentur, quia nõ potest nec debet mater obliuisci filiũ suũ. Iudicia enim eṗorum maiorésq; ecclesiæ causę, a sede aplica & nõ ab alia sicut apostoli & sancti successores eo℞, cum aliis eṗis statuerunt sunt terminãde, quia licet in alios transferãtur eṗos beato tñ apostolo Petro dictũ est, Quecunq; ligaueris super terram erunt ligata & in cœlo, & quecunq; solueris super terram erunt soluta & in cœlis. Et reliqua priuilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt. Et in constitutis Apostolorum eorunq; successorum aliis q̃ plurimis, cum eis concinnentibus haben

Stephanus

tur inserta. Stephanus autem ita scribit, Nulli enim Metropolitañ aut alii episcopi appellentur primates, nisi hii qui primas se destinent reliquorum Ciuitates antiq;. Primates esse consueuere reliqui uero qui cæteras Metropolitañ ciuitates adepti sunt quasi primates, sed aut Archiepiscopi aut Metropolitani uocentur habes enim & loca quibus primates præsidere debeant, sed non modernis. Sed & iam multis ante aduentum Christi sunt statuta temporibus, quorum primates etiam gentibus pro maioribus negociis appellabant, in ipsis enim urbibus post Christi aduentum Apostoli, & successores eorum/Patriachas uel primates posuerũt ad quos episcopo℞ negocia salua in omnibus apostolica auctoritate & maiores causę præter Apostolicam sedem sunt referende. Et Xistus in

Xistus

hæc uerba habet. Omnes episcopi qui in quibusdam grauioribus pulsantur uel criminant̃ causis quoties necesse fuerit libere aplicã appellẽt sedẽ, atq; ad eã quasi ad matrem cõfugiant, ut ab ea (sicut

semp fuit) presulciantur, defendent, & liberantur, cuius depositiõi oēs maiores ecclesiasticas causas & epoꝝ iudicia, antiqua apostolorum successorum, atq; canonum auctoritas obseruauit, quoniā culpātur epi qui aliter erga fratres egerint, q̄ eiusdē sedis papę fieri placuerit. Et idē Xixtus in eodē loco cū beato Petro aplo non ab alio q̄ ab ipso dictū sit dño. Quecūq; ligaueris sup terrā erūt ligata & i coelis. Et si qs peccauerit se a ꝓprio Metropolitano grauari apud primatē diocæseos aut pænes uniuersalis aplicæ eccliæ Papā iudicet. Dionysius aūt ita Seuero scribit epo olim & ab initio tātā pcepim9 a beato Petro aplo principe fiduciam, ut habeamus auctoritatē uniuersali ecclię auxiliāte dño subuenire, & quicquid nocuū est auctoritate aplica corrigere & emēdare ad hoc eīm diuinę dispēsationis diuisos gradus, & diuersos cōstituit ordines esse distinctos, ut dū reuerētia p minores prioribus exhiberet, & potiores minoribus dilectio impenderet una cōcordia fieret ex diuersitate cōtextio & recte officioꝝ gereret administratio singuloꝝ. Et Felix ad Paternū deide ad Benignū sic habet. Ille uero q pulsatus fuerit si iudices is suspectos habuerit liceat appellare primates. Primates quoq; discutientes epm, nō ante sententiā ꝓferant dānationis, q̄ aplica freti auctoritate aut reū se ipsum fateat aut p innocētes & canonice examinatos regulariter testes conuincat. Et ea de re Marcellinus ita scribit. Rogamus uos fratres ut non aliud doceatis, neq; sentiatis q̄ q a beato Petro aplo reliquis Aplis & patribus accepistis. Ab illo eīm primo instructi estis. Ideo non oportet uos propriū derelinquere patrē & alteros sequi, ipse eīm caput est totius ecclię, cui ait dñs. Tu es Petr9 & sup hāc petrā edificabo ecclīam meā & reliqua, eius eīm sedes primitus apud uos fuit. Et quę postea iubēte dño Romam trāslata est cui nos adminiculāte gratia diuina hodierna p̄sidemus die. Et Eusebius in hæc uerba loquit. Caput ecclīæ Christus est, Christi aūt uicarii sacerdotes sunt, qui uice Christi legatione fungunt in ecclesia idcirco quicquid in eoꝝ fit iniuriā ad Christū ptinet, qui dixit, qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit, & qui me spernit spernit eū q me misit. Prima enim salus est recte fidei regulas custodire, & a constitutis Patrū nullatenus deuiare, nec potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, Et hæc quæ dicta sunt rerū probantur effectu, Quia in sede Apostolica extra maculā

Dionysius

Foelix

Marcellinus

Euseb

semp est catholica seruata religio. Vides nunc testimonia sanctorum pontificū qui & fidē sanguine proprio corroborarūt & oēs ante Nicenū fuere conciliū, sed quales illos fuisse putas, nūquid nō Anacletus uixit Traiani tēporibus uirq; fuit optimus, qui pro fide Christi martyrio coronatus est. Pius primus uir sane doctus atq; eruditus de deo ac hoibus optime meritus. De Stephano quid dicā? Qui uerbo atq; exēplo multos ad fidē Christi cōuertit sub Deciana psecutione p fide christi capite mulctat, sed & oēs norūt qualis hic Sixtus secūdus ex philosopho Christi discipulus factus. Cum eo fœlicissimus Agapitus Ianuari9 Magnus & Stephan9 uno & codē die perempti sunt, quid cōtra Sabellianos/ Corinthianos/ & Neopotianos egerit, nemo ignorat. Dionysiū aūt qui in Antiochia ciuitate cōtra Paulū Samosathenū conciliū uocari fecit oēs habent, uirum fuisse doctū & sanctū, qui cōcilio interesse nō potuit cū decrepite esset etatis, demum p fide Christi martyrio coronatur. In Calixti cœmeterio sepelit. Sed & Fœlix prim9 qtū p fide christiana egerit, & qūo post martyriū passus uia quoq; Aurelia sepultus, ueteres tradūt historici. Sed q Constās fuerit p fide christiana forte nō ignoras, non enī uerebat adire Diocletianum & Letus subire martyriū, unacū Claudio Zirnio, ac Anthonio christifidelib9, quid de Eusebio dicā nūquid nō hic hæreticos recōciliauit & sub Maxētio tyranno martyriū patit. Taceo reliquorum omniū uitā, sed nunquid illorum decreta frigidissima dicemus? putasne Si nō ab aplis intellexissent quid Petro dederit dūs? qd primam sedē meruerit ecclesia Rō. nūq tā temerarii fuissent, ac ambitiosi, ut uēdicarēt qd aliis debitū esset, hæc nō ignorarūt patres in Nicena synodo cōgregati, qui sese sup antiqua cōsuetudine fundare uoluisse uident, hæc quidem nō ex decretis a Gratiano cōgestis sed & uetustissimis Codicib9 scripta citare uolui ut omnē suspitionis notā effugerē, nec sunt decreta hæc pontificum intra quadringētos annos nata ut somnias, sed oia sunt eorum q uitā sanctā ita notissimis testātibus historiis duxerūt circiter annū dñi siue centesimū siue ducentesimū uel ad summū circiter Annū dñi tricentesimū. Qd si pont. Ro. nulla cōcedenda fuisset auctoritas, p culdubio rebus & scriptis illorum reclamassent diuersi diuersarū prouinciarū epi, nūquid nō tēpore Marcellini & sic āte tēpora Niceni cōcilii celebrata fuit Synodus. 180. epōrum in Sinuessa urbe Cāpanię? Sed & de synodo cui Theophilus, Origenes, ac alii in Palestina in

Anacletus tēpore Traiani.

Pius

Stephan9 sub Decio

Dionysius contra Paulū Samosathenum

Fœlix.

Eusebius

Synodus in Sinuessa vrbe

terfuerũt, hic nihil dicã. Quid putas si ita rei necessitas iuberet ex
his afferre possem q̃ a Marco Iulio/Liberio/Felice/Damaso/Siricio
Anastasio/Sixto tertio Leone/Hylario/Simplicio/Felice.3. Gelasio
Anastasio.2. Simacho/Ormisda/Ioãne/Felice quarto/Bonifacio.2.
Agapito/Siluerio/Vigilio/ac aliis usq; ad tempora Gregorii magni
scripta sunt quorum sanctiones atq; decreta non tantum in Europam
sed & totam Aphicã & orientalem ecclesiam directa fuerunt. Nun
quid illorum omnium decreta frigida esse dices? cupio itaq; hic paulo
honestius in posterum sentire uelis, q̃ si iterũ asseuerare uolueris,
quoniã ex iure diuino minime recepta sint, nihil hoc ego referre di
co. Nã si origeni crediderimus in epistolam ad Ro.15. quæ scripta
non sunt in euangelio lege diuina, possunt legibus suppleri huma-
nis satis est hoc a totidem sæculis obseruatum esse, ad argumẽtum
tuũ uenio quo dicis si ad solos successores Petri pertinet uerbũ xp̃i,
Tu es Petrus &c. pari sequela concludit solius Ioannis successores
esse filios Marie &c. Nõ audeo hic ex cõsequentiis tecum agere dia
lecticis, aliam igitur professionem & iuris assumam, in professo est
apud iure consultos priuilegiũ personale personã sequi, & extingui
cum persona. l. priuilegia. ff. de re. iu. Sed priuilegium Petri nõ erat .l.priuilegia.ff. de regu.iur.
nec est tale quod cũ persona abiret, sicut nec hoc priuilegium erat
personale, quod datum fuit apostolis dicente dño. Accipite spiritũ
sanctum quorum remiseritis peccata &c. Immo nec hoc priuilegiũ p-
sonale fuit quo in Cœna nouissima, dñs ait, hoc facite in meã cõme Ioannis penulti.
moratione. Alioquin mortuis apostolis nemo ligaret & absolueret,
nec consecraret ullus ep̃s, atq; sacerdos quare sane id q̃d hic dictum
fuit ad Apostolos, ad successores illorum trahi aut intelligi potest.

LVTHERVS


IN fine dico me nescire an christiana fides pati possit q̃,
in terris aliud caput ecclesiæ uniuersalis statuitur p̃ter
Christum, sunt qui Christũ in ecclesiã triumphantem
reiciunt & Ro. pontifici militantis ecclesiæ caput cõsti
tuũt, contra expressum euangeliũ. Math. ultimo. Ecce ego uobiscũ
sum usq; ad consumationẽ sæculi & illud act. 9. Saule saule, quid
me persequeris, ideo enim regnum fidei ecclesia uocatur, quod rex
noster non uidetur, sed creditur sicuti. Corinth. 1. dicit, oportet illũ

regnare, donec ponat inimicos suos scabellum pedũ suoꝝ. Et tunc tradet regnũ deo & patri. At hii regnum eoꝝ episcopatum faciunt, dum uisibile caput erigunt. Nam & mortuo pontifice Christus nõ pro capite solus habetur. An uno põtifice cedit, & mortuo succedit uelut quidã alterius pontifex? Si autem & uno pontifice caput est, ut quid duo capita in ecclesia statuimus?

FABER

Ad Ephese.



CHristum esse caput ecclesie, totus orbis agnoscit Paulo dicẽte ad Ephese. i. Ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam, que est corpus ipsius & plenitudo eius. Qui omnia in omnibus ad impletur & in eadem epistola/noscamus illũ per omnia. Qui est caput Christus, ex quo totũ corpus compactum, & iterum in eodem. c. 6. sicut Christus caput est ecclesie ipse Saluator corporis eius ad Collossen. i. Omnia per ipsum, & in ipso facta sunt, & ipse est ante omnes. Et omnia in ipso constant/& ipse est caput corporis ecclesie, qui est principiũ primogenitus ex mortuis/ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Sed cur caput dicitur ecclesie certe ut aliqui uolũt. Quemadmodum corpori congruit caput, ita ecclesie Christus dicitur primatum habere, & illi sanguine iunctus est & unitus & ecclesiam. Idem absoluit & complet. Corpus preterea Christus ut propriis membris absolutum, efficit & caput integrum reddit, sic cõtra ecclesia Christi perfectio est. Qui omnia terminat/& finem cũctis rebus imponit, Christus nãqꝫ perficitur, & tanq̃ ex uniuersis fidelibus sua complet & membra, nam manus uidelicet in uiro misericordie/& opem egris ferente absoluit, ac perficit. Itemqꝫ in eo pedem quoniã predicãdi munus suscepit, & peragrando fratres reuisit & curat sic demum & infidelibus ceteris/uel membra reliqua sibiipsi suppeditat Christus, cum hii uariis modis mortalium succurrunt necessitatibus, tunc etiam perficitur Christi corpus. Cum omnes unanimes sumus, & charitate cõiuncti. Sed qd prohibet hũc in terris habere Vicarium/qualem statuit Petrum ac successores illius? Qd si obieceris predixisse dominũ Math. 28. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usqꝫ ad consumationẽ seculi, tunc mihi responde/quid hoc sibi uelit Ioãnnis. 12. dicitur. Pauperes semper habebitis uobiscum, me autem nõ semper habebitis? Nunquid

Ad Collossẽ.

Ad Ephese. ii.

Fideles qũo membra illius sint corporis cuius caput Christus

Math. vltimo.

non hec omnia contraria uidentur, semper habere & nõ semper habere/oportet igitur ut hæc recte intelligãtur/ne ueritas sibi ipsi dissideat rectũ aũt nobis prebet intellectũ. D. Aur. Augu. in. 50. trac. super Ioã. huius uerba subscribere placet. Pauperes semper habebitis me aũt non semper habebitis, accipiant & hoc boni/sed nõ sunt solliciti. Loquebatur enim de presentia corporis sui. Nam secũdũ maiestatem suam/secundũ prudentiam/ secundum ineffabilẽ/& inuisibilem gratiam, impletur qđ ab eo dictũ est. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consũmationẽ seculi secundũ carnem uero quam uerbum assumpsit, secũdum id ꝙ de uirgine natus est, secundũ id ꝙ a iudeis cõprehensus est/ꝙ ligno confixus/ꝙ de Cruce depositus/ꝙ Lintheis inuolutus/ꝙ in sepulchro cõditus/ꝙ in resurrectione manifestatus/nõ semper habebitis me uobiscum, quare cõuersatus est secũdũ corporis presẽtiã quadraginta diebus cum discipulis suis & eis deducentibus, uidendo non sequendo ascendit in cœlum, & non est hic, non enim recessit in presentia maiestatis glorię secundum presẽtiã maiestatis semper habemus Christũ, secundum presentiam carnis recte dictum est, discipulis me autẽ nõ semper habebitis, habuit enim illum ecclesia secũdum presentiã carnis paucis diebus, modo fide tenet, oculis non uidet, ergo si ita dictum est, me autem non semper habebitis. Questio sicut arbitror iam nulla est, que duobus modis soluta est. Vides ergo qua presentia sit nobiscum dominus. Et quia nolebat amplius nobis ore ad os loqui. Nunquid non optime decebat, ut aliquẽ in caput nobis surrogaret & Pontificem daret ex hominibus assumptũ qui loqueretur ore ad os, qui & similitudinẽ haberet membrorum corporis ecclesię, sed ꝙ forsan capitum multitudinem times non est quo timere possis/aut debeas i arbore Porphiriana uidetur esse quasi capitũ subordinatio in uno quoq; genere est unum prius atq; superius, & nõ est pollitia que nõ habet capitum subordinationẽ. Sed hæc te forte mouere nõ possunt. Paulum audi dicentẽ, Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesię/sed caput uiri quis est? certe Christus. Vnde Paulus omnis uiri caput Christus est, sed nunquid nõ caput Christi deus est. Quod si diuersitatẽ rationis obieceris non est quo mouear, scio enim filii caput patrem dici/quasi genitorem eius & aliter caput uiri Christum esse. Aliter uirum mulieris/& aliter deum esse caput Christi. Deus enim ideo caput Christi est, qa de eo uel ab ipso

August. in Ioãnẽ.

Porphirius.
Aristoteles.

Paulus.

Ambrosius.

	Deus	
Aliter	Chrs	
	Vir.	
	Christi	
Caput	Viri.	
	Mulieris.	

genitus est, mulieris uero idcirco caput uir est, quia etiã eius costa dei uirtute formata est. Christus ideo caput uiri est. Quia p ipsum cum non esset formatus, una ergo dictio diuersam habet intelligentiam, quia & personæ discrepant & sententie, habes itaq; christianã fidem nõ horrere subordinationẽ capitum, nec a ueritate dissidere, si quid caput alterius esse dicatur, nõ eodẽ respectu ut Philosophorum more loquar. Alio ergo sensu Christus, alio uero Petrus est caput ecclesiæ, quod etiã quisq; Bimulus intelligit sicut & Christum

Li. de subscr. hære.

& Petrum, Petrã dicere solemus qualem & Tertullianus Petrũ uocat. Nõ q sit illa principalis Petra super qua fundatur ecclesia, Sed q ab illa acceperit cõionem uirtutis & nominis, aut nõ admittis ecclesiam militantem ex lapidibus uiuis esse constructam, nõ tam q uita gratie dũtaxat, sed uita naturæ uiuant, his si uisibile & contractabile caput statuimus, non est nec potest censeri error. Et quanq̃

Luthere patientiã hic habe quoad tibi monstrauero q missa ueniat ex hebræa lingua & sit idẽ qd oblatio.


Christus iuxta dicta patrum in hoc sacro sancto sacramento altaris sit nobiscũ permansurus usq; ad consumationem sæculi. Sacerdos ac sacrificium, tñ cum hic sit sub inuisibili specię non satis erat ad eruditionẽ uitę. Si enim non reliquisset post se Petrum ac reliquos apostolos, qui uiua uoce euangelium annũciassent, nescio an credidisset mundus. Nam fides ex auditu est, auditus aũt per uerbum

Leo

Beatiss. quoq; Leo scribens Theodoro ẽpo Foroliuiẽsi sic ait. Diuinę bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentiã nisi supplicationibus sacerdotũ nequeat obtineri, mediator ẽm dei & hominũ homo christus Iesus. Hanc præpositis & ecclesiæ tradidit potestatẽ, ut uere cõfitentibus actionem pœnitentie darent, & eosdẽ salubritatis sactiõe purgatos, ad cõionem sacramentoꝝ, per ianuam recõciliationis admitterẽt, cũctoq; operi ipse saluator interuenit, ne quicq̃ ab his abesset que ministris suis exequenda cõmiserit dicens. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationẽ sæculi, siquidem per seruitutem nostrã bono ordine, & gratulãdo impletur effectus non ambigamus per personã spiritus fuisse donatũ quod si hoc dictum ita intelligas quasi sat fuerit Christum si nobiscũ fuerit ad intellectum Augustini per gratiã per prouidentiam &c. Id genus q̃q̃ sine eo nihil possimus, tñ sicut hic inter apostolos tollis caput, ita & in oĩbus caput & principem tollis cum in omni principatu caput sit Christus. Sed q hic de regno habes notũ est ex euangelio Christo datã esse potestatẽ omnẽ, in cœlo & in terra, & ita ut iuxta

Hiero. Qui enim regnabat in Cœlo/per fidem credẽtium regnet in terris. Sed nunquid non in eodem loco sequitur docentes eos serua re omnia quecũq; mandaui uobis/nũquid non hic doctores posuit/ & inter hos quid prohibet unum preponi qualem Archisinagogũ, Euangelica iubet audiri Hystoria, sed de credentium regno nouissima est Hiero. Sententia regnum patris fidem esse credentium. Sed iterum inter credentes quid prohibet statui caput, & de Pauli dicto ad Corin. Nemo unq̃ dubitauit non esse uerissimũ, quod hic Paulus habet, modo recte intelligatur, qualem intellectũ in eodem loco habet Ambro. Et hũc tradit Aug. in li. i. de ci. dei. c. 8. Et unico libro ad Orosium contra Pristillianistas. c. 7. Tamen adhuc stat hunc regnantem in terris habere posse Vicariũ. Nouimus Angelũ ad Mariam uere dixisse, dabit illi dñs sedẽ Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob ineternũ, & regni eius non erit finis, & apud Danielẽ deus cœli excitabit aliud regnum quod nunq̃ corrumpetur. Et hoc regnum æternum erit, sed cum in illo non sit nobis factus uisibilis, & unius militatis pollitie uno capite nos egeam⁹. Immo necesse est ut doctorem interpretantẽ ac diuina ministrantẽ habeamus qui & offerat diuina & sacrificia ꝓ peccatis. Hunc si ueluti caput ueneremur, nihil est quod primatũ Christi tollat/& nobilis ille peregre ꝓfectus cõmittit, alteri regnũ, non ꝙ suo principatui cedat, sed ut prẽcedẽtem Vicarium habeat. Sed dic mihi, quur dominus ad Petrũ tam benigne dixerit/rogaui ꝓ te/ut non deficiat fides tua, & tu aliq̃ñ conuersus confirma Fratres tuos. Nunquid non Christus est is qui sermonem confirmauerit apostolorum, qui & cõfirmat omnes in opere/& sermone bono, & fideli aut mentitus est Paulus dicens fidelis deus est, qui cõfirmabit uos/& custodiet a malo. Nõ ergo negabis/aut negare poteris/deum hunc esse. Qui confirmet quod operatus est in nobis. Tamen suo officio Petrus dicitur confirmare fratres suos. At ꝙ duo capita tm̃ abominaris/mirũ est. Nam utriusq; capitis alia/& alia est ratio. Christus primatum tenet in omnibus, & hoc nemo negat/ꝙ si is Vicarium ac Successorem facit/ac ordinauit/nihil aliud fecit q̃ ꝙ prudentem principem decebat, & rei publice Christiane conueniebat.

Hierony.
Matth. xxvi.
Hierony.
Ambrosius
Augusti.
Lucæ. i.
Daniel
Matthæ. xvi.
ii. Thessal. iii.


Concludo/omnis sacerdos in articulo mortis & necessitatis est episcopus/est Papa/habēs plenissimam plenitudinem potestatis,super confitentem,ut tenet sententia communis totius ecclesie & etiā beati Cypriani epistolis euidenter cōuincitur/ergo nec Papa est episcopis,nec episcopus est superior presbyteris/iure diuino. Tenet consequētia,quia ius diuinū est immutabile/tam in uita/q̄ in morte.

FABER

Cyprianus.


Cyprianus in.5.lib.epistolarum decimaseptima.Epistola sic ait.Fratres si incōmodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint,non expectent presentiam nostram quin apud presbiterum quēcunq; presentem,uel si presbyter repertus nō fuerit/& urgere exitus cœperit,apud Dyaconū quoq; ex homologesin facere delicti sui possint/ut manu eis in pœnitentiam imposita ueniant ad dominum cum pace. Sed nunquid ex hac necessitate æquabis epō Diaconū minime id potes. Etenim necessitatē non habere legem iurium studiosi etiam puluerulenti ac elementarii norūt. Illius tanta est uis,ut faciat omnia cōmunia. Immo probabile facit,q̄ alias esset improbabile,ita plura de iure pōt necessitas,quæ alioqui subsistere nō possunt,& ne dum in iure,sed & in Sacra christiana lege receptum est,siquidē Augu. pulchre tradit tēpore necessitatis fidem sine Baptismo posse sufficere ad salutē. Immo potest aliquis in casu necessitatis,ab infideli Baptismū suscipere eodē Augu.teste,q̄ si extra hunc casum fecerit/grauissime peccat,& non solum scripti iuris est,necessitatem nō habere legem,sed & dominus in euāgelio declarat.Luce enim.6.in Sabbato uellebāt Spicas/& manducabant confricantes manibus.Quidā autē Phariseorū dicebāt illis,quid facitis,q̄ non licet in Sabbatis?& respondēs Ihesus dixit ad eos,nec hoc legistis/quod fecit Dauid,cum esuriret ipse,& qui cum eo erant,quoniam intrauit in domum dei/& panes propositionis sumpsit/& mādeucauit/& dedit his qui cum ipso erāt, quos non licebat manducare,nisi tantum Sacerdotibus,& dicebat illis,qui dominus est filius hominis etiam Sabbati,& in eodē Luca

Necessitas legem non habet

Augusti.

Lucæ.vi.

ca·14·&·15·licet Sabbato curare·At illi tacuerũt ipse apphensum sa/
nauit eum,& dimisit & respondens ad illos dixit·Cuius uestrũ Asi/
nus aut Bos in Puteum cadat/& non cõtinuo extrahat illũ die Sab
bati,& non poterant ad hoc respondere illi·Vides necessitatem nõ
habere legem,sed Sabbatum obseruare nunquid/non est de iure di
uino·Tamẽ licet in necessitatis casu facere die Sabbati,ꝙ alioquin
minime liceret·Immo nunq̃ poteris iuxta statum presẽtẽ per omnia
episcopos & sacerdotes æquare,nisi in Arrianã Heresim labi uelis·
Nam in episcopo omnes ordines sunt,qui primus Sacerdos est/hoc
est princeps,est sacerdotum,& Propheta/& Euangelista &c·ad im
plenda officia ecclesię in ministerio fidelium,& ut noster Ambr·ait Ambrosius
in epistola ad Ephe·postq̃ i omnibus locis ecclesię sunt cõstitute,&
officia ordinata·Aliter composita res est /quãprimũ ceperat,omnes
enim docebant/& omnes baptizabant,quibuscũq; diebus uel tem/
poribus fuisset occasio·Nec enim Philippus tẽpus quesiuit/aut diẽ
quo Eunuchum baptizaret,neq; ieiunium interposuit/neq; Paulus
& Sileas tempus distulerũt quo Optonem carceris baptizarẽt cum
omnibus eius/neq; Petrus Diaconos habuit/aut diem quesiuit,qñ
Cornelium cum omni domo eius baptizauit,nec ipse,sed iussit fra
tribus qui cum illo erant ad Cornelium ab Ioppe ad huc enim præ
ter·7·Diaconos null9 fuerat ordinat9/ut ergo cresceret plebs/& mul
tiplicaretur,omnibus inter initia concessum est/& euangelizare/&
baptizare/& scripturas in ecclesia explanare·At ubi omnia loca cir/
cũplexa est ecclesia,conuẽticula constituta sunt/& Rectores/& cæ/
tera officia·In ecclesiis sũt ordinata,ut nullus de Clero auderet,qui
ordinarius nõ esset præsumere officium,quod sciret/nõ sibi creditũ
uel concessum·Et cœpit alio ordine & prouidẽtia gubernari ecclesia
quia si omnes eadẽ possent/irrationabile esset,& uulgaris res & uilis
sima uideretur·Hinc ergo est,unde nunc neq; Diaconi/nec populo
predicant/neq; Clerici/neq; Layci baptizant/neq; quocunq; die cre
dentes tinguntur/nisi ægri·Ideo nõ per omnia cõueniũt scripta apo
stoli ordinationi,que nunc in ecclesia est,quia hec inter ipa primor
dia sunt scripta·Nam & Thimotheũ presbyterũ a se creatum epi/
scopum uocat,quia primi presbyteri episcopi appellabantur,ut re/
cedente eo/sequens ei succederet·Deniq; apud Egyptum presbyteri
consignant,si presens non sit episcopus,sed quia cœperunt sequen/
tes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenẽdos immutata est

ratio prospiciente cócilio/ut nó ordo/sed meritum crearet episcopū multorum sacerdotum iudicio cōstitutum ne indign9 temere usurparet • Et esset multis scandalum • hic nec tu negare potes/aliquid licere episcopo'q͂ sacerdoti minime licebit hoc ex Innocentio primo ad Egubinum episcopum circa Sacramentum cōfirmationis ante probaui•Quod si confirmationē dixeris nō esse sacramentū/sed figmentum episcoporum,nec Innocētio credere uelis,audi quid ea de re scripserit Melchiades ante Nicenum cōcilium ad Marinum Benedictū•Leonciū super quibus recitastis uos iformari inquit•Vtrū maius esset sacramentū/p manus impositionē episcoporū aut baptismus scitote• Vtrūq͂ magnum esse sacramētū,& sicut unum a maioribus fit•Idem a summis Pontificibus,q͂ a minoribus perfici nō potest•Ita & maiori ueneratione uenerandum,& tenendum est,sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta.Vt abinuicē/nisi morte preueniente,nullatenus possint segregari,& unū sine altero rite perfici non possit • Nam unū preueniēte morte/sine altero potest•Aliud aūt nō potest,unde scriptum est in diebus illis dicit dominus effundam de spiritu meo supercorū carnē,aduertamus summas diuitias bonitatis,quod i cōfirmandis Neophytis manus impositio,tribuit singulis hoc qd spiritus sancti descensio in credentium populo donauit uniuersis,sed quia dixerim,q͂ manus impositio & cōfirmatio in christo aliquid possit,forte cogitet sibi aliquis quid mihi prodest post mysterium baptismatis/mysterium cōfirmatiōis, aut quātum uideo/non tantum de fonte suscipimus.Si post fontem ad lectionē noui generis indigemus,non ita dilectissimi attēdat charitas uestra sicut eget militaris ordo,ut cum in tempore quemcūq͂ in militū receperit numerum,non solum signet receptum,sed etiam armis cōpetentibus instruat pugnaturū.Ita in baptizato benedictio illa munito militi dei adiumentū datur militie nunquid prodest, si quisq͂ parentum/magnam periculi conferat salutem,nisi prouide studeat & tutorem ita paraclitus regeneratis in christo,custos consolator/& tutor est•Ideo dicit sermo diuinus/nisi dominus custodierit ciuitatē inuanum uigilant qui custodiunt eam•Ergo spiritussanctus qui super aquas baptismi salutifero descendit in lapsu in fonte plenitudinem tribuit ad Innocentiā•In confirmatione augmentum prestat ad gratiam•Quia in hunc mundum tota & late uicturum inter uisibiles hostes,& pericula gradiēdū est/in baptismo regeneramur ad uitam,

Sacramentum cō firmationis.

Melchiades

uitam, post baptismum confirmamur ad linguam, in baptismo ab-luimur, post baptismū reuocamur, ut sic continuo transituris suffi-ciant regenerationis beneficia. Victuris autē necessaria sunt confir-mationis auxilia regeneratio per se saluat mox in pace, beati sæculi recipiendos confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius & prelia reseruandos, qui autem post baptismum cū ad quæsita in nocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, qa iam nō potest peccare post mortem hic si forte illud & iam require re uelimus, post passionem & resurrectionem Christi, quid Aposto lis pfuerit aduentus spūssancti ipse dñs hoc eis euidēter exponit, q̄ dico iquit uobis nō poteritis ea portare mō. Cū aūt uenerit ille spūs ueritatis, ipse uos docebit omnē ueritatē. Vñ cū spūssāctus infūdit tunc fides ad prudētiam & constantiā dilatatur, itaq̧ dispēsationē spiritussancti usq̧ ad negationē apl'i dictat post uisitationē uero ei9 usq̧ ad martyriū contemptu salutis armātur. Secūdo p Christū cre dimus, per spiritū uero sanctum dono sapientie spirituales illumi-namur, edificamur, erudimur, instruimur, cōsumamur, ut sancti spiritus uocē audire possimus intellectū dabo tibi & instruā te in uia hac qua ingredieris, de spiritu sancto accepimus, ut spirituales efficiamur quia animalis homo nō percipit ea quæ sūt spiritus dei. Et de spiritu sancto accepim9, ut sciamus inter bonū malūq̧ decer nere, iusta diligere, iniusta respuere, ut malicie ac superbiæ, repugne mus ut luxurie, ac diuersis illecebris & fœdis, indignisq̧ cupiditati bus resistamus, de spiritu sancto accepimus, uitæ amore & gloriæ ardore, succēsi, ut erigere a terrenis mentē ad superna & diuina ua-leamus, hæc Melchiades ante mille ac ducētos & plures annos scri psisse legit̄ ex quo uides p cōfirmationē dari gratiam, & ob id sacra mentū esse nō pridie, & ad questū excogitatū, & hic qd̄ dixit Mel-chiades antea scripsit. Eusebius sanctæ Ro. sedis eps, dum epis per Campaniā & Tusciam huiusce rei formā tradit & nō ueretur Beda uenerabilis scribēs in acta Apl'oꝝ sic dicere. Si Philipp9 apl'us esset, ipse utiq̧ manum imponere potuisset, ut acciperēt spiritum sanctū. Hoc enim solis pontificibus debetur. Nam presbyteris siue extra epm, seu p̄sente epo, cū Baptizāt chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab epo fuerit consecratum non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur epis & quod de confirmatione dici mus hoc de extrema unctione credere possumus, ad hoc iterum Beda.

Innocentiũ ita loquẽtem audi, illud inquit superfluum uidimus & cætera adiectum ut de episcopo Ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. Nã idcirco presbyteris dictũ est, quia epi occupationibus aliis impediti, ad oẽs languidos ire non possunt. Cęterũ si eps aut post, aut ãte dignũ ducit, aliquẽ a se uisitandũ, & bñdicere & tangere chrismate, sine cunctatione cuius est ipsum chrisma conficere. Nã pœnitẽtibus istud infundi nõ potest, quia genus est sacramenti. Nã quibus reliqua sacramenta negãtur, & qũo unum genus putatur posse cõcedi? His igitur frater omnibus, quia tua dilectio uoluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curauim9 ut & ecclesia tua Romanã consuetudinem a qua originẽ ducit seruare ualeat atq; custodire. Reliqua uero quę scribi, fas non erat cũ ad fueris interrogati, & dicere poterimus erit aũt dñi potentię, etiã id procurare, ut & tuã ecclesiã & clericos nostros qui sub tuo pontificio diuinis famulant̃ officiis, bene instituas & aliis formã tribuas quã debeant imitari. Habes itaq; multa licere epis quæ tñ sacerdoti minime licent, indignũ quoq; fuerit si totidẽ auctores reiicere uelis ꝗ si dixeris esse figmẽta hominũ seu traditiones humanas ego tibi respondeo, qđ August. habet in lib. 4. de Baptis. cõtra Donati. c. 24. Si nõ quisq̃ in hac re auctoritatẽ diuinã querat, quãq̃ sed uniuersa tenet ecclesia, nec conciliis institutũ, sed semper retentũ est non nisi auctoritate apostolica traditũ rectissime creditur. Et hãc ueritatẽ in eodẽ lib. Nõ semel sed iterũ affirmat, & maxime in eodẽ. 5. lib. c. 23. Vbi sic inquit. Apostoli aũt nihil quidem ex inde perceperunt, sed cõsuetudo illa quæ apponebatur Cypriano ab eorum traditione exordium sumpsisse credendum est, sicut sunt multa quæ uniuersa tenet ecclesia, & hæc ab Apostolis præcepta bene creduntur quãq̃ scripta non inueniantur. Ea propter Clemens scribit Iulio & Iuliano in hęc uerba, omnibus festinandum est sine mora renasci. & Demũ consignari ab episcopo & septiformem gratiam spiritussancti percipere, quia incertus & si sit uniuscuiusq; exitus uite, cum autem regeneratus fuerit per aquam & postmodũ septiformi spiritus sancti gratia ab epo ut memoratum est confirmatus, quia aliter perfectus esse christianus nequaq̃ poterit, nec sedem habere inter perfectos. Si non necessitate sed in curia aut uoluntate remanserit, ut habeat quod a Petro accepimus, & cæteri sancti Apostoli præcipiente domino docuerunt, ut demum ex operibus bonis ostendat in his si-

Innocẽtius Anno dñi. ccccvii.

Augusti.

Clemens

militudinem eius, qui eum genuit patris, post hæc uero agnoscat do minum honorare, uides nunc ex apertis testimoniis hic confirmatio nem & ordinationē ante mille & ducētos annos pro sacramētis ec clesiæ nō solū ex Dionysio & Epyphanio, sed & Innocētio primo, q fuit circiter Annū dñi quadringētesimūquartū, ac aliis aperte pba ri. Et q hæc nō ab oibus sed solis epis conferre liceat. Sed forte mira beris quur unus ego inter Germanos sanctorū patrū autoritati tan ta tribuere audeā, ita ut in plerisq & toties illorū sensa tam assidue depromā, ac impēse probē, nec tuas uelim imitari doctrinas. En ti bi rationē expendā, in hebræorū libris legimus magnā fuisse scholā in qua fuerūt Esra. Neemias/Zorobabel/Mardocheus/ac alii iudęi non obscuri nominis de ea fuit etiā Antigonus discipulus Simonis iusti, habuit Antigonus ille sub tēpore secūdi tēpli duos discipulos Zadok uidelicet & Bysso, illi imbuerunt hanc opinionē, q reiicere uellent oēs, quotquot scripserunt supra uerba legis & prophetarum & nudam dūtaxat uerborum intelligentiam imitari, hanc diuulgā tes sententiam sic diuisere Iudæos, ut etiam quidam in lege doctissi mi ceperint illis adherere Contra nitentibus aliis utrimq pugnatū est acerrime, & orta est noua hæresis quam a primo scilicet צָדוֹק Zadok צְדוּקִים hæresim uocabant. Et erāt forsitan hii de quibus toties uti mihi uisum est apud Euangelistas & in actis apostolicis, q non crediderunt resurrectionē mortuorū sicut etiā scribit de illis Iosephus in secūdo de bello Iudaico, ac. 18. antiquitatum libro. Nō crediderunt autem mortuorum resurrectionem eo q secundū illos non inueniretur in ueteri lege mortuos olim resurrecturos. Et quū illis obiceretur locus in Ezechi. c. 37. de ossibus mortuorū dixerūt esse somnium, aut saltem uisionem nō rem esse gestam. Nec unq id considerarunt quod Lucæ. 20. Obiiciebat illis dñs dicens. Quia ue ro resurgent mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit do minum deum Abraham, & deum Isaac, deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum omnes enim uiuunt ei. Hii quū nihil nisi nuda uerba tenere proposuerūt. קְרָאִים i. textuales di cti fuerunt & referunt eos adhuc in Ruscia, Constantinopoli, ac Salonica manere. Et quanquam ad annos aliquot ita perstiterint inter Iudæos reliquos, neq præter Bibliam quicquam aliud rece perint, tamen conatus ipsorum frustra fuerunt. Siquidem legem absq interpretibus nec saluare, nec intelligere poterant, nempe

Zadok. Zedokim.

Iosephus.

Karaim.

in his in quibus maxime egebant legẽ non intellexerunt. Sicut est
Exodi.xii. Exodi.12. ubi dicitur. Primo mẽse quartadecima die mensis ad uesperã comedetis Asyma, usq ad diem uigesimãprimã, eiusdẽ mẽsis, ad uesperã ibi lex nõ dicit quis mẽsis, an Martius/an Septẽber debeat esse primus.
Numeri.xv. Numeri.15. Loquere filiis Israel & dices ad eos ut faciãt sibi fimbrias, p angulos.4. palliorũ ponẽtes ĩ eis uittas hyacinthinas hic magna cõquisitio facta fuit, quõ fymbriæ p quatuor Angulos fieri debuerint.
Deutero.xii. Deute.12. Occide & comede & ibi tñ nõ est occidendi modus.
Leuiti.xxiii. Leuit.23. Sumetis fructus arboris pulcherrimę ibi tñ nõ dicit̃ quę sit arbor ista. Et mille erãt istius generis exẽpla sine quibus scripturæ ueritas apparere nõ potuit. Et quid factũ est ĩ in cõteptum priorum interpretum cœperunt illi. Saducei nouas docere sententias. Et spretis maioribus parum abest Rabbanim illorũ scilicet Iaphes/Ben/Setta/ac alii de Saduceorum secta plura & copiosiora scripserint cõmentaria, quam sint aliorum hebræorum Talmutici libri. Eo uenit ut nõ solũ a Christo uicti, sed & a cunctis reliquis hebræis spreti ac derisi fuerũt, credunt q Iudæi Saduceos primis interpretibus legis nõ paruam fecisse iniuriã. Ita mi Luthere, timeo. Sic ab historiis & rerũ experiẽtia doctus, ubi sic pergere uelis, si nõ peiora tñ & his similia nobis euenire possent. Tu enim nõ recipis inter græcos. Dionysiũ/Theophilũ/Origenẽ/Cyrillũ/Athanasium/Chrysosto. Nazanzenũ/Nissenũ/Theophilactũ/Basiliũ/Damascenũ/Didimũ/Facundũ/Nilũ/Photiũ/Theodorũ/Planudã Sophoniũ/Palladiũ/Astiriũ/Philonẽ/Cosmam/Epyphaniũ/Eutimium, Nicetã, Climacẽ, Germanũ Cõstãtinopolitanũ, Antiochẽ Melitinũ, Andreã Cretensem, Ioannẽ Thessalonicẽsem, Nicephoram, Psellum, Ignatiũ, Policarpũ, Paulũ monachũ, Papiã Hieropolytanum, Egesyppũ, Appollinarẽ, Ciniciũ, Cretensem Philippũ Cretensem, Panthenonẽ, Rhodonũ, Asianũ, Clementẽ Alexandrinum, Milciadem, Scrappionẽ, Machillum Corynth. epm. Hãmonium, Triphonẽ, Hyppolitũ, Iuliũ, Affricanũ, Malchionẽ, Antiochenum, Archelaũ, Cyrũ, Anatoliũ, Victorinũ, Curiũ, Lucianũ, Nicomediæ passum, Eusebiũ Cæsarieñ. Methodiũ, Tyri epm. Eustachium Antiochenũ epm, Marcellũ, Anticiranũ, Basiliũ anquiranum, Theodorum Thraceñ, Eusebium Emisenum, Triphilum Lauconte episcopũ Achatium Cæsarieñ Serapionem, Appollinarẽ, Laodicenæ Syrie epm, Philanium, Cypri, Salaminæ epm, Diodo-

rum/Tharsensem/ Maximum Alexādrinum/Atticum patriarchā/ Ioseph Thessalonicen/Zonarā/Tharasiū/ Ioannem Ephesinum/ Marcum Atheneum/Ioannicium/Demetrium/Cydonem / Ioannē Euchaitarum epm / Esichiū & sexcentos alios græcos authores. Et sicut illos contemnis & aspernaris ita nec inter latinos Hyreneum/ Cyprianum/Lactantiū/Tertullianū/Hierony. Ambrosium/ Aug. Gregorium magnū/ Bernardū/ Bedā ac reliquos Latinos Authores recipies quibus tñ abiectis quō legē Christi intelligem9? At pptcrea forte cōfutas eosdem, qa subodorabas illos unanimi uoto,cōcordiq; sententia,contra te manibus/& pedibus pugnaturos, unde cū resistere non possis ab illis te pulchre excutis/an non rem grandem temtaris? ademisti nobis/sat pulchris cōmentis Thomam/Scotum/Albertum/Gabrielē/Richardum/ Henricum de Gandauo/ Holkot/Brikot/Egidium de Roma/Bonauenturā/Gregorium Ariminen. Marsilium/Thomam de Argētina/ Altisiodoren. Scotellum/Nicolaum de Orbellis/Brulifcrum/Capreolum/Ioannem maioris/Durādum/ ac reliquos professores Scholasticos,sed nec tūc tibi satis erat,conaris & emedio tollere eos qui a Mille & pluribus Annis primas partes in ecclesia habuerunt. Sed ᾤχῶτοι οἱ ἀσεβεῖς ᾤχῶντο. Nā non sunt illa uasa,quæ facta fuere Baal quæ conburi debeant foris Hierusalem,& redigenda sint in puluerem in Conualle Kidron neq; cōburi meruerūt,uelut nil libri in Epheso,de quibus actuū.9 scriptum est,ubi contulerūt libros & conbusserunt eos coram omnibus & computatis preciis illorū inuenerunt Pecuniā Denariorū quinquaginta Milium. Taceo hic de Decretis totidem sanctorum Patrum,in tam sanctis conciliis congregatorum,quorū ego unicus & abortiuus Pauli contra te totidē milia cito. Et quia hos irreligiose cōteminis. Vnde datus es in reprobū sensum,& de te ac tuis ppetuo dicetur. Obscuratum est insipiens cor eorum. Euanuerūt in cogitationibus suis &c. Sed quia coraris ut sentio omnino uerba/uel Euāgelii/uel Pauli ad nudam,ne dicam crudam intelligentiam,pro tuo captu ac ad libitum trahi debere, quam opinionem uideo omnino reuellēdam esse. Vnde aliqua contra te dicere statui. Dico itaq; nullis usus ambagibus,uelis nolis dabis in euangelio quedā esse latentia,& obscura qualia,& in Esaia fuerunt, quę si non exposuerit Philippus,nunq̄ Eunuch9 lector intelliget. Videamus obiter an & quō mea consistant Math.3. Ioannes Baptista ait,facite fructum dignū

pœnitentiæ. Nunquid expressit hic/qui sunt pœnitenciæ fructus, & iterum ibi, ipse uos baptisabit in spiritu sancto/& igni. Quis non ui-
det hic obscurum esse sermonem, qui in diuersas possit trahi senten-
tias. Ignis enim cõsumens deus est, & hic dicit baptisabit in spiritu
sancto & igni, quum tamẽ ad Nicodemũ dixerit dominus. Nisi qs
renat9 fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ poterit intrare regnũ dei.
Et nunq̃ perpetuam uirginitatem Mariæ tuebimur, si non illud
Mat. sane intellexeris. Non cognoscebat eam donec peperit filium
suum primo genitum. Matthæi. 5. Putaret iudæus aliquis etiam
a dño mitibus hanc solã quã habitamus terram esse promissam qñ
dicit. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram qualem lacte
& melle manantem uetus promissio patribus addiderat, in his aũt
oibus ut cæteros taceã unicus ille Hiero. nobis satisfecisse uidetur.
Math. Math. 11. Nemo nouit filiũ nisi pater nec patrẽ qs nouit nisi fili9 &
cui uoluerit filius reuelare. Math. 14. Qui habet dabitur ei & habũ
dabit qui aũt non habet & qđ habet auferetur ab eo, hos locos, tãq̃
obscuros, nunquid nõ antea diu nobis exposuere Chrysosto. Theo-
philactus & alii? in Luca etiã reperies quod te offendit si non recte
Lucas intelligas. Quõ putas illud anim9 simplex accipiet, quo Lucæ nono
dicitur filius hominis nõ uenit animas saluare, sed perdere? Quum
tñ alibi dicat filius hominis uenit saluũ facere quod perierat. Hæc
tñ quomodo debeãt intelligi docuit Ambrosi9 docuerũt & alii, sed
& in principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uer-
bum. Quõ & illud caro factum sit, quomodo maiores nostri intelle-
Paulus xissent, si non Theophilus Alexandrinus/ si non Chrysostomus/
Theophilactus/Cyrillus/Augustinus/& alii docuissent, ad Paulũ
ueniõ & primam ad Romanos epistolam uideamus in qua fere tot
sunt mysteria, quot uerba illic continẽtur. Quomodo enim intelle-
ctus nondum exercitus illud intelliget. Quũ nondum nati fuissent
aut aliquid boni egissent, aut mali ut secundũ electionem proposi-
tum dei maneret & non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei,
quia maior seruiet minori, sicut scriptũ est Iacob dilexi Esau autem
odio habui, huius intellectum quum ex Augustino de prædestina
tione, de gratia & libero arbitrio, ac aliis ante mille annos didicere
mus, quid iam opus est querere glandes quũ fruges habueris. Et li
cet de petra in instrumento ueteri multa habeas, tñ si non uenisset
Paulus ac nos docuisset hanc petram esse spiritualẽ quis unq̃ id cre

didicisset? Omitto hic de lapide angulari de lapide offensiõis. Et nec dum recte spiritalem hanc posses intelligere petrã. Si non Orige. Hierony. Chrysosto. Aug. ac aliis sanctis credideris. Qd si nec scripturarum auctoritas & antiquitas, nec miraculorum potestas, nec morum sanctitas, nec rationis ueritas, uos uincit abite inquit Augu. .13. lib. contra Faustum .c.6. confusi & redite cõfessi. Sed pergo in euangelio nisi ueterum interpretationi steterimus uidentur licet non sint, loci nõnulli sibiipsis dissidentes ac plane cõtrarii, dixit dñs Matthæi. 5. Sic luceat lux uestra corã hominibus ut uideãt opera uestra bona. Quũ tñ dicat in eodem loco nesciat dextera tua quid faciat sinistra, & iterum attendite ne iusticiã uestrã faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis, legis. Matth. 6. Nolite possidere aurum dicit dñs. Neq; argentum, neq; pecuniã in zonis uestris, non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgã. Mat thæi. x. Et qui habet duas tunicas det non habenti. Et tñ Lucæ. 22. dicitur. Nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram & qui non habet uendat tunicam suã, & emat gladium. Dein ad Petrum dicit Angelus. Actuum. 12. Præcingere & Calcea te caligas tuas, & fecit sic, dixerat, nolite solliciti esse dicẽtes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiamur, Hæc eñ omnia gẽtes inquirũt, & iterum nolite solliciti esse in crastinũ, attamẽ legit Actu. 11. Surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritũ, famẽ magnã futurã in uniuerso orbe terrarũ que facta est. Sub Claudio discipuli autẽ pro ut quisq; habebat, proposuit i ministerium mittere habitantibus in Iudea fratribus, quod & fecerunt mittentes ad Seniores per manus Barnabe & Sauli, & quia legitur Math. 16. Quũ uenissent discipuli eius trans Fretũ, obliti sunt Panes accipere. Vbi uidet, q. prouiderint sibi aliquãdo discipuli. Etiam in presentia domini de cibo, ac potu. Quare loca ista euangelii ea nõ sicuti iacẽt debẽt ac possunt intelligi. Qd si oino ita intelligas, ac ita uis peccauit Etiã Paulus scribens Tito, penulam, quã reliqui Troade apud Carpum ueniens, affer tecum, & libros. Maxime autem & membranas Sed absit hoc impingere illi quẽ uox domini uas electionis appellat. Quod ut magis corroborem. Nunquid non apparet, & illa contraria Lucæ. 9. ubi dicit. Qui non est aduersum uos pro uobis est, & eodem testãte euãgelista. Qui nõ est mecum, cõtra me est, uos nolite uocari Rabi Math. 23. q. est interpretatũ magister Ioã. 1. & 2. tamẽ

Augustinus
Matthæ.
Lucas
Acta apostolorũ.
Matthæus.
Paulus
Lucas
Matthæ.

iam sunt infiniti, quos magistros uocamus. Nō poterat inquit Marcus ibi uirtutē ullā facere, nisi paucos sanare infirmos. Qd te reddet ambiguum si cogitaris, quomodo ipse sit omnipotēs ille sermo, qui dum silentiū tenerēt omnia de regalibus sedibus uenerit. Et in Matheo superfluum esse dictum putabit aliquis, dum ad discipulos loquitur dominus dicēs. In quācūq; ciuitatem intraueritis/ibi manete, donec exeatis, & Luce. 9. In quācūq; domū intraueritis/ibi manete, & inde ne exeatis. Quomō enim predicare uniuerso orbi potuissent, si nunq̄ e domo ire licuisset. Et tyrannicum uerbum esse putas si non uere intelligis quo dicit, ignem ueni mittere in terram Luce. 12. & Math. 10. Nolite em̄ arbitrari, quia uenerim pacē mittere i terram, non ueni pacem mittere in terram/sed gladium, ueni enim separare hominē aduersus patrem suū/& filiam aduersus matrē suā/& nurum aduersus socrum suam. Nonne haec occidit littera? nōne uidentur indigne relata ab authore pacis, quem Esaias principē pacis uocat, cui Angeli pacē cecinere, de quo Paulus ad Ephe. Ipse est pax nr̄a, qui fecit utraq; unū, qui & solus deus pacis nō dissensionis dicitur, qui & nouissime dixit, Pacem meam do uobis/pacem relinquo uobis. Deinde oportet semper orare Luce. 18. Et ubi hoc manebit orantes/nolite multum loqui? Et quia in orationis materiam incidimus, dic mihi orationis modum ac locum an non diuersum ac uarium in euangelio, & Paulo inuenias? orandi namq; modū Euangeliste duo Math. 6. & Lucas scripserunt. Apud Matheū habes. Panem nostrum super substantialē/da nobis hodie. Lucas uero habet. Panē nostrū quotidianū. Qui & breuius orationē dominicā enūerat in eo nāq; minime fateri doceris, Qui es in coelis, nec oras, Fiat uolūtas tua. Sicut in coelo & i terra. Sed nec libera nos a malo. Am̄. Que dum simplex christifidelis intra se cogitarit ac ad sanctorꝝ scripta sese non uerterit, nescio quid suspicari posset de euangelio Luce quasi curtato, at nostrum est ita orare, sicut didicimus ab auis & pauis nostris, sicuti ab ubere materno suximus. Licet etiam dominus dixerit. In Math. sic uos orabitis. Et in Luca. Cum oratis/dicite. Tamen in oratione pernoctans, orans deinde in mōte Olиueti in ara Crucis, etiam alia/ut orare possimus admisisse uidetur, damnatur ergo tuorum opinio. Nihil preter orationem dominicā, orare uolentium. Nam sic quomodo faciemus patribus in deserto, qui tēpore Chrisosto. eodem Chrisosto. in duabus homi. testāte sic ad mē

Lucas

Esaias
Paulus

Lucas

sam orarunt Benedictus deus qui pascis me a iuuẽtute mea/qui das escam omni carni, imple gaudio & lętitia corda nostra, ut oẽm sufficientiam habentes, abũdemus in omne opus bonũ in christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria/honor/& imperium/cum sãcto spiritu in secula Amen. Et iterum gloria tibi domine/gloria tibi sancte/gloria tibi rex/quoniam dedisti nobis cibos in leticiã, imple nos spiritu sancto, ut inueniamur incõspectu tuo beneplacẽtes quando reddes unicuiq; secundũ opera sua, nõ est loci presentis enumerare quantũ hic hymnus inter opera Chriso. bis a me repertus/tam sancto uiro placuerit/satis hic fuerit, etiã ultra dominicã orationẽ orare licuisse ueteribus. Sed forsan antiquiora expectas. Nõne Luce ulti. legitur. Erant semper laudãtes in templo & benedicentes deum. Et Pau. ad Ro. 1. Sine intermissione memoriã uestri facio semp in orationibus meis. Hortatur quoq; Ro. dicens, orationi instãtes, ac iterũ illos monet dicẽs. Adiuuetis me in orationibus uestris. Ad Phili. 1. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semper in cũctis orationibus meis. Et ad Thimo. obsecro primũ omniũ fieri obsecrationes/orationes/postulationes/gratiaru; actiones/pro omnib9 hominibus/pro regibus/& omnib9 qui in sublimitate cõstituti sunt/ut qui etam & trãquillã uitam agamus in omni pietate/& castitate. Vnde oratio fiebat sine intermissione ab eccelsia ad deum pro Petro. Et in actis Apostoloru; de Paulo legitur. Quũ hæc dixisset orauit cũ omnibus, & i alio loco Lucas ait, positis genubus in littore orauim9. Et non est fere aliqua epistola Pauli, in qua non recordet̃ orationum suarũ. Sed putas nihil aliud orarit, quã orationẽ a domino presceptam. Quod si aliquid aliud orauit, restat ut dicas hoc de oratiõe pceptũ nõ sic intelligendũ esse, ut præter id nihil orare liceat. Et iam id merito reuocabis, quo tui te auctore docuerũt in participatione sacro sancti mysterii corporis/& sanguinis domini, nihil aliud orãdum/quam Pater noster (ut ipsi cum uulgo dicunt) quod si mihi primam ecclesie faciem obiecerint. En illis respõdeo Act. c. 6. In hæc uerbã scriptum est, orantes imposuerunt eis manus, sed putas nihil aliud/quam orationẽ dominicã perorarint. Actuum. 2. dicitur erãt perseuerantes in doctrina apostoloru;. Et communicatione fractiõis panis, & orationibus, an non hic ueri simile sit apostolos etiam aliquid aliud orasse, quod tamen scriptum non inuenias. Testatur ipsa scriptura, quomodo Petrus & Ioannes ascendebant ad templum

Benedictio ad mẽsam patrũ primitiue ecclesiæ.
Gratiarũ actio.
Lucæ vltimo.
Ad Roman. xii.
Ad Philip.
Ad Thimoth. ii.
Actuum. xii.
Actuum. xx.
Actuum. xxi.
Actuum. vi.
Actuum. ii.

ad horam orationis nonam Petrus ponens genua orabat. Ac iterũ
Actuum.xiiii. ascendit Petrus in superiora domus, ut oraret. Et Actuum.14. Cum
orassent cũ ieiunationibus cõmendauerunt eos domino. Credis au
tem illos nihil aliud orasse, quam quod prescripserit illis dominus.
Etiam si dixerit, orantes sic dicite. Sed adhuc forte non credis, en in
Act.i. Actis apostolicis ita legitur, hii omnes erant perseuerãtes unanimi
ter in oratione cum Mulieribus & Maria matre Ihesu/& fratribus
eius. Ac iterum orantes dixerũt. Tu domine qui corda nosti omniũ
ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere, loco ministe
rii huius & apostolatus de quo preuaricat9 est Iudas, ut abiret in lo
cum suũ. Vides hic etiã apostolos aliis orasse uerbis, sed forte Hym
nos & Psalmos Symbolum Athanasii, cãtum Angelicũ, ac alia per
Damasum Gregorium, ac alios instituta damnabis. Dic ergo Pau
lus quid sibi uult ad Ephesios capitu.5. dicens. Impleamini spiritu
sancto loquentes uobismetipsis/in Hymnis/& Canticis spiritali b9,
an phibebis quatuor in Apocalypsi animalia. Et.24. seniores habẽ
tes coram agno cytharas & phialas aureas, plenas odoramentorum
que sunt orationes sanctorum, ne canant/& dicant/dignus es domi
ne aperire librum & soluere signacula eius? aut prohibebis Ange
lum/ne stet ante altare, & habeat Turribulum aureũ, cui data sunt
incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super al
tare aureum, quod est ante thronum dei, & ne ascendat fumus incẽ
sorum de orationibus sanctorũ, de manu Angeli coram deo. Et mul
ta sunt illius generis, que si non recte intelligas inter se cõtraria, ap
parent. Ad quorum tñ rectam intelligentiam. Ioannes Archiepisco
Ioã. Thessalo. pus Thessalonicensis apud Græcos, Augustinus apud Latinos nos
Augu. pulchre duxerunt. At quãtum ex tuis libris sepe uidere licuit nihil
admittis, nisi qd expresse in Bibliis contineat, & hic me tecũ itez
fabulari oportet, legim9 de domino, ibat per ciuitates & castella do
Luc.xiii. cens Luce.13. Factum est in una dierum docente populum, mansit
ibi duos dies, & multo plures crediderunt in eum propter sermonẽ
eius, Circuibat totam Galileam docens in Synagogis eorum Mat.
Mat.iii. .5. Circuibat Iesus omnes Ciuitates & castella docens in Synagogis
eorum Mathæ.9. Docebat eos in parabolis multa & dicebat illis in
Mat.ix. doctrina sua Marci.4. facto Sabbato cœpit in Synagoga docere &
Marci.iiii. multi audientes admirabãtur in doctrina eius dicentes. Vnde huic
hæc omnia? Marc.6. Et antea Marci.1. Eamus in proximos uicos &

ciuitates ut ibi prædicem, ad hæc enim ueni. Et inuenerunt eum in templo in medio doctorum audiētem illos/ & interrogantē eos Lu ce. 2. Et ipse erat predicans in Synagogis/Gallileę Luce. 4. Descēdit in Capharnaum Ciuitatem Gallileę. Ibiq; docebat illos in Sabbatis & stupebant in doctrina eius Luce. 4. Sedens docebat de Nauicula turbas Luce. 5. factum est in alio Sabbato, ut intraret in Synagogā & doceret Luce. 5. Et multa sunt alia in euangelio, que licet dicant dominū fuisse in Chana Gallileę iuxta mare Tyberiadis/i Caphar naum/Nazareth/Bethania/Ephrem/Hierosolima/uia in Emaus, & alibi. Tamen nō p omnia exprimunt quę illic dixerit docuerit & fe cerit. Iesus, an non aliqua seorsum putas/docuit Christus. Sicut de scendentibus turbis exposuit illis parabolam, ut intelligerēt scriptu ras. Ea propter & Ioannes multa quidem/& alia signa fecit. Iesus in conspectu discipulorum suorum quę non sunt scripta in libro hoc. Nolim tamē hic uel alibi approbare Apocrypha de quib9 Gelasius Papa. Nec eas fabulas aniles, somnia, aut Nenias, quibus quorun dam libri, quos quadragesimalia uocant, toti repleti sunt, ex quib9 si nugas tollas charta tibi remanebit uacua. Illi ueritatis uiam re linquunt, & meris oblectantur figmentis. Sicuti de triduana ua ledictione Marie, de amisso dente in Torrente Cedron, de euulsis capillis, & a Ioanne uirgini porrectis. & mille aliis, unde & factum est, quod pulchra allegoria nuper quidam ex illis diuam uirgi nem porco compararit. Interim tamen & si in hac re totum tibi me dedam, ea quę ad nos per tot' seculo℞ successiones uenerunt, abrogā da non sunt quę, cum intellexerimus christiane religioni nō esse cō traria, credere possum9/atq; debemus a domino forsan aut saltim ab apostolis tradita. Nosti Paulum ab Hierusalem per circuitum usq; ad illiricum repleuisse euangelium christi. Hunc aliquandiu fuisse in Damasco, mansisse apud Petrum diebus quindecim i Hierusalē, Nec ignoras etiā qualia facta sunt illi Anthiochie. Iconi & Listris Et probe scis hūc Titū reliquisse Cretę, quomodo profect9 sit Thar sum Barnabas, ut quereret Saulum quem quum inuenisset produ xit Antiochiam. Et annum totum conuersati in ecclesia docuerunt turbam multā. Quod abierunt Seuleutiam & Salaminam, uenerūt usq; ad Paphum. Deinde uenerūt Pergen Pamphilie ac Antiochiā Psidię uolentibus illis hunc in Iconium lapidare confugerunt Li caoniā uenerūt Lystriam & Derben. Et dies me deficeret, si enume

Lucas.

Ad Ro. xvi.
.i i. Corinth. xi.
Ad Gal. ii.
.i i. Thimo. iii.
Ad Titum. i.
Actuum. xi.
Actuum. xiii.
Actuum. xiiii.

rarem de his quę cõtigere Paulo in Athalia/Phrigia/& Galathię re/
Actuum.xvi. gionib9,quomodo uenissent in Mysiam/Samotraciam/Neapolim
Actuũ.xvii. Philippis/Amphipolim/Apoloniam/Thessalonicẽ.Beroam/Corin/
Actuum.xviii. thum/Athenas/Ephesum/Macedoniam/Graeciam/Asson/Mytile/
Actu.xix. nen/ Chiũ/ Samũ/Myletũ/Rhodũ/Pathaꝝ/Tyrum/Ptolemaidã/
Actuum.xx. Cęsaream/Lydiam/Lystrum/Gnydium/ Crętam iuxta Salaminã/
Actuum.xxi. Thalassan/Syracusam/Puteolos & demum Romam.Putas autem
in his locis omnibus nihil egerit/nihil docuerit/nihil faciẽdum tra
Actuum.ix. diderit quam quod Lucas in suo itinerario expressit. Nõne fuit cũ
discipulis qui erant Damasci per dies aliquot.Loquebatur gentib9
& disputabat cum graecis,& per tres menses disputabat in Synago
ga? Nunquid non una Sabbati,quum couenissent ad frangendum
Actuũ.xx. panem protraxit Paulus sermonem usq; ad mediam noctem? Et per
triennium testatur se nocte ac die docuisse in Epheso,inuentis disci
pulis manserunt in Thyro diebus septem. Syracusę mansit triduo
Actu.vltimo postea peruenit Rhegium in hospitio Romano predicabat iudeis
a mane usq; ad uesperam.Ibiq; mansit toto biennio in suo conductu
docens que sunt de domino nostro Iesu christo cũ omni fiducia sine
prohibitione.Credis autẽ hęc omnia quomodo dicta fuerint ex or/
dine esse prescripta? Quis me prohibet credere Petrum ac Paulum
quorum uterq; se senem esse fatetur Rome plurima tradidisse/& in
stituisse quę iam quasi per manuũ traditionẽ seruamus.Fecit pro/
Policrates Ephe/ culdubio id Ioannes Euãgelista qui & se seniorem sicut & eum Po/
seorum eps. lycrates uocauit,& si de aliquo apostolo credẽdum fuerit ꝙ aliqua
tradiderit,quę tamen scripta non sunt de Paulo in primis credendũ
erit.Hoc est quod ad Corinthios de communione Panis & Calicis
Paulus.i. Cori.xi. scribens, ait,caetera quum uenero disponam. Quid quod Ephesiis
scribẽs,ut sciatis inquit quę circa me sunt,quid agam omnia uobis
Ad Ephe.ii. nota faciet.Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domi
no,quẽ misi ad uos in hoc ipsum,ut cognoscatis quę circa nos sunt
Ad Coloss.iiii. Ad Colosenses non scribit omnia,sed & nunciat per alios dicens Ti
.ii.ad Timoth.ii. chicus & Onesymus enumerare debẽt omnia,ad Thimoth.ita scri/
bit.Quę audisti a me per multos testes hęc cõmẽda fidelibus homi
nibus,qui idonei erũt & alios docere,& multa sunt illis similia quę
in alio loco pariter tibi citaui.Ex quibus habemus etiã a Paulo quę
dam esse tradita,quę tamen scripta non sunt.Et tu qui nihil aliud
recipis,nisi quod in euãgelio,uel Paulo ordinatum legis. Nec ali/
quod

quod quasi per manuũ traditionẽ credisdic mihi. Quomodo uelles tu collectas reponere sicut ordinauit Paulus in ecclesiis Galathiæ. Corinth. xvi.
Quomodo gaudet & idem Paulus in præsentia Stephanæ & Fortunati. Et Achaici quoniam quod Corinthiis deerat, ipsi suppleuerunt, ubi est illa epistola quam Corinthii Paulo scripserunt. Sed & ubi illa erit epistola de qua idem ad Corinthios scribit, dicens. Scripsi uobis in epistola ne commisceamini fornicariis. Sed putas hic mentitur Paulus qui ante hoc caput quintum epistolæ prioris ad Corinthios non inuenitur. Corinthiis illam scripsisse epistolã, nec illam priorem talem dicere potes. Nam antea dixit, scripsi uobis in epistola ne commisceamini fornicariis & sequitur, nunc autem scripsi uobis non commisceri. Et quia non omnia per epistolam tradidit, unde iterum ait. Misi ad uos Thimotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos cõmune faciat uias meas quæ sunt in christo Iesu. Sicut ubiq; in omni ecclesia doceo. Et qđ de Paulo dicimus hoc & de aliis apostolis in aliis regionibus dicere possumus. An non eapropter secunda Ioannis Canonica capite unico legitur plura habens. Vobis scribere nolui, per chartam & atramẽtum, spero enim me futurum apud uos & os ad os loqui, ut gaudium uestrum plenum sit. Et iterũ in tertia epistola. Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te uidere & os ad os loquemur. Et ut illud apertius ostendam. En. 2. ad Thimotheũ. 4. scribit Paulus. Demas me dereliquit diligens hoc sæculũ & abiit Thessalonicam, Crescẽs in Galathiam. Tytus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quã reliqui Troade, apud Carpum &c. Dic mihi an ociati fuerint in hisce locis. Crescens Tytus, ac Tychicus non docentes fidem Christi ac quæ fuerint instituenda, an frustra Tyto scribit, reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & increpa illos dure ut sint sani in fide non intendentes iudaicis fabulis & mandatis hominum auertentium se a ueritate, sed & non es memor eius, quod legitur de Petro, quod Iudæos & habitãtes in Hierusalem aliis uerbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, & multa prodigia, & signa per Apostolos in Hierusalem facta fuisse, testantur eorum acta. Et iterum per manus apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe, Et iterũ de illis omni die non cessabant in templo. Et circa domos, docentes & euan

Marginalia: Corinth. vii. — Corinth. v. — Corinth. iiii. — .ii. Canonicam Ioannis. — Ioanni in tertia canonica. — .ii. Ad Thi. iiii. — Actuum. ii. — Actuum. ii. — Actuum. iiii.

gelizantes Iesum christum uerbum dei. De Philippo uero dicitur.
Actuum.viii. Philippus pertransiens euangelizabat Ciuitatibus cunctis donec ueniret Cæsaream. Et illi qui dispersi fuerunt a tribulatione quæ fa
Actuum.xi. cta fuerat sub Stephano, pars ambulauerūt usq; Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes uerbum, nisi solis Iudæis. Et putas Iacobus nihil fecerit nisi q; scriptum habes, ueniēte Paulo in Hierusalem & narrante illo per singula quæ deus fecisset in
Actuum.xxi. gentibus, per mynisteriū illius, aut credis frustra dixerint Iacobus & seniores. Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt & omnes emulatores sunt legis. Sed & de Iacobo non credes alia di
Iaco.i. cta aut facta quam quæ scripserit duodecim tribubus in dispersiōe
.i. Petri Et Petro scribente ad eos qui sunt Ponti/Galatiæ/Capadotiæ/Asiæ & Bythiniæ/putas nihil hic egerit, quam quæ in Biblia habemus? Sed & de Ioanne qui scripsit ad septem ecclesias quæ sunt in Asia. Nūquid credis nihil fecerit nihil ordinarit in Epheso. Smyrna pergamo. Thyatira. Sardis. Philadelphia/& Laodicia quam quæ similiter in Biblia reperiūntur an iuditio tuo mentiunt Ignatii epistolę
Nota authores primitiuę ecclesię. Hyreneus/Egesippus/Policrates cuius meminit Hierony. in cathalogo scriptorum. Euagirus Epyphanensis/ Philostorgius/Ioannes Tonarus monachus/Chrysostodolus/Theodoritus episcopus Cyri Sophonius archiepiscopus Hierosolymorum/Palladius episcopus Elenopolis/ Eusebius/ Cosmas monachus / Socrates/ Sozomenus/ Theodorus/Facundus/Germanus archiepiscopus Constantinop. qui omnes res in ecclesia gestas multis etiam uoluminibus expresserunt. An non tibi dignum esse uideretur nos minime credere debere de martyribus qui tempore Diocletiani in Palestina pro Christi nomine passi fuerūt. Sed nec dum Hypoliti/Thebani papæ ecclesiasticam historiam, aut Zonaræ historiam, de Imperio Diocletiani. Et Maximiani, ac magni Constantini, ac alios græcos fidedignos autores ut scio uidisti hos olim ubi e blattis liberari dabit fugies quasi a facie uenti. Et tu qui tā solerter Iudicas oīa, ubi habes institutionem diei dominicæ, cuius meminit Ioan. dum esset in Insula Pathmo. Attamen nūquid non Sabbatum christiani obseruāt
Augustinus. ut cum Augustino queram lib.19. contra Faustum. c.18. de quadragesima ac ieiunio, putas mentiuntur Theophilus ac Clemēs Petri discipulus etiam Hieron. & alii. Sed ut ad Augusti. iterū reuertar habet is lib.13. contra Faustum auctoritas tot gentium cōsensione,

per successiones apsoꝝ/Eporū/conciliorūq; roborata uobis aduersa est. Demū ad casū necessitatis redeo, ꝑinde hic facis ueluti circa fidē ac bona opera fecisti. Si quidem solam fidem sine operibus ad salutem sufficere dicis. Sed, reuera iuxta uerbum prophete, pallium breue est nimis, utrumq; cooperire non potest, in casu namq; necessitatis licet sufficiat ipsa fides. Sed scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. At forte non credis circa hanc blandulam opinionem te ac tuos tam late errare. Quare in laudem dei ac ad salutem uiuentium, & hoc mōstrum nouę & irreligiose doctrine iugulabo, responde si potes an secundum te frustra legitur. 1. Ioannis, precursorem domini poenitentiam agendam predicasse, quam etiam Saluator perficiendam ꝓcepit. Hāc licet ex Grçco uocabulo Metaniā, hoc ē solā transmentationē esse dicas/quasi poenitentia in solius animi ad deū conuersione consistat. Tamen & hic uelut in plerisq; toto coelo te errasse scias, siquidem Sanctus Maximus, deinde magnus pater Ioānitius Græci auctores, quando methanie materiam tractāt hanc non solū in aīo consistere dicunt Sed & ad transmentationē illā oris confessionē ac opera ad salutē qn̄ tp̄s dat̄ exigūt. Immo magnus ille Ioannicius qn̄ de Methania agit, ex Canonibus apostolicis, sancto maximo, Isidoro Græco/Dionysio Ariopagita ac aliis sacris Doctoribus diuersa peccata enumerans, Methaniam (quā nos satisfactionem dicimus) per gradus temporum metitur, & hoc esse docet, ꝙ in Euangelio legitur, facite fructus dignos poenitentię, non enim satis est esse arborem, sed ut fructum afferat exigitur, sed forte que dico non credis, dic ergo quur toties in Euangelio repetitum legimus omnis arbor que nō facit fructum bonum, excidetur & mittetur in ignem, nonne hæc uerba Ioan. erant quibus addidit dominus dicens, ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nō omnis qui dicit mihi, Domine domine intrabit in regnum coelorum. Sed qui facit uoluntatem patris mei qui in coelis est, ipse intrabit in regnum coelorum. & hoc est ꝙ per parabolā de semine tradidit dominus dicens, semē quod cecidit super terram bonam/dabat fructum aliud centesimū aliud sexagesimum/aliud tricesimum. Ac iterum qui in terram bonam seminauit, hic est qui audit uerbum/& intelligit/& fructū affert. Et iterum aliud semen cecidit in terram bonam & dabat fructum ascendentem & crescentem, Sed adhuc forte nō credis, dic ergo an non in hoc clarificetur pater qui in coelis est quando fructum

Sāctus Maximus
Magnus Ioānitius

Luce.iii.

Math.iii.

Math.vii.

Math.xiii.

Math.iiii.

Ioan.xv.

plurimũ attulerint discipuli, aut mentitum est quo ueritas ait omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum & omnem qui affert fructũ purgabit eum, ut fructum plus afferat. Sed quid per fici maledictionem intelligis, quãdo in euangelio legitur, uidẽs Fici arborem unam secus uiam uenit ad eam, & nihil inuenit in ea

Mathei.xx. & Lu.xii. nisi folia tantum & ait illi, nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo Ficulnea. Sed forte Paulum expectas, dic ergo quid hoc sibi uelit, qui parce seminat, parce & metet.

.ii. Corin.ix. Et iterũ q̃ seminauerit homo hec & metet, quoniam qui seminat in carne sua de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam eternam, bonum autem facientes non

ad Galla.v. deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes Proin

ad Ephe.v. hortatur Ephesios dicens, ut filii lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate, probantes quid

Ad Collo.i. sit beneplacitũ deo, & in alio loco ad Collossẽses ait, ut ambuletis Deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes. Quod si iterum calumniari ceperis, sat fruct9 esse illius arboris si Christo crediderit citans illud Matthaei. 17. Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis &c. Dic ergo quur in euangelio legitur. Quid hic statis tota

Math.xx. die ociosi ite in uineam, Voca operarios & redde illis mercedem.

Math.ix. Quare lamentatur dñs dicens messis multa operarii pauci, rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam? Quur exclamat in seruum inutilem dicens. Serue male & piger oportuit te cõmittere numulariis &c. Quur hunc proici iubet in tenebras exteriores? Quur laudat illum seruum quem cõstituit dñs super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Quur hunc beatum esse dicit? quẽ qñ uenerit dñs inuenerit sic facientem? An frustra malos male perdet & locabit uineã suam aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Vide nunc q̃ egregie illusus sis, qui docueris nos ociosos & quasi stertẽtes in regnum dei posse uenire, q̧ si euangeliũ

Math.xxiiii. uidere nolueras potuisses saltim in Paulo uidere. Nõne Paulus ait Reddet unicuiq; secũdũ opera sua, his quidẽ qui secũdũ patientiã boni operis gloriã & honorẽ & incorruptionẽ querẽtibus uitã aeter-

ad Ro.i. nam. Quur Romã obsecrat p misericordiã dei ut exhibeant corpora sua hostiam uiuentẽ sanctã, deo placẽtem, rationabile obsequium?

ad Ro.xii. Quur nos monet ut in oĩbus exhibeamus nos sicut dei ministros in castitate, in scientia, in longanimitate &c. Si satis erat habere fidẽ,

quur scribit ad Galathas qđ dum tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs. Quur testat͛ Ephesčis nos esse factura dei creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparabit deus ut in illis ambulemus Quur monet Thimotheũ ut laboret sicut bonus miles christi Iesu & Titum rogat ut se exemplum præbeat bonorum operum, nonne qui facit bonum habebit laudem. Et quod magis est. Nonne unusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem prima ad Corinthi. 3. Aut mentitur Paulus dicens. Si quis super edificat supra fundamentum hoc, Aurum/Argentum/lapides preciosos lignum/fœnum/stipulam uniuscuiusq; opus manifestum erit, & si cuius opus manserit quod super edificabit mercedem accipiet, hoc est quod ad Ro. optat gloriam & honorem & pacem omni operãti bonum, hoc est q; non auditores legis iusti sunt apud deum. Sed factores legis iustificabuntur. Inde fit ut nõ in sermone sit Regnum dei, sed in uirtute, & hinc Paulus ait. Vnusquisq; quod fecerit bonum hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Hinc Petrus ait. Fratres magis satagite ut per bona opera certam uestram uocationẽ & electionem faciatis, at forte iterum ex me Christi uerbum expectas, dic mihi si satis erat ubiq; ac in omni tempore solam habere fidem, quur he sẽtẽtie depromuntur a Christo. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra, & glorificẽt patrem uestrũ qui in cœlis est, & iterum sint lucerne ardentes in manibus uestris. Cur qui audit uerba & facit ea assimilatur uiro sapiẽti qui edificat domum suam supra Petram. Nõne qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Sed & negare non potes, qui fecerit uoluntatẽ patris qui in cœlis est hic christi frater soror & mater est. Vnde in Luca legitur mater mea/& fratres mei hii sunt qui uerbum dei audiunt & faciunt. Proinde beati qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. Et seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se preparabit & non fecit secundum uoluntatem eius uapulabit multis, sed miraberis quæ sit uoluntas dñi. prima Ioan. 2. dicit͛. Qui dicit se in Xp̃o manere debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare, ambulauit aũt crucẽ ferẽs. Vñ qui non accipit Crucẽ suã & sequitur me nõ est me dignus. Et iterũ si quis uult post me uenire abneget semetipsum & tollat Crucẽ suam & sequatur me & non satis est semel id fecisse, immo quottidie fieri debet, uñ Luc. 9. dicit͛ Si quis uult post me uenire abneget semetipsum & tollat crucẽ suã

Ad Galath. vi
Ad Ephese. ii.
.ii. ad Thimo. ii.
Ad Tytum. ii.
Ad Roma. xiii.
.i. Collos͛. iii.
Ad Romanos. ii.
.i. Corinth. iiii.
.ii. Petri. i.
Matthæ. v.
Matthæ. vii.
Matthæ. xii.
Lucæ. viii.
Lucæ. xii.
Matthæ. x.
Matthæ. xvi

quottidie & sequatur me hoc est ꝙ Petr9 ait. Christo in carne passo & uos eadem cogitatione armamini. Et ad Galath. 5. Qui sunt christi carnem suam crucifixerunt cum uiciis & concupiscentiis, & iterum mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Vides iterum fidem sine operibus esse mortuam iuxta Canonicam sancti Iacobi. Sed quia post mille annos de Canonica illa nos dubitare fecisti, dic ergo quur Petrus dicat ex bonis operibus considerantes uos Aut quale hoc Enthimema est uos curam omnē sub inferentes ministrate in fide uestra uirtutem, In uirtute aūt scientiam, in scientia autem abstinentiam. In abstinentia autem patientiam. In patiētia autem pietatem. In pietate autem amorem fraternitatis. In amore aūt fraternitatis charitatem, Inuenies hic pulchram & plane aureā uirtutum cathenam, qua a fide usq; ad charitatem peruenitur, hoc est ꝙ Ioannes ait. Omnis qui credit qm̄ Iesus christus ex deo natus est, in hoc cognoscimus qm̄ diligimus natos dei cū deū diligam9 & mādata eius faciamus. Et licet in euāgelio reperias dixisse dn̄m ad mulierē q̄ erat in ciuitate peccatrix. Fides tua te saluā fecit, uade in pace, tn̄ hāc prius cōmēdauerat ex opibus Symoni dicēs, uides hāc mulierem, intraui in domū tuam, aquam pedibus meis nō dedisti, hæc autem lachrimis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit, osculum mihi non dedisti, hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hec autem unguento unxit pedes meos, propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Habes aperte mulieri apud dominum prestitisse ꝙ lachrimis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & ungento ungebat. Sed dic mihi quid hec sibi parabola uelit, de decem uirginibus prudentibus & fatuis. Nonne fatue sunt ex ore domini, quæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum/prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus, aut mētitur tibi Hilarius dicens, prudētes uirgines he sunt que oportunum in corporibus operandi tempus amplexe, in primum se occursum aduentus dominici preparauerint. Fatue autem que dissolute ac negligētes presentium tantum sollicitudinem habuerint, & immemores promissorum dei in nullam se spem resurrectionis extenderint. Et quia prodire obuiam fatue extinctis lampadibus nō possunt, deprecantur eas que prudentes erant, ut oleum mutuent, quibus responderunt nō posse

Iacobi. ii. & iiii.
i. Petri. iii.
ii. Petri. i.
Math. xxv.
Hilarius in Matt. Canone. xxvii.

se dare,quia non sit forte,quod omnibus satis sit•Alienis scilicet ope ribus ac meritis neminem adiuuandum,quia unicuiq; lampadi sue emere oleū sit necesse•Et si fides sola sufficeret,quur iubemur elemo sinam dare•Quur benefacere hiis,qui oderunt nos?Quur tollere iu gum domini super nos?Quur certum genus demoniorum non eii citur,nisi per orationem & ieiunium?Quur iubemur reddere deo q̄ dei sunt/& Cęsari que cęsaris sunt• Nōne legimus in Mattheo, Ve uobis Scribe & Pharisei Hypocrite,qui decimatis mentham & Ane thum/& Cyminum & reliquistis que grauiora sunt legis,iudicium, & misericordiam & fidem,hæc oportuit facere & illa non omittere an non hii commendantur qui se castrauerūt propter regnum dei? an satis fuisse putares apostolos reliquisse omnia,si nō fuissent sequ ti dominum,aut frustra dicitur•Ego elegi uos ut eatis & fructū af ferातis,& fructus uester maneat•Vos ergo uidete Regiones quia al be sunt iam ad messem,& qui metit mercedem accipit,& cōgregat fructum in uitam eternam•Vt & qui seminat simul gaudeat,& qui metit,qui parce seminat,parce & metet,qui seminat in benedictiōi bus,de benedictionibus,& metet•Apparet nūc iterū nō semper & ubiq; sufficere fidem,quod hic ergo doces pallium nimis breue est & utrūq; cooperire non potest•Quapropter ēt licet Paulus fidei fue rit Buccinator egregius ita ut scripserit ad Ro•Quomodo iustus ex fide uiuat,& omne q̄ non est ex fide peccatū est,& omnes filii dei estis per fidem quæ est in Christo iesu,ac iterum in omnibus sumē tes scutū fidei,tamen & charitatis non est oblitus•Vnde ad Collos senses ait•Super omnia charitatem habete quod est uinculum per fectionis•Et non absre fatetur quomodo in Christo iesu neq; circū cisio aliquid ualet neq; preputium,sed fides quæ per charitatē ope ratur•Et iterum flecto genua mea ad patrem dn̄i nostri Iesu christi ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari p spiritum eius in interiori homine Christū habitare per fidem cor dibus uestris in charitate radicati & fundati,uides nunc q̄ pulchre fides & charitas,ueluti sorores aliquę sese osculenť,sed charitas nō ne patiens est benigna &c•Quæ non solum iubet a malo declinare, sed & facere bonū,& tu mi Luthere quomodo adeo oblitus es ueri tatis scripturæ ut carnis curam in desideriis facias,contra uerbum apostoli•Nonne scriptum est esca uentri,& uenter escis•Deus autē hunc & hanc destruet•An sine ratione Paulus ait multi ambulant

Math.vii. Math.v. Math.xvii Math.xxii. Math.xxiii. Math.xix. Ioan.xv. Ioan.vi. ad Ro.i. ad Ro.xii. ad Gal.iii. Ad Collo.iii. ad Galla.v. ad Ephe.iii. ad Ro.xiii. i.ad Corin.iiii.

quos sepe dicebam uobis nunc autem flens dico. Inimicos crucis
ad Philip.iii. Christi quorum finis interitus quorum deus uenter est. Nóne prae
cepit Apostolus habentes promissiones charissimi mundemus nos
ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificatio
.ii.Corinth.vii. nem in timore dei. Quur ergo tam laxas habenas in omnem esum
&carnium ac reliquorum ciborũ tu ac tui permittitis? nescitis q̃m
corpora uestra membra sunt Christi, tollens ergo membra Christi
faciam membra meretricis, absit. Empti estis praecio magno glorifi
.i.Corin.vi. cate & portate deum in corpore uestro. Quod si forsan dixeritis car
nis abstinentiã in euangelio non esse fundatã uidete ne dũ mellitu
.i.Corin.viii. la & placentia dixeritis hec licentia, ut cum apostolo loquar offen
diculum fiat infirmis, uel ut ad te sermonem uertam, noli cibo tuo
ad Ro.xii. illum perdere pro quo Christus mortuus est. Sed cum Paulo dicas
.i.Corin.viii. si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes ineternũ
Fateor ego me peccatoré esse ac in caute lapsum. Tamen in hoc glo
riabor me nolle tot centenis millibus scandalorum a bonis operib9
retrahere quemq̃ quod heu non sine grauissi. totius inferni trium
phò inter Christifideles quottidie facis. Scio nobis intrandũ esse p
Angustam portã que ducit ad uitam, & usq; nunc regnnm celorũ
Iob.vii. uim patitur & uiolenti rapiunt illud, & tu cum tuis non considera
tis militiam esse uitam hominis super terram an obliti estis, q ne
mo coronabitur, nisi qui legittime certauerit, q & in nouissimo die
Iudex ille coelestis his qui erũt ad dexteram manifeste testabitur di
cens. Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum
a constitutione mundi, esuriui enim & dedistis mihi manducare,
sitiui & dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me, nudus
& operuistis me, infirmus & uisitastis me, in carcere erã & uenistis
ad me. Vides iterum ex euangelio, dum possumus dum locum ac
tempus habemus, bona opera non esse negligẽda, & q haec tua opi
nio non solum contra euangelium ac reliquos Apostolos. Sed & ap
tissime contra Paulum pugnare uidetur. Quare mi Luthere. Vide
Math.vi. ne lumen quod in te est, tenebre sint, noli altum sapere, sed time, no
li plus sapere, quam oportet, nec in posterum glorieris in te solum
ad Ro.xi. Pauli rediisse spiritum, sed diligentissime caue ne tu sis inter eos de
quibus Petrus apostolus in haec uerba scripsit, charissimus frater no
.ii.Petri.iii. ster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis. Sicut
in omnibus epistolis loquens in eis, de his in quibus sunt quaedam

difficilia intellectu, que indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionē, caue caue, ne te in hāc perditionem cōiitias, maiorum imitare uestigia, quod & ego quantum ad me pertinet lubēs faciam, & adeo ut hac ipsa hora, si transuerso digito in hoc opere, uel ignorantia rei uel in curia aliqua aberrarim a ueritate, nolim id esse dictum, nec tibi aut cuipiam mirum fuerit, si que errata, si lapsus aliquot deprehenderis, nam dum hoc opus edere meditarer, ac nouo pugnandi genere tecum certamen inire preponerem, absens eram a mutis meis magistris, uersabar inter ignotos, nec Theseū habebam, tante rei accōmodū, precipuum & hunc solum habere merui Reuerēdissimū simul ac pientissimū dominum Mattheum Titu. Sanctæ Potentiane Cardinalem Sedunen. Cum quo q̄tū sue Reueren. paternitati pre occupationibus ecclesiæ licuit, locos aliquot solidioris theologie cōferre potui in his qdē potissime q̄ secretiora utriusq; testamēti tangebāt, me nō parū adiutum esse, ingenue fateor, Condonabis. ergo si nouus Tyro sacrarum literarum non ea ac tanta maiestate dicendi qua forte necessarium erat, in pub licam aream prodierit, q̄ si quę forsan immodestius dixerim & hoc merito ignosces. Vbi ad animum reuocaueris, Te anno superiori ad quendam scripsisse amicum insanire Fabrum. Si qd cōtra te edere, cogitarit, aut saltim ut ex humili spū oia dicis mussitare At cum Paulo dico non insanio optime Feste sed sobrietatis & ueritatis uerba loquor. Sim uero ac habear tibi insanus ac ppetuo uiculis Hypocratis qd deus auertat alligandus, interim tū tu dogmatū tuoꝝ q̄ a christiana religione aliena sunt Palinodiā Stesichori more cantato. Et cogites q̄ speciosi sint pedes euangelizātium pacem, euangelizantium bona, quicquid docueris, non ex rancore, aut odio, sed ex charitate prodeat, & sic patiens eris, benignus eris, non ages perperam. Nam charitas patiens est, benigna est, charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet Nec minorem curā diuinæ sapientiæ habeas, ut ea quæ sapias non sint carnalia, non ad bella & lites. Sed sit tibi sapientia desursum descēdēs, a patre luminum, & benignus eris, modestus eris. Nam quę desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus

Fatetur author se q̄nque in solidiori Theologia adiutū a Reuerēdissimo domino Mattheo Tituli sanctę Potētianę Cardinale Sedunensi.

Actuū. xxiiii.

ad Ro. xiiii.

ad Ro. x.

i. ad Corin. xiii.

Iaco. iii.



ad Philip.iiii. bonis iudicans sine simulatione,humilibus cōsenti. De cætero quęcunq; sunt uera,quecūq; pudica,quecūq; iusta,quecūq; sancta,hęc
.ii.ad Thessa.iii. cogitato, noli proximum quasi inimicū existimare, sed corripe ut
ad Titum. fratrem,exerce te ipsum ad pietatem. Sollicite cura te ipsum proba
.ii.ad Thimo.ii. bilem exhibere deo,operarium inconfusibilem. Recte tractantem
Ad Titū.iii. uerbum ueritatis omnem mansuetudinem ostendens ad omnes ho
Ad Titum.iii. mines. Admone illos principib9 & potestatibus subditos esse. Hęc
.i.ad Timoth.iiii. pponens fribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei & bone doctrinæ, hoc donet omnipotens qui erat, & qui est, q uenturus est, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria, in sæcula sæculorum Amen.

Impressum Romæ, In Campo Flore, per Marcellum Silber als Franck. Anno a Christo nato. M.D.XXII. In uigilia Assumptionis diuæ, ac intemeratę uirginis Marię Pontificatus Adriani. VI. Anno primo.

Marcellus Typographus Romanus.
Ad Lectorem.

Heus tu candide Lector quisquis fueris, etiam diligentia non mediocri in hoc opere adhibita, fieri non potuit, ut non interciderent quedam errata seu potius lapsus aliquot, uel Litterarum/uel Sillabarum/his deprehēsis tuum erit ignoscere/nec nodū in scyrpo querere. Sed potius rei dignitatē ac libri magnitudinem metiri. Dum forsitan hoc opus secūdo pro Christianæ Reipublice statu trāquillo editū fuerit, elimatius prodibit, interim existima nos ueluti fratres, & sic adimplebis legem Christi, ac Vale.

Paulus ad Roma. ultimo.

Rogo uos fratres ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula preter doctrinam quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis huiuscemodi enim Chr isto Dño nostro nō seruiunt. Sed suo uētri & per dulces sermones & benedictiones/seducūt corda innocētiū.

Laus Deo.